

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822885 1











Joh. Aulinger sc. A. V.

P. DOMINICI SCHRAM
BENEDICTINI BANTHENSIS
S.S. THEOLOGIÆ, ET S.S. CANONUM
PROFESSORIS EMERITI

ANALYSIS
OPERUM
S.S. PATRUM, ET SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

TOMUS X.

CONTINENS OPERA
S. JACOBI EPISCOPI NISIBENI. JULII FIRMICI MATERNI. S. ORSIESII ABBATIS TABENNENSIS. S. SERAPIONIS EPISCOPI THMUEOS. S. CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMITANI. S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI.

CUM
DUPLICI INDICE,
UNO OPERUM,
ALTERO RERUM MEMORABILIUM.

SUPERIORUM PERMISSU, ET APPROBATIONE.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM.

MDCCLXXXVII.

INDEX
OPERUM PATRUM.

* Cate-



SANCTI



SANCTI JACOBI
EPISCOPI NISIBENI
SERMONES.

§. I.
S. Jacobi Nisibeni Gesta & Scripta.

Jacobus Antiochiæ Mygdoniæ in confinio imperii Persarum ac Romanorum, quam Syri Nisibin vocant, sæculo tertio exeunte ortum habuit, teste Theodoreto *hist. Eccl. l.* 1. *c.* 7. Deinceps in solitudinem secedens, miraculis, & fidei confessione sub Maximino Imperatore clarus, sanctitate & doctrina illustris ad Nisibensem cathedram evectus est. Postea in Bythiniam profectus cum Ephræmo Syro auditore suo ad Nicænum Concilium anno 325 profectus Arium doctrina sua confutavit, & post decem annos Constantinopoli unitis cum S. Alexandro ejusdem urbis Antistite precibus a Deo impetravit, ut Arius justas impietatis suæ pœnas lueret anno 335. Porro paulo antequam e vivis excederet, Nisibin a Sapore rege obsessam mirabiliter propugnavit,

uti Theodoretus *Hist.* *l.* 2. *c.* 30. fuse narrat, & circa annum 361 sanctissime obiit. Quod vero ad S. Jacobi scripta attinet, ex illis nobis octodecim sermones seu Tractatus supersunt Armenice ab eo scripti, quos S. Jacobo vindicat Antonellus, & Romæ an. 1756 primum editos Gallandius tomo V. novæ suæ Bibliothecæ Patrum inseruit.

§. II.

ANALYSIS.

SERMO PRIMUS.

De Fide.

Fides ædificio similis.

1. „Fides multis rebus componitur, & ædificio similis est, quia multa spe construitur ac perficitur. Omnis fidei nostræ verum ac firmum fundamentum est Dominus noster Jesus Christus, & super hanc petram stabilitur fides, & super fidem ædificium usque ad ejus consummationem. Itaque cum aliquis accessit ad fidem, collocatus est supra firmam petram Christum, ædificia vero a fluctibus & ventis non commoventur, quæ supra petram fundata sunt.

Quomodo quis per fidem fit templum Dei.

2. „Audi nunc de hac fide. Primum credit „homo, & cum credit, diligit, & cum diligit, „sperat, & cum sperat, justificatur, & cum „justificatur, ædificatur, & cum ædificatur, „erigitur, & totum ædificium ad perfectionem „adducitur, & deinde homo ille fit domus, „tem-

„templum & habitatio Christi. 2. *Cor.* 6. *v.* 16.
„Post hæc incipit homo accurare omnia, qui„bus opus est ad obsequium & cultum Christi,
„qui habitat in eo. Requiruntur autem ad
„ædificati templi perfectionem jejunia cum san„ctitate, quæ fide firmantur: opus est & ora„tione, quæ fide fit acceptabilis: dilectio quo„que necessaria est, quæ fide quidem inniti„tur, perficitur autem eleemosynarum largitio„ne, quæ fide distribuuntur: indiget præterea
„homo ille mansuetudine cum humilitate, &
„hæc fide fundantur: custodiat opus est virgi„nitatem, & hæc fide amatur, ut adsciscat
„sibi puritatem, & hæc fide ornatur; ut quæ„rat sapientiam, & hæc fide invenitur, ut stu„deat dilectioni proximi, quæ fide augetur:
„necessaria etiam est bonorum operum copia,
„& hæc fide paratur. Ad hæc oportet, ut
„amplectatur patientiam, quæ fide perficitur;
„amet pacem, quæ fide innotescit, curet mo„destiam, quæ fide servatur.

3. „Igitur super fidem ædificantur omnia „opera bona, & hinc in altum exurgit ædifi„cium, 1. *Cor.* 3. *v.* 10. ait Apostolus: *Ego* „*ut sapiens architectus fundamentum posui, &* „*unusquisque ædificat super hoc fundamentum: Est* „*qui ædificat aurum & argentum & lapides pretio*„*sos, & est, qui ædificat lignum, fœnum, stipulam,* „*& in novissimo die igne examinantur ædificia.* Au„rum & argentum, & lapides pretiosi servan„tur in medio ignis, & lignum & fœnum com„buruntur. At quidnam sunt aurum & argen„tum, nisi bona opera fidei, quæ servantur *Super fidem bona opera construuntur.*

„in medio ignis? nam in firmis & probis „ædificiis inhabitat Christus, & ipse conser- „vat ea in medio ignis, uti patet in tribus „pueris, Anania, Azaria & Misael, quos ignis „non combussit, quia construxerunt ædificia „proba & firma non adorantes statuam auream: „in illos autem, qui transgressi sunt præceptum „Domini, illico exarsit ignis, & combusti „sunt, sicut etiam Sodomitæ *Gen.* 19. Nadab „& Abiu *Num.* 3. ducenti & quinquaginta viri „*Num.* 16. Itaque igne examinantur justi, per- „inde ac aurum, iniqui autem comburuntur „igne instar ligni.

Fidei virtutes & prodigia.

4. Porro fidei insignes sunt virtutes & prodigia, „nam sacrificium Abel propter fi- „dem ejus fuit acceptum *Hebr.* 31. Henoch „quia placuit fide sua, translatus est a morte „ad vitam: & Noe eadem fide ereptus est a „diluvio aquarum: & Abraham propter fidem „suam justificatus est & Isaac eadem fide fuit „dilectus, & Jacob fide sua conservatus est, „& Joseph propter fidem suam ereptus est a „tentatione. Item Moyses fide sua miras fecit „virtutes, & interfecit Ægyptios virga decem „plagarum, & fide scidit mare, & trajecit po- „pulum suum: & fide immisit lignum in fon- „tem amarum, & dulces factæ sunt aquæ, „& fide fecit descendere manna, & vicit Ama- „lec, & ascendit in montem Sinai bis jeju- „nans quadraginta dies; similiter fide percus- „sit Sehon & Og reges Amorrhæorum. Ita „& Josue filius Nave fide divisit flumen Jorda- „nis, & trajecit filios Israel, & subvertit fide

„mu-

„muros Jericho, & interfecit unum ſupra tri-„ginta reges, & fecit ſtare ſolem in Gabaon. „Et Dominus noſter omnibus, qui accedebant „ad eum, ut ſanarentur, dicebat: Secundum „fidem tuam erit tibi - - uti cæco *Matth.* 9. *v.* 29. „Et viro, cujus filius infirmabatur *Matth.* 20. „*v.* 29. & ſic alibi. Et cum tradidit Dominus „Sacramentum Baptismi Apoſtolis, ait illis: „*Omnis qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſal-„vus erit, qui vero non crediderit, condemnabi-„tur. Marc.* 16. *v.* 16. Et: *Si habueritis fidem, „& non hæſitaveritis, nihil eſt, quod non poſſitis „facere. Marc.* 11. *v.* 22.

5. „Accedamus itaque ad fidem, quia „virtutes ejus multæ ſunt. Fides aliquos ele-„vavit in cœlum, & vicit aquas diluvii, mul-„tiplicavit partus ſterilium, & ab ore gladii „eripuit, & e fovea eduxit, & pauperes divi-„tes effecit, & ſalvavit perſecutionem patien-„tes, & fecit ignem deſcendere de cœlo, & „diviſit mare, & ſcidit petram, & mortuos „ad vitam revocavit, & ſanavit infirmos, & „obturavit ora leonum, & extinxit flammam „ignis, & humiliavit ſuperbos, & exaltavit „humiles. Hæ omnes virtutes factæ ſunt per „fidem. *Fidei mirabilia.*

6. „Fides autem hæc eſt, ut credat ali-„quis in Deum omnipotentem, qui fecit cœ-„lum & terram, & mare, & omnia quæ in „eis ſunt, & fecit Adamum ſecundum ſimili-„tudinem imaginis formæ ſuæ, & dedit le-„gem teſtamenti Moyſi, & miſit de ſpiritu ſuo *Quænam ſit fides catholicæ Eccleſiæ.*

 „in

„In Prophetas, & demum misit Christum in „mundum. Item ut aliquis credat in resurre„ctionem vitæ mortuorum, & ut credat in „Sacramentum lavacri. Hæc est fides Eccle„siæ. Insuper necesse est, ut abstineat homo „ab observatione temporum, & a Religione „observante Sabbatum, & a festivitatibus Neo„meniæ, & a Magia & Astrologia, præstigiis„que magicis, & a maleficio & a secta hæ„retica, malignis verbis, blasphemia, adul„terio, luxuria, falso testimonio, & ne sit bi„linguis. Hæc sunt opera fidei, quæ posita „sunt super lapidem Christum, & super eum „extruuntur omnia ædificia. Sunt quidem „multa alia dicenda de fide, sed pauca de mul„tis scripsi, ut credas & facias credere: & „cum legeris & docueris, eris in opere instar „terræ fructiferæ, in quo ceciderunt semina „bona, & dedit fructum centesimum, sexa„gesimum, & trigesimum, & cum iveris ad „Dominum tuum, vocabit te bonum & stre„nuum servum, quia fide tua fructus multi„plicati sunt, & intrabis in regnum Domini „tui Jesu Christi.

SERMO SECUNDUS.

De Dilectione.

ex & rophetæ duobus andatis.

1. Universa lex & Prophetæ in duobus man„datis mira quadam conspiratione pen„dent; nempe *ut diligat unusquisque Dominum „Deum suum ex tota anima sua, & ex tota vir„tute sua, & ex totis substantiis suis*, & simul „*diligat proximum suum sicut se ipsum. Matth.* 22. „v. 40.

„*v.* 40. Nam si tu ipse ad examen venias duo- *Lex ju-*
„rum horum mandatorum, cognosces, si hæc *non pos*
„insita essent in mentibus & cordibus homi-
„num, nec lege nec Prophetis indigerent, eo-
„quod *lex justo non est posita, sed injustis.* 1. *Ti-*
„*mot.* 1. Sic Abraham, cui lex non erat po-
„sita, ostendit in semetipso opera legis & ejus
„justitiæ veritatis opus non fuit lege. Ita &
„Isaac & Jacob necesse non fuit, ut lex justitiæ
„veritatis poneretur, sicut nec Joseph, nec
„Moysi: omnibus enim his, qui ostenderunt in se
„ipsis opera legis & justitiæ veritatis, non est po-
„sita lex, quia ipsi revera fuerunt lex sibi ipsis.

2. „Sed cum advenissent tempora legis, *Lex qu*
„superaddita illa fuit propter prævaricationem, *data.*
„& quidem non propter justitiam veritatis,
„sed propter vocationem gentium: quia prior
„quam esset lex, fuit justitia, lex autem da-
„ta est tamquam custos & pædagogus, donec
„veniret semen, in quo benedicendæ erant
„omnes gentes. Quod cum advenit, abroga-
„vit observantias, quæ erant ex lege, & ple-
„ne impleti sunt lex & Pvophetæ in his duo-
„bus mandatis, de quo Dominus locutus est,
„quia accepit legem & Prophetas, & conclu-
„sit eos in duobus mandatis, & nihil ex eis
„abrogavit; quippe omne quod scriptum est
„in lege, sub hoc verbo comprehenditur: *di-*
„*liges Dominum* &c. Etenim omne opus ideo
„faciendum in lege erat, ut accederent ad di-
„ligendum Dominum Deum suum, & ut unus-
„quisque diligeret proximum carnis suæ tam-
„quam semetipsum.

 3. „Sed

Diligendus proximus & illi ignoscendum.

3. „Sed nunc audi de dilectione proximi, „Cum venisset Dominus noster, ostendit pre„tium hujus dilectionis dicens discipulis: *hoc* „*est præceptum meum, ut diligatis invicem, Jo*„*an.* 15. *v.* 12. Item, *Joan.* 13. *v.* 34. *Matth.* 5. „*v.* 44. & alibi. Illud præterea monuit disci„pulos suos dicens: *Si peccaverit frater tuus in* „*te, dimitte ei. Luc.* 17. *v.* 34. Et cum hæc „audisset Petrus, dixit ei: *Quoties dimittam ei?* „*usque septies?* respondit ei Dominus: *Non di*„*co tibi usque septies, sed usque septuagies septies,* „*Matth.* 18. *v.* 21. Et quoad dimittenda alio„rum peccata Dominus noster orandi modum „discipulos suos docens ait: *Dicite: Dimitte* „*nobis peccata nostra, ut nos dimittimus debi*„*toribus nostris. Matth.* 6. *v.* 12. Ne forte dum „hæc orat homo, capiatur in verbo oris sui, „& dicat ei ille, qui recipit orationem: Si tu „non dimittis fratri tuo, quomodo ego dimit„tam tibi. Et remanebit oratio tua hic in „terra.

Charitas omnibus virtutibus excellentior.

4. „Vde etiam, quanti charitatem faciat „Apostolus: *Si habuero*, inquit, *Prophetiam*..., „*charitatem autem non habuero, nihil sum* &c. „*Charitas patiens est* &c. 1. *Cor.* 8. Fides er„go ponitur supra petram ædificii, & charitas „compago est ædificii; & si in dilectione in„veniatur hæsitatio, omnis fides decidit & „subvertitur: Et fides nequit expellere æmu„lationem & contentionem, donec adveniat „charitas; sicut nequit perfici ædificium, ni„si compagine colligatur.

5. „Nunc

5. „Nunc oftendam, quod per charita- „tem primi illi jufti perfecti extiterunt. Ma- „nifeftum eft de Moyfe, qui fe pro populo fuo „de libro vitæ delendum obtulit, dummodo „populus non deleretur. *Exod.* 22. *v.* 10. Et „cum turmatim circumdediffent eum, ut la- „pidarent, Moyfes preces offerebat Deo pro „eit, ut falvarentur. *Num.* 14. *v.* 10. David „etiam dilectionis exemplum præbuit, quan- „do perfequebatur eum Saul. 1. *Reg.* 24. feq. „Similiter Elifæus parem dilectionem exhibuit, „cum enim hoftes advenifſent ad capiendum „eum, ille panem & aquam pofuit ante eos, „& dimifit eos a fe in pace. 4. *Reg.* 6. Et Je- „remias Propheta pro illis, qui eum projece- „runt in foveam, preces offerebat coram Deo. „Imitationem utique horum operum docuit „nos Dominus Salvator nofter, præcipiens, „ut diligamus nos invicem, & oremus pro „his, qui oderunt nos. Si autem inimicos „noftros præcepit nobis ut diligamus, & ut „pro illis, qui oderunt nos, oremus, quis „poterit ftare, & refpondere in die magna? „quoniam ecce fratres noftros, & membra „noftra odio profequimur, nam de corpore „Chrifti omnes nos fumus, & membra ex „membris ejus. Itaque qui odit unum ex „membris, a toto corpore alienatus eft, & „qui odit fratrem fuum, feparatus eft a fi- „liis Dei.

Charitatis proximi & inimicorum exempla.

6. „Fecit prius Salvator nofter, quod fuos „docuit, nam reconciliavit inimicitiam no- „ftram cum Patre, & adeo dilexit nos, ut in-

Exempl. Christi.

„nocentiam suam traderet pro noxiis, & be„neficus pro improbis contumelias susciperet, „& dives pro nobis pauper fieret, & cum esset „vita, ut pro nobis moreretur, & morte sua „vivificaret mortalitatem nostram. Et Filius „Domini omnium Dominus suscepit pro nobis „similitudinem servi, & ille, cui omnia pa„rebant, subditus factus est, ut nos absolve„ret a servitute peccati. Totum hoc, quod fe„cit Salvator noster, propter nimiam charita„tem suam præstitit nobis, ut & nos fiamus „participes passionis Christi, & habentes di„lectionem ad invicem impleamus hæc duo „mandata, in quibus pendent universa lex & „Prophetæ.

SERMO TERTIUS.

De Jejunio.

Varia jejuniorum genera.

I. „Jejunia sancta Deo accepta sunt, & ma„nent in deposito tamquam thesaurus „in cœlo, & sunt arma contra malignum, & „scutum contra ignea tela hostis. Ita sacræ „litteræ nos docent, quæ testantur, jejunia „semper adjumentum eis præstitisse, qui pie „sancteque jejunaverunt. Jejunia vero non in „eo solum sita sunt, ut quis ex pane & aqua „vivat, sed multis aliis modis observantur. „Est enim, qui abstinet a pane & aqua, donec „esuriat & sitiat: & est, qui abstinet, ut per„fectus fiat in castitate, & esurit, & non man„ducat, & sitit, & non bibit, & hoc jejunium „pro omnibus excellens est. Abstinet alius a „carne, & vino, & variis cibis. Et est, qui „verbis

„verbis abstinet, ponendo ostium ori suo, ne „deficiens noxia verba proferat. Est etiam, „qui abstinet a possidendis facultatibus, ut in „laboribus manuum se exerceat. Et est, qui „abstinet lecto, ut vigil sit ad orandum. Et „est, qui abstinet a rebus hujus sæculi, ne proster„natur ab inimico. Et est, qui abstinet a mun„dana lætitia, ut Domino suo in labore certa„minis placeat. Et est, qui complectitur „hæc omnia, & facit ex eis unum jejunium. „Cum abstinet aliquis cibis, donec esuriat, „quamdiu abstinet ab esca, & potu, voca„tur ille jejunans; si autem modicum man„ducet & bibat, solutum est ejus jejunium. „Si contingat igitur, ut quis propter esuriem „solvat jejunium, non magnum ejus pecca„tum est; magnum autem illius est, qui cum „jejunium voverit, incipit particulatim solve„re, quia datam Deo fidem violat.

2. „Audi jam exempla sanctorum jeju„niorum. Primo Abel observavit jejunia san„cta, & Enoch, quia Deo placuit, & Noe, „quia servavit puritatem in gente corrupta, „& Abraham ob fidem suam, & Isaac, quia „mandata Dei custodivit, & Jacob, quoniam „vidit Deum, & Joseph, quia fidelis fuit. „Horum omnium sanctitas perfectum fuit je„junium coram Deo; si autem non adsit „sanctitas cordis, jejunium non est acceptabi„le, nam sanctificare cor suum, & frænare „linguam suam, & abstinere a malis operi„bus, sunt jejunia præstantiora illo, de quo „supra locuti sumus. Non licet homini misce„re

Exempla perfecti jejunii.

„re mel cum felle. Si quis igitur abstineat „a pane & aqua, non immisceat ille jejunio „suo imprecationes maledictionum, & detra„ctiones blasphemiae. Unum ostium est do„mus tuae, & ipsa est templum Dei. Pro„fecto nefas est, ut per ostium, per quod in„greditur Rex, extrahas stercus, sed ut absti„neas ab omni immunditia, & tunc sumas „corpus & sanguinem Christi. Servavit qui„dem jejunium Moyses cum sanctitate per qua„draginta & quadraginta dies, & accepit „gloriam magnam. Jejunavit & Elias jejunio „quadraginta dierum, & laetatus est appari„tione Domini sui. Isti autem duo viri in je„juniis suis sancti & perfecti fuerunt.

Realis praesentia Christi in Euch.

Jejunia prava.

3. „Praeterea datur jejunium iniquitatis, „& effusionis sanguinis, quod non est accepta„bile. Id quidem imperavit Jezabel, 3. *Re„gum* 21. ut funderet sanguinem justum Na„bothi, propterea in loco, in quo effusus est „sanguis justus in jejunio iniquitatis, quod „praedicari jussit, effusus est sanguis Jezabel, „& comederunt eam canes. Sanguinem etiam „Achab. E diverso observaverunt Ninivitae „jejunium sanctum, etiamsi Jonas praedixisset „eis subversionem. *Jon.* 3. *cap.* 5. Et re„spexit Deus opera eorum, & non perdidit „eos: & non dicitur: respexit Deus jejunia eo„rum, sed quia conversi sunt de via sua ma„la, & de malitia operum suorum, & fue„runt accepta jejunia, quae servaverunt cum „sanctitate: in omnibus enim jejuniis praestan„tior semper est abstinentia a peccatis, quam „absti-

„abstinentia a pane & aqua, & potior est, „quam contorquere collum suum quasi circu„lum, & melior est quam indui sacco, & se„dere in cinere. *Is.* 58. *v.* 5.

4. „Ecce etiam auctores hæreseos jejunant, „& permanent in peccatis suis, nullus autem „Dominus est, qui mercedem eis retribuat: „quis enim est, qui det mercedem hæreticæ „sectæ Marcionis, cum ille conditorem no„strum beneficum non fateatur? vel quis da„bit mercedem sectæ Valentinianorum? quo„niam Valentinus multos conditores prædicat „animæ suæ, & dicit, quod Deus perfectus „nullius unquam ore enarratus sit. Vel quis „dabit retributionem sectæ Manichæorum? „qui serviunt astrologiæ, sectæ Chaldæorum, „erroribus Babylonicæ terræ. Ecce hi omnes „jejunant, & non acceptabilia jejunia eorum.

5. „Ad hæc ostendam tibi jejunia accepta„bilia, quæ servaverunt Mardochæus & „Esther, jejunia enim eorum fuerunt clypeum „salutis universæ genti populi sui, & con„trita est jactantia superbiæ Aman, qui eos „angebat. Daniel quoque jejunavit, tres „hebdomadas pro populo gentis suæ, ne aliud „tempus servitutis super septuaginta annos „adderetur, & per jejunium viginti & unius „diei exaudita est oratio ejus coram Domino. „Et quidem eodem plane tempore surrexit „Gabriel, qui offert preces Deo, qui etiam „orante Zacharia nuntiavit ei nativitatem Jo„annis; & etiam preces Mariæ obtulit coram „Deo,

Jejunium Mardochai.

Danielis.

„Deo, & annuntiavit ei nativitatem Christi.
„Luc. 1. Michael vero princeps fuit & dux
„filiis Israel, de quo dixit Deus ad Moysen:
„*Ecce angelus meus præibit ante faciem tuam &c.*
„*Exod.* 23. *v.* 23. Qui apparuit jumento Ba-
„laam *Num.* 22. *v.* 23. Qui apparuit Josue fi-
„lio Nun *Jos.* 5. *v.* 13. & 6. & 12. Qui
„interfecit millia millium excercitus Æthiopum
„coram Asa rege 2. *Paralip.* 14. *v.* 9. Qui
„percussit in castris Assyriorum viros quasi
„centum octoginta millia: & cum filii Israel
„ducti essent captivi in Babylonem, Michael
„cum eis abivit, & pro eis pugnabat. Et
„quia Daniel dubitavit, ne forte pro peccatis
„populi permansuri illic essent plus quam
„septuaginta annos, quos prædixerat Jeremias,
„tantum valuerunt sancta jejunia Danielis, ut
„amoverint captivitatem a populo suo com-
„pletis septuaginta annis. Tandem noster
„Jesus Christus descendit, & assumsit huma-
„nitatem nostram, & jejunavit pro nobis,
„& vicit adversarium nostrum, & jussit orare
„semper, ut per jejunii sanctitatem in sancto-
„rum requiem perveniamus.

SERMO QUARTUS.

De Oratione.

Virtutes orationis. 1. „Sanctitas cordis est oratio excellentior „omnibus orationibus, quas alta voce „aliquis effundat, & silentium adhibitum in „pura mente majus est, quam quælibet cla- „mosa vocis elatio. Audi ergo virtutem ora- „tionis sanctorum: Illa enim sedavit diluvium, „multi-

„multiplicavit partus ſterilium, ſubvertit „caſtra, manifeſtavit ſecreta, diviſit, mare, „ſcidit Jordanem, inhibuit ſolis curſum, „ſtare fecit lunam, interemit coinquinatos, „deſcendere fecit aquas, cœlum clauſit, eruit „a fovea, eripuit ab igne, ſalvavit e mari, & „virtutes ejus multæ & magnæ ſunt, quæ per „orationem factæ ſunt: nam cum oraviſſet Abra„ham, reduxit quinque reges captivos, & ſte„rilis peperit, & promiſſionem accepit, quod in „ſemine ſuo benedicerentur gentes. Iſaac ora„vit pro Rebecca, & illa genuit. Et Jacob ora„vit in Bethel, & vidit portam cæli, quæ ipſe „Chriſtus eſt, & ſcalam ſeu myſterium crucis, „& unxit titulum lapideum, figuram gentium.

2. „Sed rurſus de oratione dicit Dominus: „*In loco, ubi duo vel tres congregati fuerint* „*in nomine meo, illuc ſum & ego inter eos.* „*Matth.* 18. *v.* 20. Unde eo tempore, quo „ſeorſum ſoli orabant patres noſtri, Deus „erat in eis. Sic Moyſes exauditus ſedavit „furorem iræ Dei. Elias in monte Carmelo „ſolus orans miras patravit virtutes *Reg.* 4. „Eliſæus oravit, & ſuſcitavit mortuum &c. „Ex his autem intelligere poteris verbum Do„mini dicentis: *Ubi duo* &c. *Unus ſolus orans exauditur.*

3. „Itaque quotieſcunque oras, præbe „cor tuum ſurſum, & oculos tuos deorſum, „& intra tu intus in hominem interiorem, & „ora in occulto ad Patrem tuum, qui in cœlis „eſt, & oratio cum fuerit ſancta, erit ac„ceptabilis, quando autem non eſt ſancta, *Quomodo orandum.*

„non

„non est acceptabilis. Nam sunt quidam inter „nos, qui faciunt longas orationes, & incur„vant semetipsos, & extendunt manus suas, „sed effectus orationis longe absunt ab eis. „Orant quidem aliqui: *Dimitte nobis peccata „nostra, ut & nos dimittimus debitoribus nostris.* „Tu ergo oras Deum, ut dimittat tibi, & pro„fiteris, quod & tu dimittis; sed cogita pri„mo, an dimittas, ne inveniaris mendax co„ram Deo, dum dicis, dimitto, non dimit„tens. Noli teipsum condemnare oratione tua, „nec, dum oras, odium, quod adversus ali„quem habes, in mentem redeat. Dimitte tu „centum denarios secundum tuam pauperta„tem, & Dominus, cui tu debitor es, dimit„tet tibi decem millia talenta secundum mul„titudinem divitiarum suarum, & non com„putabit tecum usuras, & fructus usurarum. „Debes itaque tu dimittere debitori tuo, an„tequam ores, & deinde orare, & cum oras, „ascendet oratio tua sursum in conspectu Ma„jestatis divinae, & non neglecta relinquetur „in terra.

...era mi-...icor-...e sunt ...ra ora-...

4. „Porro dicit Dominus per Prophetam: „*Hæc est requies mea, date requiem afflictis* „*Is.* 28. *v.* 12. Fac tu igitur requiem Deo, „& non carebis tu venia propitiationis. Da „requiem tribulatis, & ciba pauperes, & vi„sita infirmos, & hæc sunt oratio: Sic „Phineæ mors Zamri fornicantis cum Madia„nidite *Num.* 25. imputata est in orationem „*Ps.* 105. *v.* 31. Tu ergo si forte tibi aliqua „agenda superveniant, quæ sunt secundum „volun-

„voluntatem Dei, cave ne dicas: primo orabo, „quia hora orationis est: vel si aliquid hujus„modi petat quispiam ad fores tuas, velis „prius absolvere orationem tuam, num eris „sine omni peccato, dum detrimentum patitur „is, qui ad fores tuas instanter opem a te ef„flagitat? debitor utique invenieris Deo, in „oratione requiei, quæ est reipsa vera oratio. „Si te contingat abire in longam viam, & ex„ardescere siti, veniasque ad aliquem ex fra„tribus, & dicas ei, libera me a siti, quæ ve„hementer me cruciat, ille autem tibi respon„deat, adhuc est hora orationis, sine, ut prius „orem, & deinde veniam ad te, & antequam „ille orationem finiat, tu ex siti moriaris. Quid„nam tibi videtur potius esse, ire ad orandum, „an vero dare requiem afflicto? Sane Domi„nus noster, sic in judicio ait eis, qui a dex„tris sunt: *Sitiebam, & potavistis me.* Pulchra „est oratio, si sint bona opera orantis: accep„tabilis est oratio, si sit requies in ea: exau„ditur oratio, si orans aliis dimisisse invenia„tur: dilecta est oratio, si sit munda a dolo: „efficax est oratio, si virtutes Dei perficiantur „in ea.

5. „Quod autem scripsi, eum orare, qui „facit voluntatem Dei, non ea mente dixi, „ut negligas aut relinquas orationem, imo ut „magis incumbas in eam, sicut dixit Domi„nus noster: *orate sine tædio*, Luc. 21. v. 36. „Ego autem ostendam tibi tempora, & diver„sa orationum genera. Hæc vero sunt: po„stulationes, benedictiones, & gratiarum actio„nes:

Varia orationum genera.

„nes: postulationes, cum petit aliquis misericordiam pietatis peccatis suis: gratiarum „actiones, cum gratias agit Patri cœlesti: be„nedictiones, cum benedicit ei pro omnibus „operibus suis. In periculis igitur & angu„stiis tuis offer ei orationes postulationum: „quando cibum datum a bonitate ejus sumis, „laudans gratias age ei: & cum plena est mens „tua gaudio exultationis, redde ei gloriam be„nedictionis: ego enim puto, quod quidquid ho„mines puro & sincero corde petant, det eis „Deus, sed qui cum malitia offert, non placet ei.

SERMO QUINTUS.

De Bello.

Superbiæ a Deo punitæ exempla.

1. Definita sunt a Deo tempora, quibus bona & mala eventura sunt. Tempus autem malorum est, quando excitata est af„flictio & calamitas super exercitum populi „manu mali superbi & arrogantis, super „quem tamen væ mansit; quia qui superbivit, „humiliatus est. Sic superbivit Cain contra „Abel, & fuit profugus in terra, *Gen.* 4. Su„perbiverunt Sodomitæ contra Lot, & ceci„dit super eos ignis de cœlo, *Gen.* 19. Su„perbivit Esau contra Jacob, & primogenitu„ram perdidit, *Gen.* 25. Superbiverunt filii „Jacob contra Joseph, & proni in terram ado„raverunt eum, *Gen.* 37. Eodem modo su„perbientes Pharao *Exod.* 14. Dathan & Abi„ron *Num.* 16. Goliath 1. *Reg.* 17. Saul „1. *Reg.* 31. Absolon 2. *Reg.* 17. Benadad „3. *Reg.* 20. Sennacherib 4. *Reg.* 18. Jezabel

„4. *Reg.*

„4. *Reg.* 9. Aman *Esth.* 3. Nabuchodonosor „*If.* 14. humiliati sunt.

2. „Item elevabatur aries *Dan.* 8. *v.* 4. „& pugnabat contra occidentem, Aquilonem, „& Austrum, & superavit bestias multas, do„nec adveniret hircus caprarum ex occiden„te, qui percussit arietem, & contrivit cor„nua ejus, & valde eum humiliavit. Aries „est rex Medorum & Persarum, & hircus est „Alexander Philippi Macedonis filius, qui „Darium occidit. *Dan.* 8. *v.* 20. *Darius occisus.*

3. „Desiste ergo, o homo, qui exaltaris, „noli gloriari, si divitiæ elevaverint cor tuum: „tu non es melior Ezechia, ille vero, quia „gloriatus est de thesauris suis coram Babylo„niis, ablatæ sunt ei omnes divitiæ, 4. *Reg.* 20. „Si vero gloriaris in filiis, abducentur a te „captivi, & si de sapientia gloriaris, non es „aliquid majus Principe Tyriorum, cui tamen „exprobrat Ezechiel: an omnia nosti &c. „*Ezech.* 28. num vero superbis in annis multis „regni tui? porro non sunt plures diebus prin„cipis Tyriorum, nam tenuit ille regnum tem„poribus viginti duorum regum Juda, quorum „anni sunt quadringenti & quadraginta: & „donec sine macula ambulavit princeps Ty„riorum in medio lapidum ignitorum, scilicet „filiorum & Prophetarum Sion & Jerusalem, „qui *Thren.* 4. *v.* 2. lapides, & *Ezech.* 28. *v.* 14. „igniti dicuntur, erat misericordia super eum, „quando autem exaltatum est cor ejus, oc„cidit eum Cherub obumbrans, id est, rex „Nabuchodonosor. *Item rex Tyri.*

ıtua nielis. 4. ,,O qui te extollis, superbia cordis tui, ,,ne te decipiat, nec dicas, ego egrediar & ,,ascendam super universum orbem. Cogita ,,visionem Danielis *cap.* 2. qui vidit statuam, ,,quæ totus mundus vocata est, & caput Na- ,,buchodonosor rex, manus & pectus & bra- ,,chia rex Medorum & Persarum, & venter & ,,femora rex Græcorum, & tibiæ & pedes ,,regnum filiorum Esau seu Romanorum. At ,,lapis, qui percutiebat statuam & cominue- ,,bat, & a quo implebatur omnis terra, est ,,regnum Christi regis, qui facit, ut transeat ,,regnum illud, & ipse regnat in sæcula sæ- ,,culorum.

ttuor æ 5. ,,Item audi de alia visione quatuor be- ,,stiarum *Dan.* 7. Prima bestia est rex Baby- ,,loniorum, qui assimilatus est leoni *Jer.* 50. ,,*v.* 17. cujus cor cum elevatum esset, ablatum ,,est jugum ejus a collo hominum. Bestia se- ,,cunda similis urso, est regnum Medorum & ,,Persarum, quod Alexander Macedo destru- ,,xit. Bestia tertia est Alexander Macedo seu ,,regnum Græcorum, quo destructo successit ,,quarta bestia seu imperium Romanorum, ,,quod non debellabitur, sed usque ad secun- ,,dum adventum Filii Dei perseverabit.

SERMO SEXTUS.

De Devotis.

orta- d re- iatio- sæ- 1. ,,Oportet expergisci hoc tempore a som- no, & elevare cor nostrum ad Deum, ,,ne forte repente veniat Paterfamilias, &

,,non

„non inveniat nos vigilantes. Obſervemus „tempus ſponſi, ut ingrediamur cum illo in „thalamum, præparemus oleum lampadibus „noſtris, ut occurramus ei in lætitia: præ„paremus nobis viaticum in anguſta via: ſi„mus extranei & alieni ab hoc mundo, ſicut „& Chriſtus non erat ex eo. Oremus ad eum „cum ſanctitate, ut preces noſtræ intrent an„te majeſtatem divinitatis: ſimus participes „paſſionis ejus, ut & per reſurrectionem ejus „vivamus.

Pugna diaboli contra Sanctos.

2. „Quando ſpiritus tenebrarum appropin„quat Sanctis, illi efficiuntur lux: & ſi ingre„diatur ad eos per concupiſcentiam eſcarum, „vincunt eum jejuniis; & ſi velit pugnare cum „illis concupiſcentia oculorum, elevant eos in „excelſa cœlorum: & ſi in ſomnis vult eis ſu„pervenire, expergiſcuntur, vigilant, benedi„cunt & orant: ſi autem per opes tentat eos, „illi eas diſtribuunt pauperibus: ſi demum li„bidine allicit eos, ſoli ſeorſim habitant; nam „fallaciis muliebribus multos ſæpe devicit, „uti Adamum, Samſonem, David, Amnon, „& alios.

Aſcetæ ſoli ſine mulieribus degant.

3. „Propterea omnis vir devotus & ſan„ctus diligit vitam ſolitariam: ſi autem velit „mulier fidelis ſicut ipſe habitare cum eo, ex„pedit ei potius, ut manifeſte uxorem accipiat. „Cæterum mulierem cum muliere, & virum „cum viro decet habitare: & cum viro, qui „vult ſe ſervare in caſtitate, uxor ejus non ha„bitet, ne revertatur iterum in idem, & adul-

„terina fornicatio ei imputetur. Sic Moyses „postquam apparuit ei sanctus, uxor ejus non „amplius ei ministravit *Deut.* 1, *v.* 38. & simi„liter de Josue scriptum est *Exod.* 33, *v.* 11, „Item de Elia scriptum est, quod ministrabat „ei discipulus, 3. *Reg.* 19. *v.* 21. Elisæus „similiter vestigia persequebatur magistri sui, „4. *Reg.* 4. *v.* 9.

Laus virginitatis. 4. „Notum quippe est, quod a principio „per mulierem apertus est aditus hosti adver„sus homines, & usque in finem per eam in„sidias moliri nunquam desinet; per eam po„sita est maledictio legis, & patefactus est adi„tus morti. Sed postquam venit beata Maria, „spinæ evulsæ sunt, maledictiones confixæ „sunt in ligno crucis: Virgines & Sancti dant „fructum, qui non acceperunt uxores, eis in „altera vita vigiles cœlorum ministrant. Om„nes solitarios, hoc est, ascetas lætificat Uni„genitus, qui est in sinu Patris sui; non est „illic mas nec fœmina, nec servus, nec liber, „sed omnes sunt filii Altissimi, & omnes vir„gines sanctæ, quæ spoponderunt seipsas Chri„sto, illic accendunt lampades suas, & cum „sponso intrant in thalamum ejus. Omnes, „quæ perseverant in desponsatione Christi, pro„cul sunt a maledictionibus legis, & pro viro „mortali habent sponsum Christum. O virgi„nes, quæ spopondistis vosmetipsas Christo, „cum aliquis ex legis doctoribus, qui votum „habent, dixerint alicui ex vobis, permitte, „ut habitem tecum, ut tu ministres mihi: sic „ei respondebis: Viro regi desponsata sum, &

Virgines non sint cum Clericis & ascetis.

„ei

„ei ministro: Irascetur mihi, & scribet mihi lit-„teras repudii, & ejiciet me e domo sua: & „dum petis tu honorari a me, & cum ego ho-„norata fuerim a te, magnum aliquod malum „superveniet mihi & tibi, Noli ponere ignem „in sinu tuo, ne comburatur vestis, quam pa-„ravit Sponsus illis, quae intrant ad ejus nup-„tias; sed esto tu solus & para thesaurum, & „ego sola maneo, & paro mihi oleum, ut in-„trem cum prudentibus, & non exclusa ma-„neam cum fatuis virginibus.

5. „Jam ego tibi ostendam, quid viros „votum habentes, virgines & sanctos deceat. „Ante omnia opus est homini, cui jugum Do-„mini impositum est, ut fidem suam firmam „servet: praeterea ut propensus sit ad jejunia „& preces, & ardeat in dilectione Christi, & „ut sit mansuetus & pacificus, humilis, & af-„fabilis in sermonibus, & considerate profe-„rat verba sua, nec loquatur verba inania, „sed amoveat a se immoderatos risus & ca-„chinnos & ornatus vestium: minime autem „ei convenit crispare capillos, ungi unguentis „suavibus, discumbere in nuptiis, indulgere „vino. Insuper arceat a se omnem arrogan-„tiam, non aspiciat sponsos comtos & orna-„tos, removeat a se linguam fraudulentam, „invidiam & contentionem: verba, quae de „homine absente dicuntur, non audiat, nul-„lamque eis fidem praebeat, ne peccet. Scur-„rilitas turpis macula est, nec eam mente „concipere licet. Numquam det mutuum eo „animo, ut contrahat usuram, sed odio habeat

Quid deceat Deo voto obstrictos.

„avaritiam. Injuriam ſuſtineat potius, quam „faciat: ſubmoveat a ſe hypocriſin, & verba „jocoſa non proferat. Non contemnat homi„nem ad pœnitentiam redeuntem, & non de„rideat fratrem ſuum jejunantem, & eum, qui „non poteſt jejunare, non confundat. Num„quam de ſtirpe ſua honorem ſibi arrogans „laudet ſeipſum: ei, qui timet Deum, reve„let ſecreta ſua, ab homine autem malo cu„ſtodiat ſeipſum: neminem lædat, nec inimi„cum ſuum, ſed enixe curet, ut non ſi ei ali„quis exoſus. Cum æmulatur alterum in bo„no, ipſe etiam creſcat in bonitate: ſi opes „habet, tribuat pauperibus, & lætetur, ſi non „habet, non contriſtetur. Cum homine oblo„quente non loquatur, neque cum viro calum„niante confabuletur, ne detractionibus ſeipſum „involvat; & viro blaſphemanti ſe non ad„jungat, ne Dominus per ipſum blaſphemetur. „Abſtineat ſe a maledicentia, & proximo non „aduletur. Hæc omnia decent ſolitarios, ut „Chriſto Magiſtro ſuo aſſimilentur. Qui quod „a nobis accepit, nempe humanam naturam, „in gloria & honore habet, ut nos, quod ab „eo accepimus, honoremus, nam licet a dex„tris Patris ſui ſedeat, tamen etiam in nobis „eſt, & nos in ipſo, *Joann.* 14. *v.* 20. Profe„cto & nos de ſpiritu Chriſti accipimus.

6. „Præparemus ergo templa noſtra ſpiri„tui Chriſti, & ne offendamus eum, ne abeat „a nobis, ſicut monet Apoſtolus: *nolite contri„ſtare Spiritum ſanctum, in quo baptizati eſtis,* „*Eph.* 4. *v.* 30. quia ex ipſo baptiſmo accipi„mus

„mus Spiritum ſanctum, ſed ab homine, qui „eum contriſtat, exit. Cum vero Spiritus S. „abit ab homine, tunc pugnat diabolus cum „illo homine, ut ſupplantet eum, & obſervat „horam, an audiat ab homine illo; in quo „habitat Christus, quod loquatur verba tur„pia, vel iraſcatur, rixetur, contendat, tunc „ſcit diabolus, quod Chriſtus non eſt in eo, „& venit, & perficit voluntatem ſuam in eo: „At ſi audiat ab illo homine, quod vigilat, & „orat, & meditatur, tunc diſcedit, quia ſcit, „quod Chriſtus eſt cum eo. *Diaboli pugna contra hominem.*

SERMO SEPTIMUS.

De Pœnitentia.

1. „Unus ſolus innocens eſt in omnibus generationibus Dominus noſter Jeſus „Chriſtus, nullus alius eſt in omnibus filiis „Adæ, qui ineat pugnam, & non cadat & „vulneretur: nam ab eo tempore, quo Adam „præceptum transgreſſus eſt, regnabat pecca„tum, & multos occidebat, donec venit Do„minus noſter, & affixit illud cruci, & quam„vis cruci affixum ſit, tamen ſtimuli ejus per„manent, & multos pungunt, donec fiat fi„nis conſummationis. Qui autem vulneran„tur in certamine noſtro, remedium habent „pœnitentiæ. *Pœnitentia omnes egent.*

2. „Igitur qui vulneratus eſt in bello a dia„bolo, eum non decet erubeſcere confiteri de„licta ſua, & petere medicinam pœnitentiæ, „qui enim erubeſcit manifeſtare vulnera ſua *Peccata Sacerdoti confitenda.*

„medico, ejus corpus putrescentibus vulneri-„bus totum inficitur; at vulnera ejus, qui non „erubescit, sanantur. Et vos, qui discipuli „estis medici nostri, cum præditi sitis sanandi „virtute, cavere oportet, ne impedimento si-„tis, quominus qui indigent medicina, sanen-„tur, sed ei, qui ostendit vobis vulnera sua, „medicinam pœnitentiæ adhibebitis. Et qui „erubescit manifestare malum suum, vos eum „monete, ne illud vos celet: & cum manife-„staverit vobis, nolite in publicum efferre, ne „propter eum & qui innoxii sunt, ab inimicis „apud quos in odio sumus, criminosi æstimen-„tur. At vero qui indicavit vulnera sua & cu-„ratus fuit, caveat ne ubi vulnus accepit & „sanatus est, iterum vulneretur, nam sanare „eam partem, in qua semel atque iterum ali-„quis vulneratus est, sapienti medico difficile, „quia vulnera cicatricum haud facile curantur: „& etiamsi iterum sanetur, difficile tamen in-„duere arma poterit; si autem induere conatus „fuerit, & vulneretur, peccandi consuetudi-„nem contrahet.

Sigillum Confessionis.

Deus ad pœnitentiam non desperationem vocat.

3. „Vos ergo, qui vulnerati estis, accipi-„te medicamentum sine pretio, & convertimi-„ni & state, antequam pereatis; non enim me-„dicus noster prohibet pœnitentiam: nam cum „peccavit Adam, vocavit eum ad pœniten-„tiam, *Gen.* 3. *v.* 9. & Cain pœnitendi gra-„tiam fecit, qua ille usus non est: gentibus „autem in diebus Noe centum viginti annos „ad pœnitentiam agendam concessit. Vos au-„tem, qui pœnitentiam agitis, nolite iis ter-

„reri,

„reri, quæ durius in Scripturis ſcripta occur„runt, id enim Spiritui Dei conveniebat, ut „nos hoc modo cautiores redderet. Cautio„nem igitur timoris docuit *Ezech.* 3. *v.* 18. „*& cap.* 33. *v.* 4. *Si in omnibus diebus ſuis ope„ratus fuerit homo juſtitiam, & in fine dierum „ſuorum iniquitatem, in illa iniquitate ſua morie„tur: ſi autem operatus fuerit omnibus diebus vi„tæ ſuæ iniquitates, & converſus fuerit, & fece„rit judicia, ſalvabit animam ſuam.* Unico hoc „ſermone reddidit juſtum cautum, ne peccet „& perdat labores ſuos, & ſpem præbuit ini„quo, ut relinquat iniquitates & vivat.

4. „Audite & vos, qui habetis claves por„tarum cœlorum & reſerate portam pœniten„tibus, & ſequimini ea, quæ dixit B. Apoſto„lus *Gal.* 6. *v.* 1. firmantes eos *in ſpiritu leni„tatis.* Attendite inſuper, ne quis veſtrum „cadat in tentationem, nam terrefactus Apo„ſtolus dicebat de ſeipſo: fortaſſe ego, qui aliis „prædicavi, prorſus reprobus inveniar, 1. *Cor.* „8. *v.* 21.

Miniſtri pœnitentiæ peccatores in ſpiritu lenitatis tractent.

5. „Ex eo autem quod dixi, Deum non „ſpernere pœnitentes, cave ne vigorem diſci„plinæ diſſolvas, adeo ut pœnitentia indi„geas, ſiquidem inprimis curandum eſt, ne „tibi neceſſaria ſit pœnitentia: omne quod ha„bes, noli perdere, fortaſſe multum labora„bis in quærendo illud, „& incertum eſt, an „inveneris, & ſi invenias, perinde non erit „ac illud, quod ante habebas, neque enim fie„ri poteſt, ut peccator per pœnitentiam æque„tur

Curandum, ne pœnitentia egeamus.

„tur illi, qui ab omni culpa purus est. Si „autem pœnitentia tibi opus fuerit, noli esse „similis terræ sterili, adeo ut pravitatis nota „tibi inusta remaneat, sed enitere ultra pœni„tentiam.

Pugnandum contra diabolum.

6. „Proinde qui invitati estis ad bellum, „audite sonum tubæ, & confortamini. Dico „enim vobis, qui tenetis tubas istas, Sacerdotes, „Præsules & Sapientes, clamate, & dicite, „universo populo: qui timet, recedat a bello, „ne frangat animam fratrum suorum æque ac „suam, nam quis sit fortis & validus, aquæ „examinis probant, cujus typus & imago in „Gedeone ostensa est, nuntiavit enim de mi„litibus selectis, ut eos in aquis Gedeon pro„baret, *Jud.* 7. *v.* 4. qui sunt imago solitario„rum, Quicunque ergo continere se nequit, „& ad conjugium propendet, accipiat uxorem „ante baptismum; & qui diligit possessiones, „ab exercitu solitariorum discedat.

Adhortatio ad animarum pastores.

7. „Porro opus est ei, qui peccavit, ut „omnes dies ejus sint in luctu, quippe qui in „altum gradum elatus inde decidit, unde etiam „fratrum suorum infirmitatibus debet compa„ti, maxime vero illi, qui confitetur peccatum „suum, pœnitentia concedenda est, quia Do„minus ipse non spernit pœnitentes. Quare „o Pastores! discipuli Domini nostri pascite „oves & deducite caute: corroborate debiles, „& confirmate infirmas, sanate ægras, & ser„vate pingues. Quando enim veniet magister „pastorum, reum judicabit pastorem insipien-

„tem

„tem & ignorantem, qui non bene curavit oves „ſibi commiſſas, O Præſules! attendite bene, „& deducite populum veſtrum cum omni cha„ritate, ne forte ſuperveniat gladius hoſtilis, „& occidat aliquem ex illis, ipſe enim in pec„cato ſuo morietur, ſed ſanguis veſter e ma„nibus veſtris requiretur: quodſi poſtquam mo„nueritis, pereat homo ille, in peccato ſuo „morietur, vos autem nequaquam puniemini. „O oves pingues! nolite ſuperbe minari percu„tientes infirmas, ne condemnemini a magno „Paſtore noſtro, quando veniet. Mundus iſte „mundus gratiæ eſt, & usque ad conſumma„tionem finis ſui eſt in eo locus pœnitentiæ: „& cum advenerit tempus judicii, non vult re„cipere pœnitentes, quia pœnitentiæ terminus „eſt impletus, & deinceps non amplius eſt ei „locus.

SERMO OCTAVUS.

De Reſurrectione mortuorum.

Objectiones contra reſurrectionem ſolvuntur.

1. „Impugnatur quotidie mortuorum reſur„rectio. Quomodo, ajunt, mortui re„ſurgent? & quo corpore redibunt? quoniam „corpus corrumpitur. Et ſi intres in ſepul„crum, ubi centum mortui ſepulti ſunt, pu„gillum pulveris vix invenies. Alii ita oblo„quuntur: Scimus nos, quod mortui reſur„gunt, ſed induuntur corpore cœleſti, & for„mis ſpiritalibus. Quod ſi non eſt ita, ajunt, „quodnam corpus induunt? O amens, qui „hæc cogitas, audi, quid dicat Apoſtolus: „*Tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi prius „moria-*

„*moriatur &c.* 1. *Cor.* 15. *v.* 36. Quodsi, uti „dicunt, animæ justorum ascendunt in cœ„lum & induuntur corpore cœlesti, quomodo „ille, qui suscitat mortuos, adveniens suscita„bit mortuos ex terra ista, sicut scriptum est: „*Exibunt e monumentis suis*, *Joan.* 5. non igitur „e cœlis descendit corpus cœleste intrans in „monumentum, & iterum egreditur. Plura „de resurrectione probat Apostolus, 1. *Cor.* 15. „Sane cum ab initio formasset Deus Adam, „ex pulvere creavit eum: quare si dum nihil „erat Adam, fecit eum, quam facilius erit „Deo, cum fuerit, rursus illum suscitare?

Veteres Patres resurrectionem sperabant.

2. „Deinde omnes Patres nostri sperabant „resurrectionem, & ad eam properabant. Hoc „de Abraham testatur Apostolus, *Hebr.* 11. „*v.* 19. Jacob voluit sepeliri in sepulcro pa„trum suorum, *Gen.* 47. ut resurgeret cum iis, „& in die resurrectionis non commisceretur „iniquis. Similiter Joseph voluit, ut ossa sua „ex Ægypto suo asportarentur. Moyses autem „tristatus, quod ossa sua cum Patribus suis non „sepelirentur. Ipse autem Moyses alibi mani„feste prænuntiavit resurrectionem mortuorum „ex ore Dei dicens: *Ego mortifico & vivifico*, „*Deut.* 32. *v.* 39. Et Isaias Propheta ait: *Vi„vent mortui, & cadavera eorum resurgent*, *Isa.* „26. *v.* 19.

Resurrectio factis probatur.

3. „At vero non verbis solum locutus est, „qui suscitat mortuos, sed & rebus & factis „id ostendit nobis Deus. Sic per Eliam mira„bili prodigio ostendit, quod mortui vivunt, „&

„& refurgent, qui dormiunt in pulvere, cum „mortuum filium viduæ fufcitavit, 3. *Reg.* 17. „Et fimiliter Elifæus ad vitam revocavit filium „mulieris Sunamitidis, 4. *Reg.* 4. ut certum „refurrectionis teftimonium haberemus. Et „fuper offa Elifæi projecerunt mortuum, & „vixit, 4. *Reg.* 13. Etiam per Ezechielem „Prophetam declarata eft refurrectio & vivi„ficatio mortuornm in vivificatione offium ari„dorum, uti narratur, *Ezech.* 37. Profecto & „ipfe Dominus nofter in primo fuo adventu „tres mortuos fufcitavit, & quidem binis fo„lum verbis, quia duæ refurrectiones in ipfis „fieri debebant, una illa prima, quæ tunc fa„cta eft, & fecunda illa, quæ ventura eft. „Præterea demonftravit etiam Dominus Sad„ducæis futuram refurrectionem mortuorum „*Matth.* 22. *v.* 28.

4. „Et quidem funt etiam aliqui, qui „dum hic vivunt, apud Deum moriuntur, „fic Adam poftquam transgreffus eft man„datum Dei, Deo mortuus erat in peccatis fuis, „ficut illi Deus comminatus eft, dicens: *mor„te morieris*, cum econtra juftus, quamvis „mortuus fit, vivit apud Deum, & mors illi „fomnus fit, ficut & David ait: *Ego dormivi „& foporatus fum, & exurrexi Pf.* 3. Oportet „autem nos timere fecundam mortem, quæ „plena eft fletu & ftridore dentium, illam in„quam mortem, quæ inhabitat in tenebris ex„terioribus. Beati quidem erunt jufti in re„furrectione mortuorum, quia fpem habebunt „accipiendi præmia bonorum operum: fed ini„quis, *Mors fecunda timenda.*

„quis, qui non credunt in resurrectionem il-„lam, væ undique reservatum est, melius es-„set illis, si penitus non resurgerent: etenim „fides nostra docet, quod quando dormiunt „homines, animæ eorum, qui sunt justi, eunt „ad Deum, illorum autem, qui sunt peccato-„res, ad gehennam, 1. *Thess.* 4. *v.* 16.

Solvitur objectio de ascensu corporis in cœlum.

5. „Verum enim iterum offendiculum pa-„tiuntur sectæ hæreseon ex eo, quod dixit vi-„vificator noster: *Nemo ascendit in cœlum, nisi* „*qui descendit de cœlo, qui reipsa erat in cœlo,* „*Joan.* 3. *v.* 13. Ecce Dominus noster testa-„tus est, quod corpus terrestre non ascendit „in cœlum. Sed vim illorum verborum im-„periti non percipiunt, nam ibi docere voluit „Dominus noster Nicodemum, qui sensum eo-„rum, quæ locutus ei fuerat, non intellexe-„rat, propterea dixit ei Dominus; nemo ascen-„dit in cœlum & descendit, ut enarret vobis, „quid illic sit: id est, nullus testis inde descen-„dit mecum, ut perhibeat testimonium de his, „quæ in cœlis sunt, ut crederetis. Nullum „ergo dubium sit de resurrectione mortuorum, „quoniam os ejus, in quo vita est, testimo-„nium perhibuit, dicens: *Ego mortifico & ego* „*vivifico:* & ex uno ore illa duo mors & vita „exierunt. Quemadmodum certum est, quod „mortificat, & ipsimet videmus, ita certum „apud nos & omni fide dignum esse debet, „quod rursum nos vivificabit.



SER-

SERMO NONUS.

De Humilitate.

1. „Bona est humilitas omni tempore ab om- *Humilitatis bona.*
„nibus angustiis eos, qui eam am-
„plectuntur, liberat, & fructus ejus plurimus est.
„Multa enim parit bona: ex ea enim oritur
„simplicitas, qua Noe Deo placuit, & salva-
„tus est ab eo, *Gen.* 7. Multa sunt præconia
„humilitatis; dicit enim Scriptura: *Mites pos-*
„*sidebunt terram. Matth.* 5. *v.* 4. Item dicit
„Dominus per Esaiam: *In quo requiescam, ni-*
„*si in mitibus & humilibus. Is.* 66. *v.* 2. Item:
„*Melior est humilis spiritu eo, qui accipit civita-*
„*tem. Prov.* 16. *v.* 19. Humilitas signum &
„indicium bonitatis & pietatis. Misericordia
„reperitur in humilibus; humilitas est habi-
„taculum sanctitatis: disciplina apud humiles
„invenitur, & eorum labia eructant sapientiam.
„Si quæras sobrietatem & patientiam, in hu-
„milibus inveniuntur, & illis vita solitaria seu
„ascetica congruit. Amabilis est humilis, &
„dulcia sunt verba illius, & hilaris est facies
„ejus; ridet & lætatur. Dilectio ornat humi-
„les, quia sciunt ambulare in illa: humiles &
„mites servantur ab omnibus malis. Loqui-
„tur humilis, & decet ipsum: labia ejus ri-
„dent, & non auditur loquela eius: timet
„humilis animi aversionem, quia illa partus est
„invidiæ. Quando audit humilis verba mali-
„tiæ, obturat aures suas, ne intrent in cor
„suum; bibit humilis disciplinam doctrinæ tam-
„quam aquam: humilis est aliis demissior, cor
„autem ejus in excelsis, & illic ubi sunt the-

„sauri sui, versantur cogitationes ejus, oculi „vultus ejus aspiciunt terram, oculi vero men„tis ejus in sublimibus, &. supernis. Formi„dat humilis jugiter, ne verbum vindictæ & „detractionis sibi exeat adversus aliquem. Sol„licitus est humilis in lege Domini, & ab eo „accipit medicinam. Lætatur humilis de bo„no proximi sui, & reputat proximum suum „sicut seipsum, accedit humilis ad superbum, „& alligat mentem ejus: destruit humilitas „arces munitas, & avertit furorem & inimi„citiam. Vicit humilitas Jacob furorem Esau „fratris sui: humilitas Joseph iram fratrum suo„rum: & vicit Moyses humilitate sua super„biam Pharaonis: vicit humilitas David ela„tionem Goliath: vicit humilitas Ezechiæ „jactantiam regis Sennacherib: vicit humilitas „Mardochæi omnem fastum gloriæ Aman: & „vicerunt Daniel & fratres ejus humilitate „sua viros impios obloquentes de ipsis.

Humilium virtutes. 2. „Humiles longe absunt ab omni in„vidia, æmulatione & contentione. Abomi„nabilis est in oculis eorum elatio superbiæ, „& duritiam inobedientiæ non participant. „Amovent a se mendacium, & alieni sunt a „maledicentia. Rejicitur ab illis hostilitas, le„vitas, quia vigilant super bonum nomen suum: „dolos nesciunt, quieti sunt, alieni sunt ab „hoc mundo. Humiles sunt filii Altissimi & „fratres Christi, & propter humilitatem Ma„ria suscepit illum: & cum docere nos vellet „Dominus humilitatem in adventu suo, sic „ait: *Qui percutit te in maxillam tuam colaphis,*

„præbe

„*præbe illi & alteram. Matth.* 5. *v.* 39. Hoc „humiles exequi possunt. Nos decet humili„tas, & Deum gloria & celsitudo: Ipse quod „suum est, habeat, & nos nostrum: nobis „autem dedit humilitatem, & quidquid ille „non dedit, non usurpemus: imo vero etiamsi „aliquid dederit nobis, probando probat nos: „qui vero usurpat aliquid, quod non est suum, „stultus & fraudulentus habetur: qui autem „stat & manet in gradu humilium, exaltat „eum Altissimus in regione gloriæ suæ.

3. „Non est communicatio inter elationem „& humilitatem, inter iracundiam & mansue„tudinem, inter inertiam & diligentiam, in„ter sollicitudinem & tranquillitatem. Om„nis qui diligit humilitatem, exaltabitur in re„gione gloriæ. Dives qui induebatur purpu„ra, superbivit, cum autem mortuus est, ce„cidit in tormenta, & Lazarus, qui humilia„vit se, sedit in sinu Abrahæ, *Luc.* 16. Pha„risæus elatus descendit in domum suam dam„natus, Publicanus, qui humiliavit se, descen„dit in domum suam justificatus. *Humilitas non stat cum superbia.*

4. „Humilitas contraria est invidiæ & æmu„lationi. Contra invidiam nullum remedium, „nisi silentium & patientia; sed retributionem „pessimam recipiunt invidi. Pro eo, quod in„vidit serpens Adæ in Paradiso, tres maledi„ctiones suscepit in pœnam: nam abstulit ab eo „pedes Deus: dedit ei pulverem in cibum: po„suit eum inimicum, & calcabilem homini„bus. Cain occidit Abel ex invidia, & acce- *Invidia mala & supplicia.*

„pit maledictionem in septimum ævum, & fuit „vagus super terram. *Gen.* 4. Esau invidit „Jacob humili, & Jacob primogenita & bene„dictiones ejus accepit. *Gen.* 25. Et qui ex „odio inviderunt Joseph humili, adoraverunt „Joseph exaltatum: Et Pharao, qui invidit „Hebræis, retributionem peccatorum suorum „recepit. *Exod.* 1. Quando Core cum sociis „suis invidit Moysi, infernus aperuit os suum, „& deglutivit eos, & ignis socios ejus consum„sit. *Num.* 16. Et quando Aaron & Maria „inviderunt Moysi, Maria apparuit candens „lepra septem diebus. *Num.* 12. Et quando „Saul invidit David, cruciavit eum spiritus „nequam 1. *Reg* 16. Et quando Achab in„vidit Naboth, sanguinem ejus linxerunt ca„nes, ubi effusus est sanguis Naboth 3. *Reg.* 21. „& Jezabelem, quæ persecuta est Eliam, ca„nes devoraverunt. 3. *Reg.* 19. Et Chaldæi, „qui male locuti de Daniele, inciderunt in „foveam, quam ei foderant. *Dan.* 3. Et Aman, „qui invidit Mardochæo, mortem crucis sub„ivit. *Esth.* 7. Et durum populum, qui non „recepit Christum, Deus e regionibus suis dis„sipavit. Propterea sequere humilitatem, quæ „vincit invidiam, & expellit inimicitiam, & „adjunge ei silentium & patientiam, ut pro„tegaris contra perversitatem. Dilige humili„tatem, & adipiscere sobrietatem, & patien„tiam annecte illis. Multi diligunt humilem, „elatum enim & superbum etiam iniqui ejus „similes odio habent.

5. „Præ-

5. „Præterea noli concredere iræ lin- „guam tuam, & noli tradere linguæ omnes „cogitationes, quæ ascendunt super cor tuum, „sed intus in horreo cordis tui sepeli eas. Vol- „vatur verbum in corde tuo multis diebus, „& si videris dignum esse, trade illud linguæ „tuæ, sin secus, moriatur in corde tuo. Cu- „stodi linguam tuam a falso testimonio, ne „accendas ignem in corpus tuum. Diligat si- „lentium lingua tua, qua vulnera Domini tui „lingis. Caveant a discordia labia tua, qui- „bus regem filium oscularis. Ex ore tuo ina- „ne aliquid non exeat, ne seipse subducat. „Amabis humilitatem, quia similis est muro „ferreo. Sapiens ex lingua illius, cui appro- „pinquat, ipsius cogitationes cognoscit, quo- „niam ex illarum reliquiis eloquuntur labia. „Vir timens Deum sola bona loquitur: & „quando audit verbum scurrilitatis, non in- „tendit auditum suum ad illud, & verbum ma- „lum non loquitur os ejus, cogitatio enim ejus „non concipit, quod abominabile est.

Lingua custodienda.

6. „Dilige ergo humilitatem, cujus odor „suavis est, & sapor dulcis. Si humilibus ac- „ciderit humile aliquid, non conturbantur, „nam in gradu & conditione sua, in qua sta- „bunt, permanent: sed magna est subversio „superbi, qui non humiliat seipsum, quando „humile aliquid ei advenit. Amici humilis „multi sunt; gloriam ejus multi narrabunt, „& ejus humilitas cooperit maculas delicto- „rum suorum. Humilitas fons pacis est, & „singuli ex primis illis Patribus nostris erant

Adhortatio ad humilitatem.

„humiles, mites & pacifici, & excelsus exaltavit humiles, & humiliavit elatos. Dilige „igitur virtutem humilitatis, quæ ex origine „corporeæ nostræ conditionis indita nobis & „conveniens est, nam justitia est, cum „aliquis humiliat seipsum; origo enim „Adæ est ex pulvere terræ, & Dominus ei de„dit mandatum, ut custodiret illud, quod si „custodisset, in naturam excelsam perduxisset „eum Dominus, sed quia voluit adipisci celsi„tudinem, quæ naturæ ejus non conveniebat, „convertit eum Dominus in originem humili„tatis suæ. Radix humilitatis in terra planta„ta est; & emolumenta fructuum ejus pro „magnitudine profunditatis suæ exoriuntur; „fructus autem desiderabiles sunt, quia gene„rat tranquillitatem & modestiam & mentem „mitem. Humiles sunt simplices, patientes, „amabiles, & innocentes, sinceri, & sapien„tes, providi & prudentes, pacati & miseri„cordes. Qui diligit hanc arborem, beata „anima ejus, in qua habitat is, qui habitat in „humilibus.

SERMO DECIMUS.

De Pastoribus.

Pastorum bonorum exempla. I. „Sedent Pastores in capite gregis, & ci„bum vitæ ovibus distribuunt. Ille ha„bet curam de ovibus pascui sui, qui pro eis „vigilat & laborat, & qui non pascit gregem „suum, similis est mercenario. Similes esto„te o pastores primis pastoribus justis. Pavit „Jacob oves Laban, laboravit, vigilavit, custo„divit,

„divit, & mercedem accepit. *Gen.* 31. *v.* 38. „Jacob pastor, Joseph pastor, Moyses pastor, „& Amos pastor. Hi pastores fuerunt, pave„runtque oves, & deinde electi sunt, ut ho„mines pascerent. Pavit Jacob oves Laban, „deinde duxit filios: & Joseph pascebat oves, „& in terra Ægyptiorum factus est dux popu„li, & eos gubernabat: Moyses etiam pavit „oves Jethro, & ab illis ovibus assumtus est, „ut pasceret populum suum, quem pavit qua„draginta annis, & cum vellet Dominus de„lere populum pro peccatis eorum, Moyses pe„tebat a Domino: *Si non dimittis, dele me de „libro, quem scripsisti.* *Gen.* 32. *v.* 31. Hic est „pastor bonus, qui tradidit animam suam pro „ovibus suis. Similiter David tradidit animam „suam pro ovibus suis, quando oravit, dicens; „*Ego peccavi, quia numeravi populum hunc: erit „manus tua contra me.* 2. *Reg.* 14.

2. „At pastores, qui nullam habuerunt „curam de ovibus, ii mercenarii erant, quo„niam semetipsos solum pascebant, contra „quos declamat Jeremias *cap.* 23. *v.* 2. Sed „cum venerit pastor magnus, congregabit oves „suas, & advocabit pastores illos, & petet ab „eis rationem, & eos ex operibus condemna„bit, sicuti minatus est illis per Zachariam „*cap.* 11. *v.* 9. *Propterea ecce excæco dexterum „oculum tuum, & confringo dexterum brachium „tuum, ut quod non duxit fideliter, arefiat.* *Pastores mercenarii puniuntur.*

3. „Assimilamini igitur, o Pastores! Pasto„ri bono, qui est caput totius gregis. Acces„sit *Pastores Christum imitentur.*

„sit hic ad longinquas, reduxit errantes, sa„navit infirmas, corroboravit debiles, alliga„vit confractas, custodivit saginatas, & tradi„dit animam suam pro illis, & elegit discipu„los virtute eximios, & greges omnes in eo„rum manus tradidit. Pastor, qui habet cu„ram de ovibus suis, nullum aliud opus facit, „non plantat vineas, nec in negotia hujus „mundi distenditur. Nullus umquam visus est „pastor, qui relinqueret oves suas, ut manum „admoveret aratro; si enim relinquat greges „suos, tradet illos in ora luporum.

Pastores boni constituendi.

4. „Rogo vos pastores, nolite constituere „super gregem istum discipulos stultos & im„peritos, & nolite præficere avaros, & qui „possessiones diligunt. Omnis, qui pascit oves, „ex lacte eorum comedit. Dignum quidem est, „ut sacerdotes ex altari ipso suas portiones ha„beant, & ut Levitæ decimas suas accipiant; „sed Sacerdotes exacte & reverenter altari ser„viant, & Levitis non sit ulla portio in Israel. „O Pastores, discipuli magni Pastoris! rogo „vos, nolite assimilari mercenariis, qui non „curant de ovibus, sed similes estote miti pa„stori nostro, qui plus oves amavit, quam „animam suam. Custodite juvenes, subleva„te virgines, fovete agnos, & in sinu vestro „nutrite eos, & cum iveritis ad Magistrum „Pastorum, offeretis ei omnes oves vestras „bonas & perfectas, & dabit vobis, quod „promisit inquiens: *Ubi ego ero, & vos illic* „*eritis*. *Joan*. 12. *v*. 26.

SER-

SERMO UNDECIMUS.

De Circumcisione contra Judæos.

1. „Manifestum unicuique est, quodsi circumcisio sit sine fide, nulla in ea utilitas est, quia fides fuit prius conciliatrix & pronuba sanctitatis, & deinde circumcisio data est Abrahæ in fœdus & in signaculum electionis, *Gen.* 17. *v.* 10. donec placuit datori suo, & observata est circumcisio una cum præceptis legis, fuit illa fructuosa & utilis, cum vero lex amplius servata non est, a circumcisione nullam acceperunt utilitatem Jeroboam, & reges omnes Israelitarum circumcisi, qui ambulaverunt in via iniquitatis Jeroboam. *Circumcisio sine fide nihil prodest.*

2. „Omnibus quidem sæculis mandata aliqua hominibus dedit Deus, & fœderis seu pacti conditiones, quæ singula suis temporibus observata sunt, & deinceps mutata transiverunt. Sed ex omnibus fœderibus, quæ pepigit Deus cum hominibus, non fuit circumcisio Abrahæ, quæ una præ aliis omnibus sanctitatem aliquam contineret, nam cum elegit eum, non per circumcisionem vocavit, ut fieret pater omnium gentium, sed per fidem, & deinde post fidem jussit circumcidi; si enim per circumcisionem donata fuisset vita, prius Abraham circumcisus esset, & deinde credidisset. Sic Abel, Henoch, Noe, Sem & Japhet non per circumcisionem facti sunt cari Deo, sed quia custodierunt pacta, quæ mandaverat Deus, & crediderunt. *Sine circumcisione antiqui justi erant.*

Cur data sit circumcisio.

3. „Sed nunc ostendam, quare data sit circumcisio. Cum credidisset Abraham, & egressus esset ex terra Chaldæorum, & habitasset in Charan, non jussit eum Sanctus circumcidi: & cum moram fecisset in terra Chananæorum viginti quatuor annis, non est circumcisus, quia non habebat filium benedictionis, unde reges, justi & Sacerdotes nascituri erant. Sed cum esset nonaginta novem annorum, ostendit ei Sanctus in consummatione centesimi anni, quod filius ei nasceretur, & circumcisus est, & natus ejus filius jussus est circumcidi in signum & confirmationem fœderis, ut cum multiplicaretur semen ejus, distingueretur ab omnibus nationibus, nec commiscerentur cum pollutione operum illarum.

Circumcisio cordis requiritur.

4. „Quodsi vero vita ex circumcisione est, ergo eam adepti sunt & filii Ismael, & filii Ceturæ, & filii Esau, quoniam & hi carne circumcisi sunt; sed in circumcisione sua adorabant simulacra diaboli, & Jeremias manifeste ostendit, quod quicunque sine fide circumcisi sunt, immundi & incircumcisi reputati sunt. Unde per eumdem Prophetam locutus est: *Circumcidite præputium cordis vestri, Jer. 9. v. 25.* nam cetrum est, quod ei, qui non circumcidit præputium cordis sui, circumcisio carnis nihil prodest.

Circumcisio signum erat distinctivum

5. „Sed ut cognoscas, quod circumcisio data sit in signum fœderis, ut Israeliticus populus secerneretur a coinquinatis gentibus, vide: Cum eduxit Deus Israelitas ex Ægypto,

„&

„& ambulaverunt per desertum quadraginta „annis, non sunt circumcisi, quia illic erat „ipse unus & solus populus, & non erant mi„sti cum gentibus. Postea vero Deus circum„cidi voluit iterum semen Abrahæ, cum om„nes gentes in iniquitate colerent idola. Ele„git ergo illos sibi per circumcisionem in popu„lum, ut siquis eorum deprehenderetur ido„lolatra, vel faceret aliquid contra legem, & „puniendus erat, non evitaret pœnas punitio„nis, dicendo: non sum filius Abrahæ. *Israelitarum.*

6. „Porro Ægyptii circumcisionem sine fide „a filiis Israel, & a Joseph acceperunt. Sunt „quidem aliqui, qui dicunt, quod filia Pha„raonis cum invenisset Moysen, ex signo illo „fœderis in carne eum novit, quod esset ex „filiis Israel: sed non est ita, nam fœdus Mo„saicæ circumcisionis non erat apud Ægyptios „signum aliquod, quo Hebræorum filii ex „Ægyptiis similiter circumcisis discerni pos„sent. Et sane si per circumcisionem manife„stabantur & distinguebantur Hebræi, eoquod „Ægyptii non essent circumcisi, illi non licuis„set Moysen nutrire in domo Pharaonis, quia „cum adhuc infans esset, facile inspici & agno„sci potuisset signum fœderis in carne ejus, „neque filia Pharaonis ausa esset transgredi „jussum patris sui. *Ægyptii circumcisionem ab Israelitis acceperunt.*

7. „Fœdus igitur Abrahæ, cum antea prop„ter fidem eum elegisset, fuit Circumcisio; Te„stamentum autem, quod promisit se daturum, „est, ut omnes cognoscant ipsum, & in hoc *Circumcisio carnis abrogata.*

„Testa-

„Testamento non est circumcisio carnis signaculum in populo: in omni autem tempore sapientibus manifestum & notum fuit, quod omnis homo, qui posthabita circumcisione mentis in luxuria & immunditia sua circumciditur, non intelligit verbum, quod dixit Apostolus: *Utinam abscissi abscinderentur illi, qui turbant vos. Gal.* 5. *v.* 12. Quare qui circumcisi erant corde, circumciduntur iterato in Jordane, cum veritate in baptismo lavacri propitiationis in remissionem peccatorum. Beati circumcisi corde in præputio cordis, & baptizati aqua in secunda circumcisione, nam fiunt hæredes cum Abraham, qui caput est credentium & omnium gentium, quoniam reputata est ei fides sua ad justitiam.

SERMO DUODECIMUS.

De Sabbato contra Judæos.

Sabbatum ad consequendam justitiam non est datum.

I. „Præcepit Dominus Moysi servo suo de die Sabbati, ut observarent eum filii Israel. *Exod.* 20. *v.* 9. Verum Sabbatum constitutum est, non quia ex eo mors & vita sit, sed datum fuit velut in requiem populi, & non hominum duntaxat, sed etiam brutorum. *Exod.* 23. *v.* 12. Si enim Sabbatum datum esset ad justitiam assequendam, oportuisset dari Adæ, ut servaret & justificaretur per illud, priusquam daretur Israeli, sed quia Deus non imposuit Adam opus laboris ante transgressionem præcepti, non dedit ei Sabbatum, sed post transgressionem præscripta sunt ei opera sudoris & laboris in colenda terra,

„ra, in quem ſententia mortis pronuntiata erat. „Etſi ex obſervatione Sabbati eſſet juſtitia, „Enoch per illud placuiſſet Deo, & juſti omnes, „qui ejus ſimiles fuerunt. Et enim Noe non „obſervavit Sabbatum, & tamen dixit ad eum „Deus: *Vidi te juſtum &c. Gen.* 7. Itaque non „in obſervatione Sabbati juſtificatus eſt, ſed „quia ſervavit integritatem vitæ immaculatæ „in ſæculo illo corrupto. Similiter Abraham, „Iſaac & Jacob juſti fuerunt, & non ſervave„runt Sabbatum, ſed juſtificati ſunt per fidem „& virtutibus claruerunt. Certe ſi propter „mortem & vitam conſtitutum eſſet Sabbatum, „& in eo poſitum eſſet peccatum vel juſtitia, „his juſtis mandatum fuiſſet, ut illud ſerva„rent & viverent.

Veteres ſubinde communi voluntate non ſervabant Sabbatum.

2. „Sed quomodo intelligemus illud, quod „Deus requievit die ſeptimo? Senſus eſt, quod „ſex diebus perfecit omnia opera ſua, & die „ſeptimo ceſſavit ab eis, *Gen.* 2. *v.* 2. nam de„mentes putant, quod defatigatus fuerit Deus „& laboraverit. Fruſtra igitur in ejus obſervatio„ne gloriantes ſuperbiunt, nam neque Jeſus „filius Nave fecit ſuos quieſcere die Sabba„ti, dum pugnaret contra civitatem Jericho, „*Hebr.* 4. *v.* 8. & Macchabæi Sabbatum cuſto„dientes, cum occiderentur ab hoſtibus ſuis, „ceperunt conſilium communi voluntate, ut „pugnarent potius, quam ſervarent Sabbatum. „Etiam Sacerdotes in ipſo templo ſolvebant „Sabbatum, & erant ſine crimine, *Matth.* 12. „*v.* 5.

Quale Sabbatum observandum. 3. „Audi igitur, quale Sabbatum, quo „nomine requies significatur, Deus imperat „servari. Isaias dicit: *Illa est requies, cum fece-„ritis requiem afflictis, Is.* 28. *v.* 12. Et iterum: „*Qui servabunt Sabbatum, sunt, qui stabiles sunt „in pacto mandatorum meorum. Is.* 56. *v.* 4. „Nihil autem prodest Sabbatum peccatoribus. „Nos ergo servemus Sabbatum Dei, ut facia-„mus requiem voluntatis ejus, ut intremus in „Sabbatum requiei, quia per eam Sabbatum „tenent cœli & terra, & cessant creaturæ om-„nes, & ne simus pravi cordis fugientes, ver-„tentes pharetram, & fiamus transfugæ juxta „ea, quæ monuit Salvator: *Ne fiat fuga vestra „in hieme, neque Sabbato, Matth.* 24.

SERMO DECIMUS TERTIUS.

De Ciborum Delectu.

Cibi ad justitiam nec juvant nec nocent. 1. „Cibi nihil juvant, qui eis abstinent, ni-„hilque nocent illis, qui eis utuntur, „*non* enim *quod intrat in os, coinquinat homi-„nem, sed quod procedit ex ore. Matth.* 15. *v.* 11. „Et hoc dixit Salvator noster, ut obstrueret „os Pharisæorum, qui jactabundi gloriabantur „de lavacris & baptismis, & lotione ma-„nuum & electione ciborum. Proinde ab om-„nibus cibis abstinere nec peccatum est neque „justitia. Quare B. Apostolus refellit eos, qui „gloriabantur in escis, dicens: *Cibi nos non „commendant Deo &c.* 1. *Cor.* 8. *v.* 8. Porro „quemcunque cibum edat homo, si ea mensu-„ra ac modo, quo licitum est, & sine crapu-„la utatur, imo cum justitia & fide suscipiat

„dona

dona Dei, nullum peccatum est in eo, namque creaturæ Dei bonæ sunt, & nihil est immundum in eis, sed sanctificantur verbo Dei per preces, *Rom.* 14. *v.* 14. nam homo, qui utitur creaturis Dei, & antequam manducet aliquid ex eis, orat, & commemorat nomen conditoris eorum, per spirituales ejus orationes illæ purificantur & sanctificantur, & expelluntur ab eis virtutes maligni.

2. „Sanctus quidem Deus noster designavit cibos & escas, non quod in eis posita sit justitia aliqua, sed propter Hebræorum lasciviam & gulam legem de his constituit, ut ab earum rerum cultu & adoratione Israelitas avocaret, quas peccantes in terra Ægyptiorum coluerant. Quippe Deus in primo sæculo non demonstravit delectum ciborum, sed dedit Adæ & semini ejus omne genus pecorum in cibum. *Gen.* 9. *v.* 2. Si autem esset aliquod peccatum in cibis, primum Adam & Evam docuisset Deus discernere sanctum a polluto, sicut admonuit eos de sanguine. *Quare Deus aliquos cibos prohibuit.*

3. „Sane nullos cibos natura sua immundos & pollutos esse exempla sacræ Scripturæ demonstrant: Sic enim Nazaræus Samson ab immunda bestia nempe ab ore leonis collegit mel & manducavit, nec delicto & opprobrio datum est ei, non enim scriptum est, quod fuerit pollutus. Item reputatus est mundus cibus Eliæ, quem ex ore corvi recipiebat. 3. *Reg.* 17. licet avis illa contaminata habeatur. *Lev.* 11. *v.* 15. Igitur ut *Cibi natura sua non sunt immundi.*

„omnem

„omnem occasionem Hebræis Deus adimeret, „ne adorarent caput vituli & idola Ægyptio-„rum, discrevit eis cibos, & jussit, ut ex eis „offerrent sacrificia, quæ colebant in terra „Ægypti.

SERMO DECIMUS QUARTUS.

De Pascha.

Pascha Judæorum transiit.

1. „Jussit Sanctus Moysi, ut facerent Pascha die „decima quarta primi mensis *Exod.* 12. „& *Deut.* 16. omnem ritum illud celebrandi „præscripsit, ubi inter alia præcipitur, ut non-„nisi in Jerusalem Pascha celebretur: cum igi-„tur hodie Israel per omnes nationes sit disper-„sus, potestas celebrandi Pascha ei ademta est, „quod etiam per Prophetam Deus testatus est „dicens: *Dissipabo Jerusalem & festivitates Pa-„schatum ejus, Is.* 1. Quare libellus repudii da-„tus est populo Israelitico, & Ecclesia ex gen-„tibus facta est hæreditas Domini, *Jer.* 12. *v.* 7.

Verum Pascha & agnus Paschalis.

2. „Paschæ igitur mysterium & figura data „est primo populo, veritas autem ejus hodie „annuntiatur in gentibus. Nam verus agnus „vivificans est Salvator noster anniculus im-„maculatus, nulla in exteriori parte muti-„lus & mancus. Salvator autem hic noster „comedit quidem Pascha cum discipulis suis „in decima quarta nocte illa, qua captus „est, & Sacramentum veri Paschæ tradidit „discipulis. Nam postquam exivit ab eis Ju-„das, accepit panem, benedixit, & dedit „discipulis suis dicens: *Hoc est corpus meum*,

„acci-

„accipite & manducate omnes ex isto, *Matth.* 26. „& super vinum sic benedixit: *Hic sanguis meus „novum Testamentum, qui pro multis effunditur „in remissionem peccatorum.* Cum ergo mandu„catum fuit corpus ejus, & bibitus ejus sanguis, „reputatus est esse cum mortuis, nam Domi„nus noster manibus suis dedit corpus suum „in cibum, & cum non adhuc esset crucifixus, „dedit sanguinem suum in potum. Ceperunt „autem illum in nocte illa decima quarta, & „judicium ejus tractatum est usque ad horam „sextam, & hora sexta eum crucifixerunt, & „in hora nona tradidit spiritum in manus Pa„tris sui, & fuit ipse inter mortuos tribus die„bus & tribus noctibus, nam si tempus nume„retur ex ea hora, qua dedit corpus suum ad „manducandum, & sanguinem suum ad biben„dum, habentur tres dies & tres noctes hoc „modo: Nox erat hora illa, qua Judas exivit, „& undecim discipuli manducaverunt carnem „& biberunt sanguinem Salvatoris nostri. Jam „ecce nox una illa est, quæ lucescebat in Pa„rasceve, & inde usque ad horam sextam, qua „condemnaverunt eum, & fuit dies unus, & „integra una nox: præterea tres horæ, in qui„bus erant tenebræ a sexta hora usque ad no„nam, & tres horæ postquam factæ sunt tene„bræ, quæ alteram noctem & diem constituunt: „ecce duo dies, & duæ noctes, demum to„ta nox, quæ lucescebat in Sabbatum, & to„ta dies Sabbati. Jam vero completæ sunt „tres dies & tres noctes, quibus Dominus no„ster fuit inter mortuos, nocte enim diei Do„minicæ surrexit a mortuis.

Quomodo Christus triduo in sepulcro fuerit.

Comparatio inter Pascha Judaeorum & Christianorum, Moysen & Christum.

3. „Porro Pascha Judæorum est dies quar„ta decima, dies & nox: & nostra magna „dies passionis est parasceve dies decima quin„ta nox & dies. Post Pascha manducat Israel „azyma per septem dies: & nos totidem die„bus servamus Pascha. Illi comedunt azymum „& lactucas agrestes, & Salvator noster repu„diavit calicem amaritudinis mixtum felle, & „abstulit omnem amaritudinem gentium, quan„do gustavit, & noluit bibere. Porro Judæi reco„lunt peccata de anno in annum, & nos facimus „commemorationem passionis Salvatoris nostri. „Illi in Pascha exierunt e tyrannide Pharao„nis, & nos in die crucifixionis Domini nostri „erepti sumus e captivitate servitutis satanæ. „Illi immolaverunt agnum, & sanguine ejus „liberati sunt ab angelo exterminatore, & nos „sanguine agni filii electi erepti sumus ab ope„ribus corruptionis, quæ operati sumus. Il„lis fuit Salvator Moyses, nobis Jesus. Illis „Moyses divisit mare & trajecit, & Salvator „noster divisit infernum. Datum est eis man„na in cibum, & Dominus noster dedit nobis „carnem suam in escam. Illis eduxit aquam „e petra, & nobis Salvator noster fecit aquam „vitæ fluere e ventre suo. Illis promisit ter„ram Chananæorum in possessionem, nobis „terram vitæ. Illis appendit Moyses serpentem „æneum; nobis Dominus noster Jesus pependit „in cruce, & per eum a morsu satanæ erepti „sumus. Moyses erexit tabernaculum testi„monii, & docuit vota, & sacrificia ad pecca„ta expianda tradidit, & Jesus erexit taberna„culum David, in quo promisit vitam, &

„ex-

„expiantur peccata. Jam vero attende, quo„modo præcepit Sanctus, ut Agnum comede„rent in una domo, scilicet unius Ecclesiæ Dei: „& insuper ut non comederet ex eo advena & „peregrinus, & mercenarius, seu malæ vo„luntates. Item jussit non comedere crudum „quid, sed tantum assum igni, quod sit in sa„crificio Ecclesiæ. Insuper jubet eos comede„re *renes accingentes &c.* *Exod.* 12. & in„duere pedes fortitudine Evangelii, & habe„re in manibus gladium spiritus, quod est „verbum Dei. Præcipit etiam, ne os frange„retur in eo, quod impletum est in cruce *Jo„an.* 19. *v.* 36. Addidit: Servus emptitius, „hoc est, peccator, cum circumcidens cor suum „& pœnitentiam agens accedit ad baptismum „communicabit corpori & sanguini Christi. *Realis* „Adjunxit: *Comedent festinanter.* Hoc in Ec- *præsentia* „clesia servatur, nam festinanter cum tremo- *in Euch.* „re comedunt agnum stantes in pedibus suis „cum reverentia, & accelerant ad comedendam „vitam. Baptizatus est Israel in mari illa „nocte Paschæ, & Salvator noster abluit pedes „discipulorum in nocte Paschæ, ostendens eis „Sacramentum humilitatis, & Baptismi & „passionis mortis suæ.



SERMO DECIMUS QUINTUS.

De Ingressu gentium pro populo Judæorum, seu de Gentium vocatione, & reprobatione Judæorum.

Vocatio gentium.

1. „Jam pridem, & multo ante vocatæ erant „gentes ex omnibus linguis in hæreditatem Altissimi, quam vocaretur Israel: ita „enim dixit Deus Abrahæ: *Dedi te in Patrem „multarum gentium. Gen.* 17. *v.* 5. Et Moyses „prophetavit dicens: *Gentes vocabuntur in montem Dei. Deut.* 33. *v.* 19. Eodem modo vo„cationem gentium prædixit Jacob *Gen.* 49. „*v.* 10. & Isaias *cap.* 2. *v.* 2. Sophonias *cap.* 3. „*v.* 9. Zacharias *cap.* 2. *v.* 11. & Jeremias *cap.* „16. *v.* 19.

Reprobatio Judæorum.

2. „Porro reprobatio Judæorum non minus „prænuntiata fuit: sic enim prædixit Isaias „*cap.* 2. *v.* 6. *Dereliquisti populum tuum Ja„cob &c.* Item Malachias *cap.* 11. *v.* 11. Oseas „*cap.* 7. *v.* 1. Ezechiel *cap.* 8. Quin etiam an„te gentium conversionem quisquis ex gen„tibus simul ac Deo placuit, non minus „ampliorem quam Israel justificationem asse„cutus est. Jethro sacerdos fuit ex gentibus, „& semen ejus benedictum est. Et Gabaoni„tæ erant ex pollutis gentibus, dedit tamen „eis Josue dexteram pacis *Jos.* 9. *v.* 15. Et „Rahab meretrix ex Jericho cum domo pater„na habuit hæreditatem in Israel *Jos.* 6. *v.* 25. „Et Obededom ex oppido Geth alienigena re„cepit in domo sua arcam Testamenti 2. *Reg.* 10. „Et Ruth Moabitis immixta est populo.

3. „Cum

3. „Cum vero advenit lux & Salvator gen- *Gentium pro Judæis substitutio.*
„tium, impeditus est Israel, ne amplius ado-
„raret idola, ne despiciantur a nobis, nam
„nos reliquimus idola, illi autem corde irrita-
„ti sunt in provocationem æmulationis, quia
„facti sumus hæredes pro eis, & ipse factus est
„nobis lux & vita, & rami infructuosi fracti
„sunt, & nos in locum eorum inserti sumus,
„& facti sumus participes pinguedinis olivæ.
„*Rom.* 11. *v.* 17. Ergo non gloriemur neque
„peccemus, ne & nos infructuosi inveniamur.

SERMO DECIMUS SEXTUS.

Demonstratur, quod Christus sit Filius Dei.

1. „Adoratis, inquiunt Judæi, & colitis vi- *Christus est Filius Dei.*
„rum natum & crucifixum, & voca-
„tis hominem Deum, & cum nemo sit filius
„Dei, dicitis, quod Jesus iste crucifixus sit Fi-
„lius Dei: cum tamen dixit Deus: *Ego sum*
„*Deus, & non est alius præter me Deut.* 32.
„*v.* 39. Verum etsi concedamus eis, quod
„Christus homo duntaxat sit, nihilominus nos
„haud alio honore eum colimus, aut alio no-
„mine nuncupamus, quam quod ipsi ad homi-
„nem honorandum & vocandum adhibuissent.
„Atenim nobis pro vero compertum est, quod
„Dominus noster Jesus est Deus, & Filius Dei,
„lumen de lumine, Filius, & consiliarius, dux,
„via, & Salvator, & Pastor, Collector, ostium,
„margarita, & Lucerna, multisque aliis no-
„minibus nuncupatus.

Homines justi dii vocati.

2. „Profecto gloriosum Dei nomen impositum fuit hominibus justis, uti Moysi *Exod.* 7. „deinde etiam Israelem filium primogenitum „vocavit Deus *Exod.* 4. *v.* 22. *Deut.* 14. *v.* 1. „Itaque vocavimus Christum; hunc Dei Filium, „quia per eum nos Deum cognovimus. Porro nomen Dei in magno honore habitum est, „sed cui voluit Deus, tribuit illud. Ita enuntiavit nomen suum Moysi, dicens: *Ego sum* „*Deus patrum vestrorum &c. hoc est nomen meum* „*in æternum Exod.* 3. *v.* 15. vocavit quoque nomen suum Ahiah, Saharah, Elisade, Adonia, Zauth. His nominibus vocatus est Deus, „& cum esset magnum & gloriosum nomen Deitatis, tamen justos illo donavit, imo etiam permisit, ut homines impii nominibus principatus ac potestatis & adorationibus colerentur. „Quin etiam homo est Dei primogenita creatura, ante alias omnes in mente Dei conceptus. „Ergo neque insolens neque extraneum est, „quod vocaverimus Christum Filium Dei.

Christus filius Dei a Prophetis vocatur.

3. „Præterea jam olim, cum Jesus promissus est, vocatus est per Prophetas filius Dei: „sicut David ait: *Filius meus es tu Ps.* 2. *v.* 7. „Et Isaias inquit: *Vocabitur nomen ejus Deus &c.* „*Is.* 9. & *c.* 7. vocatur *Emanuel, quod est nobiscum Deus.* Si dicas, quod adhuc non venit Christus; Prophetæ non sinunt te hoc dicere: Daniel redarguet te dicens: *Post hebdomades sexaginta duas veniet Christus. Dan.* 9. „*v.* 26. De passione autem Christi loquitur „David *Ps.* 21. & Isaias *cap.* 52. *v.* 13. & „*cap.* 53. *v.* 2.

SERMO

SERMO DECIMUS SEPTIMUS.

De Virginitate & Sanctitate contra Judaeos.

1. „Judaei propter luxuriosam incontinentiam „corporum suorum offenduntur virgi-„nitate & sanctitate, in qua vivimus, & di-„cunt: Deus Adam benedixit, & ait: *Cres-„cite, multiplicamini, generate & replete terram* „*Gen.* 1. *v.* 18. Et Noe similiter benedixit. „*Gen.* 9. *v.* 7. & Abrahae *Gen.* 15. *v.* 5. Verum „Adae quidem benedixit Deus, & ait: Cresci-„te &c. ideo autem dixit: ut repleretur ho-„minibus mundus, at cum multiplicati essent, „ita corrupti sunt per impietatem, ut deleret „eos Deus per diluvium. Sed postea Noe ite-„rum benedixit, ut propagarentur filii Adae, „postquam autem multiplicati fuissent, obliti „sunt Dei, & adoraverunt sculptilia omnes ge-„nerationes, quae fuerunt ex semine Noe, sola „autem semina justorum non perierunt, & con-„valuerunt coram Deo. Itaque quam utilita-„tem habuit benedictio per decem saecula an-„te diluvium, vel cui utilitati fuit Sodomitis? „quoniam deleti sunt, & extincta est benedi-„ctio in peccatis iniquorm: etenim Deo unus „justus magis acceptus est, quam decem cen-„tena millia millium impiorum. *Generatio in initio mundi fuit necessaria.*

2. „Porro etiam virginitas in numeroso illo „populo majori in pretio habita fuit coram „Deo, plus quam multiplices eorum genera-„tiones, qui inutiles fuerunt: nam Moyses „magnus Propheta, ex quo locutus est Do- *Virginitas praestantior conjugio.*

 „minus

„minus cum eo, cœlibem vitam duxit, & „mansit solus, ut placeret Domino suo. Præcepit item Deus sacerdotibus filiis Aaron, „qui ministrabant coram eo, ne quis eorum uxorem duceret viduam, vel dimissam, vel fornicatione pollutam, sed virginem viro non „commixtam. Insuper si melius est matrimonium, quam virginitas, quare opus erat præparare Israelem & sanctificare tribus diebus, „ut deinde Deus cum eo loqueretur. Certe „scio, me haud opinione mea falli: utinam „non esset natus Zambri, nam propter ejus „fornicationem una hora de Israel viginti quatuor millia ceciderunt *Num.* 25. *v.* 9. Utinam non esset formatus Achan in utero matris suæ, qui fuit anathema in castris Israel „*Jos.* 7. *v.* 13. Et utinam stetisset & mansisset Heli in sanctimonia sine conjugio, & non „genuisset Ophni & Phinees, qui contaminaverunt sacerdotium 1. *Reg.* 2. Multi quoque „sunt his similes, quibus melius fuisset, si „numquam nati essent. Econtra Moyses dilexit sanctitatem, & dilectus est a Deo. Josue amavit virginitatem, & habitavit in tentorio tabernaculi, ubi colebatur Sanctus: & „Elias excelluit virginitate, & tulit eum Sanctus in regionem Sanctorum: & Elisæus stetit in castitate, & signa magna fecit Deus „per eum.

Mala incontinentiæ.

3. „De conjugio autem, quod instituit Deus, „absit, ut male sentiamus. Verumtamen ita „res comparatæ sunt, ut earum una alteram „excellat. Constituit quidem conjugium ad ge-

„nera-

„nerationem mundi, sed virginitas melior est „conjugio. Adam in cœlibi vita sua erat in„nocens & bonus, & cum producta ex eo Eva, „transgressus est præceptum. Filii Seth boni „& honesti erant in generationibus suis, cum au„tem commixti fuissent cum filiabus Cain, de„leti sunt per diluvium. Speciosus erat Sam„son in virginitate sua, sed fornicatione sua „Nazareatum fædavit. Decorus erat David „in integritate sua, sed concupiscentia Bethsa„bee transgressus est legem. Pulcher erat Am„non in virginitate sua, sed quia sororem suam „vitiavit, occidit eum Absalom. Laudabilis „erat Salomon in continentia sua, sed jam se„nex nimia concupiscentia mulierum aversus „est a Deo. Certe cum homo non duxit uxo„rem, diligit & honorat Deum Patrem suum, „& spiritum sanctitatis matrem suam, & non „est in eo amor alienigenæ. At posteaquam „duxit uxorem, depravatur mens ejus huic „mundo implicata, & sensim abalienantur cor „& cogitationes ejus a Deo, & depravatus „adhæret huic mundo, eum amat, & eum „amplectitur.

SERMO DECIMUS OCTAVUS.

Refutatio adversus Judæos dicentes, propediem Synagogam esse restaurandam.

1. „Inani spe efferuntur Judæi dicentes: Pro„pe est tempus, quo ex nostra disper„sione rursus congregabimur, quoniam Prophe„ta ait: *Non relinquam ex eis inter gentes Jer.* 29. „*v.* 14. Verum non amplius Israel congre- *Prophetæ interitum synagogæ prædixerunt.*

 „gandus

„gandus est in sempiternum, nam Deus sibi „non complacuit in eis, nec Moyses, neque „alii omnes Prophetæ. Moyses enim ait: *Vos „exasperatores estis coram Domino Deut.* 9. *v.* 24. „Et Jeremias: *Abominabiles facti sunt mi„hi. Jer.* 11. *v.* 11. Et Oseas: *Non amplius „adjiciam misereri super eos. Os.* 9. *v.* 10. Et „Michæas: *Non elevabitis capita vestra sursum. „Mich.* 2. *v.* 3. Et Amos: *Everti vos, sicut „evertit Deus Sodomam & Gomorrham. Amos* 4. „*v.* 11. Et Ezechiel: *Duos ramos ejus comedit „ignis, & medium ejus destructum est &c. Ezech.* „15. *v.* 4. Et Isaias: *Destruam maceriam ejus, „& erit in direptionem. Is.* 5. Et Habacuc: *Væ „illis, qui exstruunt Sion sanguine. Habac.* 2. *v.* 12.

Bis solum captivitas Judæorum soluta.

2. „Præterea bis duntaxat Deus e captivi„tate liberavit Israelem: semel ab Ægypto per „Moysen, & iterum a Babylone per Esdram „juxta prophetiam Aggæi *cap.* 1. *v.* 8. *& cap.* 2. „*v.* 7. Et Zachariæ *cap.* 1. *v.* 16. *& cap.* 2. „*v.* 4. quæ omnia jam impleta sunt, & non „est, quod adhuc congregabuntur. Imo Isa„ias *cap.* 11. *v.* 11. ait: Quod adjiciet Domi„nus secundo, non vero etiam tertio manum „suam ad possidendum residuum populi sui.

Septuaginta hebdomades Danielis.

3. „Deinde Daniel, quoniam plenus erat „spiritu, certo persuasus vera esse, quæ præ„dixerat Jeremias *cap.* 28. *v.* 11. *& cap.* 29. „*v.* 5. cum impleti essent septuaginta anni, „obtulit preces pro Israelitis anno primo Da„rii regis filii Artaxersis ex genere Parthorum, „qui regnavit in regno Chaldæorum. *Dan.* 9.

„*v.* 1.

ı. 1. Septuaginta autem hebdomades ſunt
|uadringenti nonaginta anni, qui elapſi ſunt
x tempore, quo Daniel obtulit preces usque
d ultimam deſolationem Hieruſalem, quæ
on amplius ædificabitur. At vero ibidem
icitur: *Hebdomades ſeptem, & iterum ædifica-
itur Hieruſalem.* Sed illæ ſeptem hebdoma-
es complectuntur tempus illud captivitatis,
uo per Esdram ſub Dario rege Partho jacta
int fundamenta templi, & ejus ædificatio
npedita eſt a Judæorum inimicis in diebus
Îarii & Artaxerſis, & aliorum regum Per-
irum, & permiſſum non eſt illud ædificari
: perfici. Omnes ergo dies, ex quo poſita
int fundamenta domus Domini usque ad con-
immationem ædificii, quadraginta novem
nnos faciunt, & hæ ſeptem hebdomades ex
lis ſeptuaginta ſunt: & poſt has ſeptem heb-
omades ædificationis domus in diebus *Zo-*
ɔbabel tunc ædificatur Jeruſalem. Deinde
:xaginta duæ hebdomades, donec veniat
hriſtus & moriatur: nam ſexaginta duæ
ebdomades ſunt quadringenti triginta qua-
ıor anni. Et quare dicitur: *Septuaginta
ꞁbdomades abbreviatæ ſunt?* Et infra:
ꞁrunt illæ ſeptem, & ſexaginta duæ? Dan. 9.
24. quia detrahendi ſunt anni illi quadra-
inta novem. Inferius autem inquit: Heb-
omas una, *& in dimidio hebdomadis deficiet
ɔſtia & ſacrificium. v.* 27. Ecce hebdoma-
a una ex illis ſeptuaginta. Itaque numera-
ſunt ſeptuaginta anni pro tempore, quo
anſerunt Judæi in Babylone: deinde quie-
it eorum terra omnibus ſeptuaginta hebdo-
„madum

„madum diebus, in quibus non amplius ab-„ducti sunt in captivitatem: post has hebdoma-„das venit Christus & mortuus est, complen-„do visiones & prophetias: & facta est ab-„scissio de Juda, & destructa est Hierusalem, „& dispersus est populus per omnes natio-„nes, *& sedent filii Israel sine sacrificio & sine „altari Osee* 3. *v.* 4. & usque ad consumma-„tionem abbreviationum destructa erit, & se-„debit Hierusalem super desolationem. De „visionibus Danielis quantum ego assecutus „sum, hæc scripsi. Id autem observes, quod „erat annus tertius Cyri regis, quando Da-„niel Gabriel exposuit, quidquid eventurum „erat ejus populo; & quando tertio anno „Cyri vidit Daniel visionem, erat vigesimus „quartus dies primi mensis Mareri, nempe „post duos annos, ex tempore quo promul-„gatum est in ejus regno edictum, ut re-„verterentur captivi in Hierusalem.



JULII





JULII FIRMICI MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

AD CONSTANTIUM ET CONSTANTEM AUGG.

§. I.

Monitum.

Julius Firmicus Maternns natione Siculus ſub Conſtantino M. ejusque Filiis Conſtantio & Conſtante floruiſſe perhibetur. Is ethnicis ſuperſtitionibus primum addictus, primo cauſidicum egit, ſed abdicatis poſtea forenſibus curis, ſcripſit ex pervulgatis Genethliacorum commentis Aſtronomicorum ſeu Matheſeos libros VIII. quos Mavortio Lolliano Aſiæ Proconſuli nuncupavit circa annum Chriſti 334. Hic deinde ad chriſtianam fidem converſus libellum de errore profanarum Religionum circa annum 348 edidit, quem primus vulgavit ex codice manuſcripto Mindenſi Matthias Flacius an. 1562. Exinde vero tum in Bibliothecis veterum Patrum tum ſeorſim ſæpius prodiit, ac præſertim ex recenſione & cum notis Joannis Wowéri una cum Felice Minutio. Quia vero hoc opus omni eruditione refer-

refertum est, ejus auctor merito nomine V. C. viri clarissimi decoratur. vid. Gallandii Biblioth. P. P. Tom. 5.

§. II.

ANALYSIS.

lementa n sunt eus. 1. „Quatuor elementa esse principia creaturarum nemo est, qui dubitet, id „est, ignem, aquam, aerem & terram, sed „hæc elementa diversa sunt, vel in potestate „contraria. In errore sunt itaque gentes, quæ „deputant ignem quasi summum Deum, nescien„tes, quod elementa habeant fabricatorem „Deum, qui singula suis locis constituens „creavit.

laca sa a repro ntur. 2. „Ægypti incolæ aquam colunt, aquis „supplicant. Sed in sacris suis addunt tragica „funera. Incestum cum sorore, adulteriumque „ajunt commissum. Typhon cum comperis„set, Isidem uxorem incestis fratris Osiris cu„piditatibus esse corruptam, occidit Osirim, „artuatimque laceravit, & per omnes Nili ri„pas palpitantia membra projecit. Isis repu„diato Typhone, ut & fratrem sepeliret & „conjugem, adhibuit sibi Nepheten sororem „sociam & Anubin venatorem, cui ideo cani„num caput impositum est, quia lacerati cor„poris partes artificio canis investigantis inve„nit. Hæc est Isiaci sacri summa. In adytis „habent idolum Osiridis sepultum, hoc annuis „luctibus plangunt, radunt capita, ut regis & „capitis sui miserandum casum defleant, &

„lace-

„lacerant lacertos, & tunc fingunt, se lacera„ti corporis reliquias reperire, & sic sopitis „luctibus gaudent. O misera mortalitas, quæ „neglecto Deo summo spem tuam perdis & vi„tam! frustra tibi hanc aquam, quam colis, „putas aliquando prodesse: alia est aqua, qua „renovati homines renascuntur. Sed defen„sores sacri Isiaci volunt addere physicam ra„tionem, frugum semina Osirim dicentes esse, „Isim terram, Typhonem calorem, & quia „maturatæ fruges calore ad vitam hominis col„liguntur, & a terra separantur, & appropin„quante hieme iterum seminantur, hanc vo„lunt esse mortem Osiridis, cum fruges red„duntur, inventionem vero, cum fruges ter„ræ fomento receptæ nova ceperint generatio„ne procreari. Sed pone hanc veram esse sa„crorum istorum rationem, quid addis ince„stum, & errantibus hominibus malum mon„stras exemplum? cur plangitis fruges terræ? „Ad sustentationem generis humani hæc om„nia divina largitate donata sunt, agendæ sunt „Deo gratiæ propter hoc, nec est Dei lugenda „largitio. Deflete potius, quod erratis, & „vestris potius funeribus parate solatia.

3. „Phryges, qui Pessinuntem incolunt cir„ca Galli fluminis ripas, Terram volunt om„nium esse matrem, & ut annuum sibi sacrorum „ordinem facerent, mulieris divitis amorem, „quæ fastus amati adolescentis tyrannice vo„luit ulcisci, cum luctibus annuis consecra„runt, & ut satis iratæ mulieri facerent, quem „paulo ante sepelierant, revixisse jactarunt,

„&

„& cum mulieris animus ex impatientia nimii „amoris arderet, mortuo adolescenti templa „fecerunt. Sed hæc etiam sacra physica vo„lunt esse ratione composita. Amare terram „volunt fruges, amatum vero hoc, quod ex „frugibus nascitur: pœnam autem quam susti„nuit, hoc volunt esse, quod falce messor ma„turis frugibus facit: mortem ipsius dicunt, „quod semina collecta conduntur; vitam rur„sus, quod jacta semina annuis vicibus recon„duntur. Verum itane ut gratias Deo pro re„natis frugibus agas, ululas, ut gaudeas, plan„gis? Et hoc agis, ut annuis luctibus occu„patus vitam semper refugias, mortem requi„ras. Deinde quod terram matrem omnium „deorum esse dicunt, vere deorum suorum „mater est, & hoc non abnuimus, quia ab „hoc collectos deos suos aut lapideos faciunt „aut ligneos. Terra perflatur ventis, asper„gitur pluviis, & timorem suum assidui mo„tus tremoribus confitetur: quid vos maneat, „qui hæc colitis, considerate, cum dii vestri „infirmitatem suam vobis quotidianis professio„nibus prodant.

Aerem Assyrii colunt.

4. „Assyrii & pars Afrorum aerem imagi„nata figuratione venerantur, nam hunc no„mine Junonis vel Veneris consecrarunt. Ju„nonem sane Jovis volunt ex sorore conjugem „factam. Effeminarunt sane hoc elementum, „& effeminatis aerem sacerdotum vocibus pro„sequuntur, & virilem sexum ornatu muliebri „dedecorant. Quale sit hoc numen, quod im„pudicis adhæret membris, quod polluta cor-

„poris

„poris contaminatione placatur. Abjicite hunc „tantæ calamitatis errorem. Misericordia Dei „dives est, libenter ignoscit.

5. „Persæ & Magi ignem præferunt, & „Jovem in duas dividunt potestates, naturam „ejus ad utriusque sexum transferentes, & vi„ri & fæminæ simulacra ignis substantiam de„putantes: & mulierem quidem triformi vul„tu constituunt, serpentibus eam illigantes, „virum verum abactorem boum colentes, sa„cra ejus ad ignis transferunt potestatem. „Hunc Mithram dicunt, & ejus sacra in spe„luncis abditis tradunt. *Persæ ignem. Mithræ sacra.*

6. „Aliæ superstitiones Liberi & Liberæ. „Liber Jovis fuit filius, adultera matre pro„genitus, quem Juno ejus uxor interfici jussit, „& ut nullum posset necis inveniri vestigium, „membra conscissa satellitum sibi turba divisit, „& decocta devoravit, quorum crudelitatem „rediens pater severe vindicavit, & pro suo „solatio imaginem ejus ex gypso perfecit, il„lique templum extruxit, & pædagogum pue„ri constituit sacerdotem, cui Silenus nomen „fuit. Cretenses vero ut furentis Tyranni sæ„vitiam mitigarent, festos funeris dies sta„tuunt, & annuum sacrum trieterica conse„cratione componunt, omnia per ordinem fa„cientes, quæ puer moriens aut fecit, aut pas„sus est: vivum enim laniant taurum denti„bus, & per secreta sylvarum ejulantes fin„gunt animi furentis insaniam, & tibiarum „cantu crepundia, quibus puer deceptus fuit, *Bacchanaliorum sacra.*

„mentiuntur. Sic in honorem tyranni Deus „factus est, qui non potuit habere sepulturam.

De Libero tyranno.

7. „Fuit & alius Liber apud Thebas tyran-„nus magicæ artis potestate conspicuus, qui „qualia fecerit scelera in scenis quotidie tradi-„tur. Hunc Lycurgus regno exuit, patria „pellit. Tunc Liber projectis infulis, quas „pampineis coronarum circulis illigabat, cum „semiviro comitatu fugiens per omnes oras vi-„cini maris erravit. Illic inter ebrias puellas „& vinolentos senes, cum adhuc eum scele-„rum pompa præcederet, a Lycurgo compre-„hensus per proximam rupem in mare præci-„pitatur, ut lacerum corpus errantium popu-„lorum animos & Bacchanaliorum scelera ad „sobrietatem revocaret.

Proserpinæ raptus & Cereris cultus.

8. „Sequitur a Cerere Hennensi mors filiæ „consecrata. Unicam Cereris filiam Proserpi-„nam ad conjugium plures petebant, cumque „dives quidam rusticus Pluton nomine moræ „impatiens eam vehementius concupisce-„ret, prope Percum inventam virginem ra-„pit, quem cum mater armata manu perse-„queretur, ille ex desperatione quadrigam, „quæ vehiculum trahebat, per medium lacum „profundis voraginibus instructum dirigit, & „una cum amata virgine submersus periit. „Hennenses autem pro consolanda matre infe-„rorum regem filiam rapuisse finxerunt, & pro-„pe Syracusam cum virgine emersisse jacta-„runt. Templum sane & raptori & virgini fa-„ciunt, & annua ibi vota decernunt. Verum „cum

„cum hoc modo dolor matris non mitigaretur, „ascensa nave per peregrina littora filiam quæ„rit, & tandem ad Atticæ urbis locum perve„nit, ubi hospitio recepta incolis incognitum „adhuc triticum dividit, & locus ex adventu „& patria mulieris Eleusis dicta est, ipsa vero, „quia colligendarum frugum tradiderat disci„plinam post mortem in eo loco sepulta & divino „cum filia apellata nomine consecrata est. Amat „enim Græcorum levitas eos, qui sibi aliquid „contulerint, aut consilio aut virtute juverint, „divinis appellare nominibus. Porro Liberum „ad solem volunt referre; Liberam vero seu „Proserpinam lunam esse confingunt. Sed & „errorem hunc physica volunt protegere ra„tione. Sed indivisam mentem, divisam frustra „se putant posse ratione venerari.

9. „Præterea in multis Orientis regionibus „Adonis quasi maritus plangitur Veneris: „Mars enim in porci speciem mutatus, ut si„bi primas partes Veneris vindicaret, incaute „contra se ruentem percutit juvenem. Sed si „Adonis Deus est, cur rivales insidias nescie„bat? Audio etiam Cyniram Cyprium tem„plum Veneri meretrici donasse, & initiasse „illi plurimos asse in manum deæ dato, & se„creto, quod propter turpitudinem explicare „non possumus. Sebazium colentes Jovem an„guem cum initiantur, per sinum ducunt: „sic quod hominem perdidit, colitur, nam „unus frater a duobus interemtus est, & ne „quod indicium necem fraternæ mortis aperi„ret, sub radicibus Olympi montis a parrici- *Adonidis, Jovis & Corybantum sacra.*

 „dis

„dis consecratur. Hic est Cabirus, cui Thessa„lonicenses quondam cruento cruentis mani„bus supplicabant. Quale numen, quod par„ricidalis amentia invenit.

De Serapide.

10. „Quapropter quicunque hæc sacra ve„neratur, aut malis suis solatium quærit, aut „facinora eorum tacita collaudat cogitatione, „hoc optans, ut & sibi liceat, quod Diis suis „licuit. Sed jam nunc explicandum, vene„randum Alexandriæ numen unde sumserit ex„ordium. Cum Joseph Jacobi Patriarchæ fi„lius septem annorum collectis frugibus alte„rius septennii egestatem divinæ manus pro„videntia mitigasset, huic post mortem Ægyp„tii templa fecerunt, quorum capiti Joseph „superpositus est, nomen etiam ut sanctius co„leretur, ex primo auctore generis accepit: „nam quia Saræ pronepos fuerat, Serapis di„ctus est Græco sermone id *σαρρας ακο*: sed „hoc invito Joseph accidit: hic in Ægypto ad„oratur, hujus simulacrum Neogrorum turba „custodit, hic Serapis intra corpus humanum „collocatus ab homine vocatur, & loquendi „necessitas nolenti imperatur: sic in corpore „hominum constituti dii vestri tormenta re„pugnantes sustinent, & victi pœnis ultricibus „subjugantur.

De Penatibus.

11. „*Penates* etiam quid sint explicare con„tendam. Qui nihil aliud putant esse vitam „nisi vescendi & potandi licentiam, hos sibi „deos finxerunt, nutrimenta corporis hoc no„mine consecrantes, nescientes divini oraculi

„veri-

„veritatem: *Non in pane tantum vivit homo, sed* „*in omni verbo Dei. Matth.* 4. Vesta autem est „ignis domesticus, qui in focis quotidianis usi„bus servit, quapropter coquos habeat, non „miseras virgines, quæ contemnentes ignis fa„villas, aut prostituto corpore peccare cogun„tur, aut in virginitate perseverantes perdunt „honestam gloriosi nominis dignitatem. *De Vesta.*

12. „*Palladii* quid sit numen, audite. Si„mulacrum est ex ossibus Pelopis factum ab „Abare Scytha factum: quale autem sit quod „Scytha barbarus consecravit? Simulacrum „hoc Trojanis Abaris vendidit. Vendebatur „Deus, ut prodesset emtori, qui suppliciter „adorabat, quod paulo antea viderat subha„statum: si humana vis est, miserorum homi„num ossa venerari, purioris saltem hominis „reliquias collige. Pelops diu prostituti pu„doris damna sustinuit, & eum, cujus filiam „petebat, occidit. Verum Palladium in incen„dio Trojæ & Romæ reservatum est. Sed ab „utroque loco homines illud transtulerunt, ne „humano flagraret incendio, Ergo tanto nu„mini humana fuerunt præsidia necessaria. *De Palladio.*

13. „Sed cujus *Minervæ* hoc volunt esse „signum, plures enim Minervas fuisse constat, „Una est Vulcani filia, quæ Athenas condidit, „quam ex agrestibus locis ad urbanæ conver„sationis ordinem rustica turba secuta est. Fuit „alia in Ægypto Nili regis filia textrinæ ar„tis magistra. Tertia patre Saturno genita est „virago, quæ semper arma & cruenta secuta *De pluribus Minervis.*

„est studia bellorum. Quarta Jovis Cretici re„gis fuit filia, quæ occisum patri detulit Libe„rum. Quinta Pallante patre & Tritonide „matre orta est Pallas dicta, quæ patrem cru„deli morte jugulavit: hujus est Palladium, „prô nefas! nomine consecratum.

Deorum nomina composita.

14. „Accipe etiam deorum nomina qua „sint ratione composita. *Solem* dici volunt, „quod ortus obscuratis cœteris syderibus luceat „solus. Lunam *Dianam* dici voluerunt, quod „per noctem lucens alterum pene diem faciat. „A natando Neptunum dici volunt, ex hoc „quod libenter faciebant. Terrenam vim & „naturam *Ditem* patrem dicunt, quia in ter„ram recidunt omnia, & ex ea rursus omnia „orta procedunt, quod divitias terræ monstrat. „Frugum substantiam volunt *Proserpinam* dice„re, quia fruges, cum seri cæperint, homini„bus prosunt. Terram ipsam *Cererem* nomi„nant, nomen hoc a serendis frugibus mu„tuantes. Ex bellorum casibus *Mavors* no„men accepit, quasi magna vertat. *Minerva* „similiter bellicum nomen est, quasi aut mi„nuat aut minetur. Venustas hominum *Ve„nus* dicta est. *Apollinis* nomen ex humanis „finxerunt casibus sermone Græco, quasi om„nia sibi commissa aut amittat aut perdat. So„lem etiam quidam Apollinem vocant, quia „quotidie in occasu splendorem luminis per„dit, perdere autem Græci ἀπόλλειν dicunt. „Videtis ut vestros fictitios deos turbulentus „error excogitaverit: sed hæc omnia veritas „detexit & ratio sanæ mentis invenit.

15. „Li-

15. „Libet nunc explanare, quibus se sym- *Secreta*
„bolis in ipsis superstitionibus miseranda hæc *Græco-*
„turba cognoscat. In quodam templo ut in inte- *rum my-*
„riores partes homo moriturus possit admitti, di- *steria.*
„cit: *De tympano manducavi, & de cymbalo bibi, &*
„*religionis secreta perdidici.* Verum cibum istum
„mors sequitur semper & pœna æterna. Alius *De Sa-*
„est cibus, qui salutem largitur & vitam, qui *cramento*
„hominem summo Deo commendat & reddit, *Corporis*
„qui languentes relevat, errantes revocat, *& sangui-*
„lapsos erigit, morientibus æternæ immotra- *nis Christi.*
„litatis largitur insignia. Christi panem, Chri-
„sti potum quære, ut substantia hominis im-
„mortali pabulo saginetur. Quis est autem
„hic panis, vel quod poculum, de quo sapien-
„tia voce magna proclamat: *Venite & mandu-*
„*cate de meis panibus & bibite vinum, quod miscui*
„*Prov.* 9. *v.* 5. & Melchisedech Abrahæ cum
„pane & vino benedictionis obtulit gratiam
„*Gen.* 14. *v.* 18. Isaac etiam cum Jacob be-
„nedixisset, tritico & vino confirmavit illum.
„Verum panis iste a Deo sacrilegis & impiis
„negatur, & acerbæ mortis decernuntur exitia.
„Ut autem manifestius diceretur, quinam ille
„esset panis, per quem miseræ mortis vincun-
„tur exitia, ipse Dominus dicit in Evangelio:
„*Ego sum panis vitæ &c. Joann.* 6. *v.* 35. Qua-
„re salutaris cibi gratiam quærite, & immor-
„tale poculum bibite. Christus vos epulis suis
„revocat ad lucem, & gravi veneno putres ar-
„tus vivificat. Cœlesti cibo renovate hominem
„perditum, ut quidquid in vobis mortuum est,
„divinis beneficiis renascatur.

[illegible] „Dicis etiam: *χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον* [illegible] Verum nullum apud te lumen est, [illegible] aliquis sponsus, qui hoc merea- [illegible], unum lumen est, unus est spon- [illegible]iuum, quorum gratiam Christus ac- [illegible] Non poteris cœlestis numinis splen- [illegible] decorari, in tenebras projectus es. Si [illegible] ut tenuis saltem tibi splendor luminis [illegible], erige oculos, & ad eum te confer, [illegible] dixit; *Ego sum lux mundi Joan.* 8. *v.* 12. [illegible] divinis præceptis continetur, ut in hac „terrena conversatione opus nostrum per singu- „los dies luceat, lucere autem non potest, ni- „si incorrupta nos vita commendet. Sed ut „sacrilegæ vocis comprimatur improbitas, sa- „crarum lectionum oraculis comprobatur, spon- „sum esse Christum, qui velut *sponsus egredi-* „*tur de thalamo suo &c. Prov.* 18. Et Joannes „vocat se *amicum sponsi*, Christi. *Joan.* 3. *v.* 28.

17. „Alterius profani Sacramenti signum „est Θεος εκπετρας. Sic sanctum secretum ad „profanos actus transfertis. Christus nobis ve- „nerandi lapidis significatione monstratur *Is.* 28. „*v.* 16. & *Ps.* 17. *v.* 22. Lapis hic sanctus, id „est, Christus aut fidei fundamenta sustentat, „aut in angulo positus duorum parietum mem- „bra conjungit, id est, veteris & novi Testa- „menti colligit gentes.

18. „Invenimus & hoc symbolum ελιλίκερως „διμόρφει. Sed Deus iste vester non biformis „est, sed multiformis, ipse est Basiliscus, qui „securis fidelium vestigiis premitur; scimus,

„quibus

„quibus remediis venena ejus vincantur. Chri-
„ſti immortalem ſanguinem bibimus, noſtro
„ſanguini ejus ſanguis adjunctus eſt, hoc eſt
„ſalutare remedium, quod a Dei plebe morti-
„ferum virus excludit. Quis deum iſtum, quem
„plangunt, cum cornibus vidit? Alia ſunt cor-
„nua, quæ propheta commemorat, quæ nihil
„aliud niſi venerandum ſignum crucis mon- *Crux*
„ſtrant, quo mundus ſuſtentatur, terra con- *Chriſti*
„ſtringitur, & e duorum, quæ per latus va- *æternæ*
„dunt, compagine oriens tangitur, occidens *vitæ ſig-*
„ſublevatur, ut ſic totus orbis tripartita ſtabi- *num.*
„litate firmatus confixi operis immortalitatis
„radicis fundamenta habeat. Hoc ſecretum
„nobis Abacuc Propheta tradidit *cap.* 3. *v.* 3.
„Tu Chriſte mundum & terram extenſis ma-
„nibus ſuſtentas: ut Amalech vinceretur, ex-
„tenſis manibus hæc imitatus eſt cornua: ad
„hæc cornua properate, ad hæc humili vene-
„ratione confugite, his vos affigant cornibus
„juſtitiæ, æquitas, pudicitia, miſericordia,
„patientia, fides, ut veneranda præferentes in-
„ſignia conſecrati fontis majeſtate gaudentes
„& ſepulturæ Chriſti participes ſitis & vitæ.

19. „Aliud ſymbolum proponamus. Nocte *De falſa*
„quadam ſimulacrum in lectica ſupinum poni- *& vera*
„tur, & per numeros digeſtis fletibus plangi- *unctione.*
„tur, deinde lumen infertur, & a ſacerdote
„omnium, qui flebant, fauces unguntur, qui-
„bus perunctis ſacerdos hoc lento murmure ſu-
„ſurrat: *θαῤῥεῖτε μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου ἔσται,*
„*γὰρ ἡμῖν ἐκ λόμων σωτηρία.* Quid miſeros
„hortaris, ut gaudeant, quam illis ſpem quam

„salutem promittis? Dei tui mors nota est, „vita non comparet, nec de resurrectione ejus „divinum respondit oraculum, nec post mor„tem se hominibus ostendit. Et quod unguen„to perunguntur fauces, quis hoc non contem„nat? Aliud est unguentum, quod Deus Pa„ter unico tradidit Filio, quod Filius creden„tibus largitur. Christi unguentum immorta„li compositione conficitur, & a mortalibus „laqueis putres hominum artus exuit, ut se„pulto primo homine ex eodem statim homo „alius felicius nascatur. De hoc unguento „agit David *Psalmo* 44. *v.* 3. *seq.* Unguentum „Christi cœli donat imperium, unguentum „vestrum gehennæ flammas suscitat. Quod „vero impuro ore sacerdos iste componit, nul„lam fiduciam bonæ spei præbere potest, nam „quis Deum tuum liberat? cui hoc præstitit, „quod laborat? Disce ergo, quod nescis. Chri„stus Filius Dei, ut humanum genus a mortis „laqueis liberaret, omnia illa sustinuit, ut mi„tigata offensa hominem cum Deo compone„ret, & præmissæ resurrectionis fructum pro„prio monstraret exemplo, duræ legis necessi„tatem calcata morte prostravit, terra contre„muit, & præsentis Christi numen agnovit, „sol properato cursu vergit in noctem, & veli „vestigia summa finduntur. Omnia elementa „Christo pugnante turbata sunt. Et ecce post „triduum lucidior solita dies oritur, & omni„potens Deus Christus splendidioribus solis „radiis adoratur, & triumphales currus ejus „Sanctorum turba comitatur. Tunc elato gau„dio clamat elata mortalitas: *Ubi est mors acu-*

Christi resurrectio & ascensio.

„*leus*

„*leus tuus?* 1. *Cor.* 15, *v.* 55. Tunc præcur„rens ſalutare numen aperiri ſibi cœleſtes ja„nuas præcipit, & Chriſtus Deus calcata mor„te ad cælum hominem, quem ſuſceperat, re„vocat: reverſo vero Filio promiſſa Pater re„gni ſceptra reſtituit, & ſellam regni æqua po„teſtate concedit, ut imperet, ut perpetua „Numinis ſui majeſtate dominetur *Dan.* 7, „*v.* 18. & *Apoc.* 1. *v.* 12. *ſeq.* Poſt reſurrectio„nem etiam, cum diſcipulis ſuis daret certa „præcepta, immortalium mandatorum ordi„nem iſta lege concluſit: *Data eſt mihi omnis „poteſtas in cælo & in terra &c.* *Matth.* 28. *v.* 18. „Quod autem Deus Pater participem regni eum „faciens regalis ſellæ ei conceſſerit ſedes, Da„vid prophetat *Pſ.* 109. *v.* 1. *ſeq.*

20. „Cur autem Deus, id eſt, Filius Dei, „homo paſſus eſt fieri, brevi ratione monſtra„bitur. Cum hominem primum, id eſt, Adam „ad imaginem ſuam Deus faceret, certam illi „mandatorum dedit legem. Is per fœminam, „id eſt, Evam deceptus diaboli perſuaſionibus „promiſſæ ſibi gloriæ perdidit dignitatem. Hic „igitur contemtis mandatis Dei humanum ge„nus mortalitatis laqueo affixit. Oportebat „ergo hoc totum & reformari & corrigi. Ex „virginis terræ limo factus Adam perdidit vi„tam, per Virginem Mariam & Spiritum ſan„ctum Chriſtus natus & immortalitatem acce„pit & regnum. Arbor ligni peſtiferum de„ceptis pabulum præbuit; lignum crucis vitam „immortali compage reſtituit. Contemſit Adam, „obedivit Deo Chriſtus. Sic quidquid Adam „perdi-

Cur Filius Dei homo factus.

„perdidit, Chriſtus invenit. Nam noviſſima „pene ſæculorum hebdomade Verbum Dei hu„mano ſe miſcuit corpori, ut hominem libera„ret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem hu„mani corporis cum divina immortalitate con„jungeret.

Diabolus draco a Chriſto percuſſus.

21. „Sequitur adhuc aliud ſymbolum, quod „pro magno credulis auribus traditur ταῦρος „δράκοντος, καὶ δράκον ταύρου πατήρ. Fugite „o miſeri homines: Draco eſt, qui colitur: la„tere non poteſt, proprietatem nominis ſui ipſe „confeſſus eſt; confeſſum reum pœna conſequi„tur prophetante hoc Iſaia *cap.* 27. *v.* 1. Si „mortis ejus dies quæritur, tunc percuſſus eſt, „cum hominem Deum vidit, cumque nobis „Chriſti numen apparuit. Poſt illum diem, „qui ſerpentis hujus ſecutus fuerit inſtitutum, „neceſſe eſt, ut cum ſerpente moriatur: deos „iſtos, quos colitis, ipſe finxit, ipſe compo„ſuit, ſi pertinaces animi veſtri in iſto errore „permanſerint, ardebitis etiam vos pariter cum „diis veſtris.

Dæmon myſteria ligni crucis imitatur.

22. „Præterea ſacra ſua perditus carnifex „per lignum ſemper renovare diſpoſuit, ut „quia ſciebat, fore ut ligno crucis affixa vita „hominis perpetuæ immortalitatis compagine „ſtringeretur, ideo perituros homines ex ligni „imitatione deciperet. In ſacris Phrygiis, quæ „matris deorum dicunt, per annos ſingulos ar„bor pinea cæditur. In Iſiacis ſacris de pinea „arbore cæditur truncus, cujus pars media ex„cavatur, illisque de ſegminibus factum ido-

„lum

„lum Osiridis sepelitur. In Proserpinæ sacris „cæsa arbor in effigiem virginis componi„tur, & cum intra civitatem fuerit illata, qua„draginta noctibus plangitur, & quadragesima „nocte comburitur; sed & alia dicta ligna si„milis flamma post annum consumit. Errasti „miser, nihil tibi poterit ignis iste prodesse, „per lignum crucis salus ad hominem perve„nit: lignum crucis cœli sustinet machinam, „terræ fundamenta corroborat, affixos sibi „homines ducit ad vitam: lignum diaboli ar„det semper & moritur, & ad ima tartari cre„dentes homines cum favillis suis ducit. Illud „etiam quale sit, ratione tractetur. Arborem „suam diabolus consecrans intempesta nocte „arietem in cæsæ arboris facit radicibus im„molari, imitatus in hoc sacrificium Abrahæ „*Gen.* 22. & populi Israel ex Ægyptiorum ty„rannide liberati. *Exodi* 12.

23. „Ut autem miseros homines ad sanam „mentem revocet plena persuasio, quid sint „idola, vel quam habeant substantiam, Pro„phetarum oraculis ac divina voce monstra„tum est. Sic sapientia in libris Salomonis „ait: *Omnia* idola nationum *æstimaverant deos,* „*quibus neque oculorum visus est . . . melior autem* „*est* his quos colit, *quoniam quidem ipse vixit*, *illi* „*numquam Sap.* 15. *v.* 15. Hoc idem in Psalmis „præmonet Spiritus sanctus *Ps.* 113. *v.* 4. *seq.* „Jeremias etiam idem demonstrat. *Baruch* 6. „*v.* 5. *seq.* Quod autem Deus jubeat, idola „non fieri, sacrosanctæ legis scripta declarant; „in Exodo enim sic invenimus perscriptum: „*Non*

Idololatriæ malitia & pœna.

„*Non facietis vobis deos argenteos, neque deos au-* „*reos Exod.* 20. *v.* 23. Et pudorem miseris „indicit Spiritus ſanctus, & ait per Eſaiam: „*Confundemini confuſione, qui fiditis ſuper ſculpti-* „*lia Iſ.* 42. *v.* 17. Et in Deuteronomio ſi- „milia Dei mandata noſcuntur *Deut.* 6. In „Apocalypſi etiam hoc idem monſtratur *Apo-* „*cal.* 14. *v.* 6. Dominus quoque noſter Jeſus „Chriſtus hoc idem promulgat *Marc.* 12. *v.* 29. „Sacrorum mandatorum ordinem ſcitis, audi- „te rurſus, quod maneat contemnentes exi- „tium, ait enim: *Sacrificans diis eradicabitur* „*præter Domino ſoli Exod.* 22. *v.* 20. Ecce „dæmon eſt, quem colis, cum Dei & Chri- „ſti ejus nomen audierit, contremiſcit, & „ut interrogantibus nobis reſpondeat trepidan- „tia verba, vix ſe colligit. Adhærens homi- „ni laceratur, uritur, vapulat & ſtatim de „commiſſis ſceleribus confitetur. Ne hunc co- „las, ne huic ſupplices, ne proſtratus huic „flectas genua, interdicto venerandæ legis ju- „beris. Hinc ſeveritatis pœna, hinc animad- „verſionis metu metuenda ſententia.

xhorta- ad tol- ıdum ltum orum.

24. „Sed & vobis ſacratiſſimi Imperatores „Conſtanti & Conſtans ad vindicandum hoc „malum neceſſitas imperat, & hoc vobis Dei „ſummi lege præcipitur, ut ſeveritas veſtra „idololatriæ facinus omnifariam perſequatur, „nam in Deuteronomio lex iſta præſcripta eſt, „ut idololatra interficiatur, lapidetur & mo- „riatur *Deut.* 13. *v.* 6. *ſeq.* Facite itaque, „quod Deus jubet, complete, quod præci- „pit. Auſpicia veſtra majoribus cumulata „ſunt

„sunt donis: numquam vos manus Dei ve-
„neranda deseruit. Strati sunt adversantium
„cunei. Missi sunt superbi sub jugum popu-
„li & Persica vota collapsa sunt, nec stare
„diu contra vos poterit malis suis armata
„crudelitas„ Dei virtutem utrique diverso
„sensistis eventu. Vobis cœlestis victoriæ co-
„rona collata, & pro fide vestra Deus red-
„didit præmia. Pura igitur mente, devota
„conscientia, incorrupto animo clementia ve-
„stra cœlum semper aspiciat, a Deo semper
„expectet auxilium, Christi venerandum Nu-
„men imploret, & pro salute orbis terrarum
„ac vestra salutari Deo spiritales offerat vi-
„ctimas. Sic vobis cuncta feliciter prove-
„nient, victoriæ, opulentia, pax, copia,
„sanitas, & triumphi, ut divina Majestate
„protecti orbem terræ felici gubernetis im-
„perio.





SANCTI ORSIESII
ABBATIS TABENNENSIS
DOCTRINA
DE INSTITUTIONE MONACHORUM.

§. I.

Monitum.

Orsiesius genere Ægyptius monasticam vitam amplexus est sub sancto Pachomio Tabennensium Monachorum institutore, a quo ob virtutum præstantiam adhuc juvenis monasterio Chenoboscienſi præfectus, post obitum S. Pachomii anno 349 Tabennensium Monachorum regimini præpositus circa annum 380 ad superos evolavit. Composuit librum seu doctrinam de institutione Monachorum teste Gennadio *de vir. illust. cap.* 9. quem Benedictus Anianensis Abbas operi suo de regulis diversorum Patrum intexuit, & Holstenius in suo Codice regularum evulgavit, & Canisius alium ejusdem libellum de sex cogitationibus Sanctorum adjecit. Utrumque porro opus a S. Orsiesio Ægyptiace scriptum, deinde in Græcum versum S. Hieronymus latine interpretatus est, quod ex Holstenio mutuatum Gallandius tomo V suæ Bibliothecæ Patrum inseruit.

§. II.

§. II.
ANALYSIS.

1. „Audi Israel mandata vitæ, quæ loque- *Monita*
„batur Baruch *cap.* 3. *v.* 10. *seq.* propter *Dei non*
„eos, qui noluerunt Prophetarum suscipere *negligen-*
„mandata, & obliti sunt legis Dei, idcirco *da.*
„induxit Deus super eos captivitatis jugum,
„erudiens nos, cupiensque salvare per pœni-
„tentiam. Unde & nos Apostoli eorum de-
„bemus meminisse verborum: *Si naturalibus ra-*
„*mis non pepercit, nec nobis parcet Rom.* 11. *v.* 21.
„Si Dei præcepta complere negligimus, & in
„futuro sæculo amittemus civitatem nostram,
„& lætitiam deserentes trademur pœnarum
„captivitati, perdemusque gaudium sempiter-
„num, quod Patres nostri & fratres labore
„magno repererunt.

2. „Igitur non nos vincat oblivio, nec pa- *Patientia*
„tientiam Dei existimemus ignorantiam, qui *Dei ad*
„icirco sustentat & differt, ut ad meliora con- *pœniten-*
„versi cruciatibus non tradamur. Quando pec- *tiam nos*
„camus, non putemus, Deum consentire no- *invitat.*
„stris peccatis, quia non statim vindicat, sed
„illud cogitemus, quod cito exeuntes de
„sæculo, separabimur in futuro a Patribus
„& fratribus nostris, qui locum victoriæ pos-
„sident, quem & nos habebimus, si illorum
„voluerimus calcare vestigia.

3. „Scrutemur ergo vias nostras, & gres- *Pœniten-*
„sus proprios dijudicemus, revertamurque ad *tia agen-*
„Dominum, ut in die judicii adjutor noster *da.*
„sit, & non confundamur cum loquemur ini-

„micis nostris in porta, sed magis digni simus „illud audire: *aperite portas, & ingrediatur po-„pulus, qui custodit justitiam Is.* 26. *v.* 2. Me-„minerimus nostri, nec contemnamus delicta „quæ fecimus, & singula mandata Patris no-„stri corde sollicito pertractemus, non solum „credentes in Christo, sed & pro ipso patien-„tes; & Deo nos ad pœnitentiam provocante „de gravi somno evigilemus, quia adversarius „noster quasi leo rugiens circuit, quærens quem „devoret, cui acriter resistendum est, & scien-„dum eadem etiam certamina nostris evenisse „majoribus.

Præpositi monasteriorum spiritaliter & carnaliter suos pascant.

4. „Quapropter o duces & præpositi mo-„nasteriorum, quibus crediti sunt homines, & „apud quos inveniuntur T, sive I. sive E, si-„ve A, id est, singulæ turmæ his litteris signa-„tæ, cum turmis suis expectent Salvatoris ad-„ventum, ut conspectui illius ornatum armis „exercitum præparent. Ne refrigeretis eos in „carnalibus, & spiritualia non tribuatis ali-„menta, aut rursum doceatis spiritualia, & in „carnalibus affligatis in escis videlicet & vesti-„tu. Sed & spiritales & carnales cibos pariter „tribuite, & nullam detis eis occasionem ne-„gligentiæ. Nam quæ est ista justitia, ut fra-„tres labore affligamus, & ipsi otio vacemus? „aut eis jugum imponamus, quod ipsi ferre „non possumus? Unde & laborem, & refrige-„ria cum ipsis habeamus communia, nec disci-„pulos servos putemus, & eorum tribulatio „sit nostra lætitia, ne Evangelicus sermo nos „cum Pharisæis corripiat: *Væ vobis, qui liga-*

„tis onera importabilia, & imponitis ea super hu-„meros hominum, & ipsi ne digito quidem auditis „attingere. Matth. 23. *v.* 4.

5. „Sunt aliqui attendentes ſemetipſos, & „dicunt: Quid mihi eſt cum aliis? Ego vero, „ut ſerviam Deo, & mandata ejus impleam, „non ad me pertinet, quid alii faciant. Hos „Ezechiel corripit dicens: *O paſtores Iſrael! „numquid ſemetipſos paſcunt paſtores? nonne oves „paſcunt &c. Ezech.* 34. *v.* 2. *ſeq.* Ideo o ho-„mo usque ad unam animam, quæ tibi cre-„dita eſt, monere non ceſſes, & docere, quæ „ſancta ſunt, & te ipſum bonorum operum „præbere exemplum, & cavere quam maxime, „ne alterum ames & alterum oderis, ſed & „cunctis exhibeas æqualitatem, ne forte quem „tu diligis, Deus oderit, & quem tu oderis, „Deus diligat. Nulli erranti pro amicitia con-„ſentias, & alterum premas, & alterum ſub-„leves. Siquis ex fratribus Præpoſito inju-„riam fecerit, caveat, ne iratus dicat: Quid „cauſæ habeo ad hominem contemtorem? fa-„ciat quod vult, ad me non pertinet, nec eum „moneo, nec errantem corrigo, ſive ſalvetur, „ſive pereat, ad me non pertinet. O homo! „intellige quo furore ſupereris, ut magis tuo „vitio, quam ſuo peccato frater pereat, cui „debes ignoſcere & ſuſcipere pœnitentem, ut „poſſis illud Evangelicum dicere: *dimitte nobis „debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus „noſtris Matth.* 6. *v.* 12.

Habeant curam animarum, & quomodo.

Ratio Deo a Præpositis danda.

6. „Omnes, quibus fratrum cura commissa est, parent se adventui Salvatoris & formidoloso tribunali ejus. Si enim pro seipso „reddere rationem plenum est discriminis & timoris, quanto magis pro alterius culpa subire cruciatum? nec possumus obtendere ignorantiam, cum scriptum sit: *Omne factum Deus „adducet in judicio in omnibus quæ neglecta sunt „sive bonum sive malum Eccli.* 12. *v.* 14. Caveamus ergo ne nobis traditiones Patris nostri deserentibus ingeratur: *Qui habent legem, „non noverunt me, pastores impie egerunt in me „Jer.* 2. *v.* 8. Sed stemus in arrepto semel „proposito, & impleamus opus Dei, ut pater, „qui primus instituit cœnobia, gaudens pro „nobis loquatur ad Dominum: Sicuti tradidi „eis, sic vivunt.

Documenta pro Superioribus Monachorum.

7. „Et vos ergo monasteriorum Principes „estote solliciti pro fratribus, nec abutamini „potestate in supplicia, sed exemplum præbete vos subdito gregi, sicut & dominus noster „se in omnibus exemplum præbuit, & meminenitis Apostolicæ sententiæ: *nihil subtraxi, „ut non annuntiarem vobis omnem voluntatem Dei. „Act.* 20. *v.* 20. Caveamus, ne per nostram „negligentiam aliquis scandalizetur, & corruat, & obliviscamur Domini Salvatoris, qui „in Evangelio loquitur: *Pater, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam Joan.* 18. *v.* 9. „Nullam animam contemnamus, ne quisquam „per nostram duritiem pereat, alias enim anima nostra pro illius anima tenebitur in reatu. „Sed & vos, qui secundi estis monasterii, pri-

„mos

„mos vos exhibete virtutibus, ne quis vitio ve-
„ſtro pereat, ne incurratis in illud opprobrium,
„quod incurrit ille, qui comedit & „bibit cum
„ebriis, & non dedit in tempore ſuo conſervis
„cibaria. *Matth.* 24. *v.* 50. Vos quoque præ-
„poſiti domorum ſingularum parati eſtote ad
„reſpondendum omnibus, qui a vobis exigunt
„rationem ſuper ea fide, quæ in vobis eſt;
„monete eos, qui inordinati ſunt, conſolami-
„ni puſillanimes, ſuſtinete infirmos, patienter
„agite ad omnes: cavete ne alios diligatis,
„alios oderitis, ne hunc ſuſtentetis, & alium
„negligatis, ſed cum omni ſollicitudine ſingu-
„li commiſſum vobis gregem cuſtodite, & imi-
„tamini paſtores de Evangelio, ad quos non
„dormientes ſed vigilantes venit Angelus Dei,
„& Salvatoris eis annuntiavit adventum *Luc.* 2.
„*v.* 6. Præterea humilitatem ſectamini & mo-
„deſtiam, & ſingula præcepta majorum vitæ
„communis normam putate, ut in illis conſer-
„vandis veſtras ſervetis animas.

8. „Sed & vos omnes fratres, qui ſubjecti *Documenta pro Monachis.*
„eſtis, habetote accinctos lumbos veſtros &c.
„*Luc.* 12. *v.* 35. *ſeq.* ſubjecti ſitis patribus cum
„omni obedientia ſine murmurationibus. Ser- *Obedientia.*
„vate pudicitiam corporis veſtri, & armate
„vos caſtitate. Imitamini virgines ſapientes, *Caſtitas.*
„quæ habebant in vaſis ſuis & lampadibus oleum
„bonorum operum. Vigilate & ſcitote, quod
„magnam nobis Deus præſtiterit gratiam per
„Patrem noſtrum Pachomium, ut renuntiare-
„mus ſæculo, & curas rerum ſæcularium pro
„nihilo poneremus. Quæ enim nobis occaſio *Paupertas.*

„relicta est, ut habeamus quidquam proprium
„a funiculo usque ad corrigiam calceamenti,
„cum habeamus Præpositos, qui pro nobis
„solliciti sunt tam in cibo & vestitu, & cor-
„pusculi languore, ne per occasionem carnis
„animæ emolumenta perdamus? Liberi su-
„mus, jugum de cervicibus nostris mundanæ
„servitutis abjecimus, cur rursus volumus re-
„verti ad vomitum nostrum, & aliquid habe-
„re, unde solliciti simus, & quod perdere me-
„tuamus? Ad quos usus superfluum palliolum,
„aut epulæ lautiores, aut melior lectus, cum
„omnia in commune sint præparata, & nihil
„cruce Christi durius sit, quem sequentes de
„mortifera altitudine ad vitalem descendimus
„humilitatem, divitias paupertate mutantes,
„& delicias simplici cibo. Nolite oblivisci ar-
„repti semel propositi, & traditiones Patris
„nostri scalas putemus ad cœlorum regna ten-
„dentes. Ne desideretis, quæ ante calcastis:
„sufficit nobis habere, quod homini satis est,
„duo levitonaria, & aliud attritum, & pallio-
„lum lineum, duos cucullos, zonam lineam,
„gallicas, pellem & virgam. Cui ministerium
„& dispensatio aliqua est credita monasterii,
„& si ex ea lucrum faciat, scelus putetur &
„sacrilegium, quidquam in propriam vertere
„requiem, quasi despiciens eos, qui non ha-
„bent, & felici paupertate sunt divites, ut
„non solum ipse perierit, sed & cæteros pro-
„vocet ad pereundum. Ideoque fratres æqua-
„les simus a minimo usque ad maximum, tam
„dives quam pauper concordia & humilitate
„perfecti; ne quis suis provideat deliciis, cer-
„nens

„nens fratrem in paupertate & angustia con„stitutum, sed nos invicem amare debemus, „& ostendere, quod vere simus famuli Domi„ni nostri Jesu Christi *Joan.* 13. *v.* 34. & Fi„lii Pachomii & discipuli cœnobiorum.

9. „Si Præpositus domus aliquem corri„puerit ex fratribus, qui sibi subjecti sunt, „erudiens eum in timore Dei, & cupiens ab „errore corrigere, & alius voluerit pro eo lo„qui, & eum defendere subvertens cor illius, „qui hoc facit peccat in suam animam, quia „subvertit eum, qui corrigi poterat, errans „ipse & alios errare faciens, & eum, qui in „dulcedine charitatis poterat ambulare, con„vertit in amaritudinem, & subjectum legibus „monasterii malis consiliis depravat, facitque „odisse eum, qui eum docebat Domini disci„plinam, lites serens inter fratres atque discor„dias. Unde fratres magnopere devitemus „alicujus mentem subvertere contra monito„rem suum, nec pro obedientia contumaciam „in cordibus nostris invicem seminemus: qui „enim timet Dominum suum, si viderit fra„trem suum errare, magis debet rectum iter „ostendere, ut cum omni castitate & tremore „Dei incedat.

Correctum a Superiore alius non defendat.

10. „Hoc quoque maxime providendum „est, ne quis in alteram domum vel cellulam „commendet aliquid contra monasterii disci„plinam. Qui talis est, non est in numero „fratrum, nec inter Sanctos Pascha Domini „debet comedere, quia factus est lapis scanda-

Monachus nil proprium habeat.

„li in monasterio: si enim levitonaria nostra „quando lavamus, sicca non fuerint, usque „ad vesperam non habemus potestatem apud „nos tenere, damusque Præposito, vel cui „creditum est cellarium, ubi deferat ad locum, „ubi vestimenta omnium pariter asservantur: „quando magis ea, quæ proprie visus est pos„sidere, si alteri commendaveris, aut in tua „volueris esse potestate, peccas in monasterii „disciplinam. Sciat quoque alter, qui ab al„tero susceperit commendatum, & rem se ar„bitratur facere piam, ut fratrem refrigeret, „quod peccet contra animam suam subvertens „regulam monasterii. O stulte! anima tua „commissa est Præposito tuo, & qui animam „tuam corpusque custodit, indignus habebi„tur, ut peritura conservet.

Nil donare potest. 11. „Hoc quoque observandum est, ne quis „dicat in corde suo: quando morior, tunc do„no fratribus quod habuero. O stultissime ho„minum! ubi hoc scriptum invenisti? nonne „omnes Sancti servientes Deo statim omnem „sæculi sarcinam deposuerunt? nonne in acti„bus Apostolorum omnia quæ habebant ad pe„des Apostolorum deferebant? Et quomodo „poteris mortuus justitiæ induere vestimentum, „qui illud vivus habere non meruisti? quare „non dum versaris in vita, audis David lo„quentem: *thesaurizat, & ignorat, cui congre„gat ea Ps.* 38. Quare non vis audire Domi„num cohortantem: *vade & vende omnia &c.* „*Matth.* 19. Renunciemus mundo, ut perfe„cte perfectum thesaurum sequamur, quorum

„ani-

„animam possidet avaritià, his videtur pro „Christo stulta paupertas, cum tamen *quæstus* „*sit magnus pietas cum sufficientia &c.* 1. *Tim.* 6. „Si mandata sunt Dei, quæ per Patrem no„strum tradidit nobis, & quæ sequentes pos„sumus pervenire ad regna cœlorum, toto ea„dem desiderio compleamus, si autem sequi„mur cogitationes nostras, & ad aliud tendit „animus, cur errorem nostrum non confite„mur? ne dicatur nobis: *ejiciam vos de domo* „*mea Osee* 9. *v.* 15. Siquidem conciliabula Mo„nachorum vere domus Dei sunt. Ne igitur „polluentes eam projiciamur, obsecro vos, ne „de nobis quoque dicatur: *alius quidem esurit*, „*alius autem ebrius est* 1. *Cor.* 11. *v.* 21. non sit „domus nostra vocis alienæ, ne posteaquam „renuntiaverimus sæculo, & cæperimus vexil„lum crucis sequi, iterum ad posteriora rever„si quæramus refrigerium temporale. Quis „enim fructus invenietur in nobis, aut in quo „professionem implebimus arreptam? nonne „omnia dimisimus & avaritiæ subjacemus, & „unde bella & pugnæ? nonne ex avaritia? „nam quia unusquisque quærit utilitatem suam, „non proximi, *filius inhonorat Patrem, & Pater* „*exprobrat filio Mich.* 6. *v.* 6.

12. „Siquis in domo monasterii sub Præ„posito manens nulla re indigens, quam in „monasterio habere permissum est, habet pa„trem fratremque & amicum carissimum, ni„hil ab eis penitus accipiat, non tunicam, non „palliolum, non aliam quamlibet rem: si au„tem comprobatum fuerit, quod minus habeat

Monachus a parentibus nil recipiat.

„de his, quæ præcepta sunt, culpa omnis & „correctio ad Præpositum convertetur. Vos „igitur, qui estis principes monasteriorum, si- „quos aliqua re videtis indigere, nolite eos „negligere, scientes vos reddituros rationem „pro omni grege.

Lectioni sacræ & meditationi vacet.

13. „Habeamus curam legendarum & dis- „cendarum Scripturarum, & in earum semper „meditatione versemur. Hæc sunt, quæ nos „ducunt ad vitam æternam, quæ nobis tradi- „didit Pater noster, & jugiter meditanda præ- „cepit, ut impleatur illud in nobis, *Erunt hæc* „*verba, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo* „*Deut.* 9. *v.* 18. Unde Timotheus adhuc puer „& adolescens sacris litteris eruditus est, ut „ad fidem Domini Salvatoris, illarum semita „perveniret: & de Daniele, quia eruditus erat, „scriptum legimus, quod *vir desideriorum* ap- „pellatus sit *Dan.* 10. *v.* 23. Joseph quoque „erat dilectissimus patri suo, quoniam ejus im- „periis serviebat, & præcepta legem vitæ suæ „arbitrabatur.

Iram & odium vitet.

14. „Non irascamur invicem, & si ira nos „vicerit, non peccemus irati solis occubitum „pænitentia præoccupantes: meminerimus esse „præceptum, quoties peccanti in nós ignósce- „re debemus, & munus nostrum relinquere „ante altare, quod nequaquam suscipitur, si „non fuerit reconciliatione placabile. Simus „discipuli mansuetudinis Sanctorum, & semi- „nemus nobis justitiam, ut metamus fructum „vitæ. Illuminemus lucem scientiæ, quia

„tempus

„tempus est, ut cognoscamus Deum, donec „veniat fructus justitiæ nobis. Vigilemus om„ni studio, & omni cura contendamus, ne obliviscamur propositi nostri, sed impleamus, „quod nos scimus esse pollicitos.

S. ORSIESII ABBATIS
TABENNENSIS
LIBELLUS
DE SEX COGITATIONIBUS
SANCTORUM.

I. „De Domino cogitare debemus, ut dele„ctemur in illo sperare.

II. „De Passione Christi, ut sustineamus „pro illo, assiduo recolendo, quod omnipotens „Dominus ac æternus Dei filius descendit de „alta cœlorum altitudine in humanum corpus, „in quo in crucem elevatus est, & fudit pretio„sum sanguinem, ut fieremus Angelorum cives.

III. „De hora transitus, ut simus parati, om„nis enim vita hominis, omnis sapientia medita„tio est mortis, de qua uno die omnes sapientes „trepidabunt.

IV. „De die judicii, ut rationem reddamus, „omnes enim ex æquo stabunt ante tribunal „Christi.

V. „De

V. „De Inferno, ut timeamus terribile, „quod Esaias dixit: vermis eorum non mo„rietur, & ignis eorum non extinguetur.

VI. „De vita æterna, ut desideremus, ubi „gaudium & lætitiam tenebunt Sancti, & super „omnia cum omnibus Sanctis diligunt eum, qui „vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.



SANCTI SERAPIONIS
EPISCOPI THMUEOS
LIBER
ADVERSUS MANICHAEOS.

§. I.

Monitum.

Serapion Ægyptius ex Monacho Episcopus Thmuitanus creatus, sub Constantio principe Ariano confessionis gloria clarus, & urgente Georgio Alexandrinæ Ecclesiæ invasore in exilium actus, circa annum 357 e vivis excessisse videtur. Eum inter Ecclesiæ doctores recenset S. Hieronymus *Ep.* 70. Et Philippus Sidetes eum post Theognostum Scholæ Alexandrinæ præfuisse testatur *Serm.* 24. Ex scriptis illius unus superest liber adversus Manichæos. Illum primo ineunte sæculo superiore vulgavit Henricus Canisius *Ant.*

lect.

lect. tom. 5. ex Græco in Latinum a Turriano versum, unde postea in variis Patrum Bibliothecis recusus fuit, Græcum vero haud ita pridem in thesauro suo Canisiano edidit Basnagius; quam editionem recognitam nonnullisque observationibus instructam & capitum distinctione ac argumentis auctam Gallandius Tomo V. suæ Bibliothecæ Patrum inseruit.

§. II.
ANALYSIS.

Veritas errorem vincit omnem.

1. „Solvit errorem veritas. Obsecremus igitur Dominm Jesum, qui est veritas, „ut illuminet mentem nostram, ut neque fallacia mentem capere possit, nec error vincere. Est autem multiformis malitia, cujus „partes quædam nocentiores sunt & magis „mortiferæ: quamobrem neque minora tacenda „sunt, neque majoribus parcendum, cum sciamus minores quidem partes vitii minora damna parere, majora vero magna. Quocirca studendum est, ut ne minima quidem fallacia „capiamur, quia minima fallacia instar scintillæ nacta materia assensionum animæ incendium magnæ flammæ efficit, multi enim principio ex parvo errore cæpto in pelagus erroris „dilapsi sunt.

Manichæismus error deterrimus.

2. „Quia igitur si multi lupi pelles ovium „induti gregem invaderent, non sileret pastor, „sed gladium vibraret, ut in tuto gregem collocaret: ecce multi sunt, qui hic & illic errant, pro pellibus ovium nomen Christi in-

„duti,

„duti, qui se quidem dicunt, quod non sunt, „quod autem sunt, dici nolunt, sed suam im- „probitatem amictu nominis tegunt, qui com- „mune quidem habent nomen, student vero, „ut nomen Christi funditus deleant, qui con- „tra Jesum militant, & Jesum invocant. Sic „Valentinus exivit, sic Marcion, sic Sitianus „(*vel Tatianus*) aliunde etiam Phanius. (*vel* „*Ophiani*) Postrema Abortio improbitatis furor „Manichæi est, quæ omnes aliorum impro- „bitates extenuavit, & in secundis posuit.

Quænam sit peccati natura.

3. „Age ergo conferamus nos ad rationem „demonstrantem, ut Manichæorum errores „solvamus, & veritatem in medium produca- „mus. Est igitur vitium expers substantiæ, & „non per se existens, actio potius quam essen- „tia, & actio ex electione proficiscens eorum, „in quibus electio ægrotat, atque actio, quæ „accidit quidem, facile vero ab iis, qui ægro- „taverunt, abscedit. Si vero accidisset qui- „dem, sed non abscederet, dici posset, non „esse quidem per se vitium, neque tamen pos- „se substantiam esse umquam absque vitio. „Quodsi accidit electio, facile autem separa- „tur, ut rursum, quod vitio subjectum erat, „purum reddatur, erit vitium, neque per se „nihil, neque aliquid, quod per se esse queat, „neque quod semper sit, & dum deletur, con- „vincitur, non posse per se esse, & quandoque „non fuisse, quin potius paulo ante ex electio- „nis invaletudine prodiisse.

4. „Quod

4. „Quod autem non reperiatur anima se- *Substantia corporis non est mala.*
„cundum substantiam mala sic natura facta,
„neque corpus per substantiam malum, testan-
„tur rationes & actiones. Etenim si tempe-
„rantia virtus est, corpus vero substantia ma-
„lum, non posset reperiri corpus temperans,
„ne corpus, quod substantia turpe & vitiosum
„est, corpus virtutis efficiatur: cum enim cor-
„pus se temperat, corpus virtutis & templum
„Dei est: si autem omne corpus libidini dedi-
„tum esset, non esset templum Dei, quod est
„contra Apostolum 1. *Cor.* 3. *v.* 16. Et sane
„talis est in corpore fabrica, ut possit Spiritui
„sancto deservire & rationi: si autem v. g.
„lingua mala est, mens autem bona, quo-
„modo potest societatem cum bonis habere?
„cum ex malo secundum substantiam bonum
„non proficiscatur.

5. „Quodsi dicant Manichæi, aliquas cor- *Nec aliquæ ejus partes.*
„poris partes semper esse temperantes, alias
„nullam partem temperantiæ amplectentes,
„quomodo eadem natura in duas substantias
„potest dividi, ut una pars sit semper mala,
„alia semper bona, & ambæ secum semper
„pugnent, & in usu se interimant, cum alio-
„quin substantia numquam secum pugnet, se-
„que tollat. Si vero corpora non sunt semper
„mala seu intemperantia, aliquando vero ab
„intemperantia ad temperantiam translata,
„id quod ejus mutationes testantur, non est
„corpus substantia malum, quin potius ele-
„ctioni deserviens. Cum enim mens discipli-
„nis susceptis amore disciplinarum teneri cæ-
„pit,

„pit, tunc corpus a motibus, qui illiciunt, so„lutum tranquillitatem magni facit, & quia „actionibus deserviat, non repugnat. Cum „vero mollities animum illicit, tunc perturba„tio corpori adscribitur, & nihil aliud inter „utrumque intermedium cernitur: cumque „utrumque in potestate habeat, & ad eligen„dum dominus sit, judicii proprii rationem „reddat, & se defendat, quod enim elegit, „volens elegit.

Corpora non sunt mala. 6. „Deinde Deus jubet, ut exhibeamus „corpora nostra *hostiam viventem Deo placen„tem Rom.* 12. *v.* 1. Sed Deus, quod non „est suum non approbat vel amplectitur: & „si vult, ut corpora sint in virtute tempe„rantiæ, quomodo non fecit, quod volebat: „si autem natura sunt mala, quomodo na„turam mutavit, ut essent honesta: & si cor„pora de malo in bonum mutantur, quomo„do natura sunt mala, quæ non mutatur. „Sane quidem corpora Sanctorum tantum in „virtute progressa sunt, ut honorata fuerint „vi divina. Mortuum jacebat corpus Elisæi, „& suscitavit mortuum 4. *Reg.* 13. Quodsi „Manichæi contra hoc furentes etiam Scrip„turam accusant, terreat eos simile exem„plum, faciat umbra Petri, *Act.* 5. *v.* 15. „ut eos pudeat, umbra enim erat corporis, „quæ cum corpora ægrorum inumbrabat, „eorum morbos depellebat.

Manichæorum ar- 7. „Sed ajunt Manichæi: Corpus Sata„næ gestavimus, anima vero Dei est. Ac „corpus

„corpus quidem sic natura factum est, malum *menta sol-*
„ex malo: anima vero natura facta est bona, *vuntur.*
„ex bono originem trahens. Sunt igitur duo
„principia, & duæ substantiæ, & duo princi-
„pia sunt causæ, altera quidem corporis mali,
„altera vero animæ bonæ: bona igitur est ani-
„ma, & corpus malum. Verum quomodo
„corpus quidem temperans est, anima vero
„sæpe pigra? Quomodo utrumque non ma-
„net in ordine suo? sed contra quod erat dia-
„boli, fit Dei, & quod Dei, diaboli, uti pro-
„bat illa de filio prodigo parabola *Luc.* 15.
„& S. Pauli conversio: imo si chorum Aposto-
„lorum contemplemur, intelligemus ex pecca-
„toribus fuisse collectum, qui multa olim pec-
„caverant, & non sunt amplius errore lapsi.
„Quodsi mala natura præditi fuissent, semper
„peccassent, si bona natura, numquam pec-
„cassent: non desierunt esse homines: manen-
„te alioqui substantia non manent mores, sub-
„stantiæ non sunt solutæ, mores sublati sunt,
„& permanentibus substantiis non permanse-
„runt studia, adeoque non insunt in substan-
„tia studia: si enim in substantia inessent, si-
„mul cum substantia permanerent & non mu-
„tarentur. Dicendum ergo nihil esse proprium
„animæ, sed potius proprium ab anima fieri
„id, ad quod se vult applicare, seipsam enim
„ad turpitudinem incitat, & quæ sunt absurda,
„sibi concedit.

8. „Deinde si animæ, quæ sibi suggerunt *Duplex*
„inhonesta, aliæ essent, ac per se essent, aliæ *anima in*
„vero quæ honesta, dici posset, duo esse ge- *homine*
non est.

„nera animarum, & Manichaei sibi repugnan„tia loquerentur: si vero eaedem sunt animae, „& anima quae paulo ante turpia sibi suade„bat, suadebit sibi aliquando honesta, ipsa „mutatione convincetur liberae esse voluntatis. „Erat Demas cum Paulo, sed factus fugi„tivus ad gloriam saeculi properabat 2. *Tim.* 4. „*v.* 9. Sequebatur Giezi Elisaeum, sed accep„tis nummis mentem suam vendidit, & pecu„niis addixit. Judas e numero Apostolorum „erat, & qui daemones verberavit, paulo post „hamo cupiditatis captus est. Atque hi tales „fuerunt participatione liberae voluntatis ad „res turpes traducti. Erat aliquando piscator „Petrus, & malus erat, non enim expers pec„tati, homo siquidem erat, sequebatur Jesum, „& audivit: *Tu es Petrus &c.* Postea lapsus est, „cum ad increpationem processisset: *Matth.* 16. „verumtamen facta est lapso medicina, & fa„ctus est melior. Ut autem Dominus tradi„tus est, ab una puella ad negandum Domi„num victus est. Ideo autem a me Petrus pro„ductus est, ut naturam demonstret: demon„strant enim multae ejus mutationes ea, quae „libera voluntas efficit.

Nemo perfectionem attingit. 9. „O rem mirabilem! scripta sunt Sancto„rum peccata, ut sciatur veritas, quod ex „similibus nati studio virtutis excelluerunt, „qui non natura vicerunt, sed virtute clarue„runt. Quodsi apud Petrum & alios Aposto„los non natura sed libera voluntas virtutem „definit, apud quosnam naturam peccati ex„pertem invenire poterimus, si apud Aposto-

„los

„los non potuimus? En Petrum interrogo, „en Thomam excutio, ex Evangeliis profero, „unde convincantur, quia Evangeliis ſtudue„runt. Icirco enim legem ſine lege Manichæi lo„quuntur, icirco ſcientiam Evangeliorum non „tenent, qui initium Evangeliorum non ſuſce„perunt, *initium Evangelii Jeſu Chriſti, ſicut* „*ſcriptum eſt in Eſaia Propheta &c.* Circumeunt „autem præſtigiatores hi, ut aut per fallaciam „aut per vim mentes capiant; quamobrem ſa„pientes & honeſti cuſtodes clavium ſcientiam „cum vigilantia miſcent, ut quia vigilant, non „perfodiantur parietes, & quia ſapientes ſunt, „non fallantur, ſapientia enim non præbet lo„cum præſtigiis, neque vigilantia perfodien„tibus. Quocirca honeſti qui ſumus mentes „noſtras clave ſcientiæ cuſtodiamus, ſcientia „enim fraudem vincentes, vigilia vero nos „ipſi a direptione ſervantes.

Sequuntur hic in nova Patrum Bibliotheca Gallandii duodecim Epiſtolæ Liberii Papæ & oratio ejusdem, Marcellinam S. Ambroſii ſororem dato virginitatis velo conſecrantis. Item tres Epiſtolæ ſancti Euſebii Vercellenſis Epiſcopi & Martyris ex S. Hilario, Socrate & S. Ambroſio deſumtæ. Item Epiſtola Hoſii Cordubenſis Epiſcopi ad Conſtantium Auguſtum inter opera S. Athanaſii in hiſt. Arian. ad Monach. jam laudata.







SANCTI CYRILLI
ARCHIEP. HIEROSOL.
OPERA.

§. I.

Vita & Scripta S. Cyrilli.

Sanctus Cyrillus circa annum 315 natus a parentibus Catholicis Hierosolymis enutritus & educatus fuit. Ex monacho anno 345 a Maximo Jerosolymitano Episcopo Presbyter ordinatus in ejus locum suffectus est ab Acacio Episcopo Cæsariensi Ariano, ejusque sequacibus circa annum 350, licet ejus canonicam electionem & sanam fidem D. Touttee in vita illius erudite defendat. Orta deinde controversia inter Cyrillum & Acacium de jure Metropolitico in Palæstinam, Acacius Concilium Seleuciense anno 356 congregavit, in quo Cyrillus depositus ad numerosius Concilium provocans coactus tamen est, concedere Tarsum, ubi cum Silvano Episcopo manens populum docuit. Adfuit deinde Synodo Melitinæ, & Seleuciensi interfuit, ubi quidem pro legitimo Episcopo habitus est, sed urgente Acacio in Concilio Constantinopolitano iterum depositus anno 360, & in exilium missus, demum sub Theodosio Imperatore in Concilio Constantinopolitano anno 380 in sedem suam restitutus anno 386 defun-

functus est. Vid. vitam S. Cyrilli a D. Touttee operibus ejus praefixam.

Pauca ad nos S. Cyrilli Scripta pervenerunt: tria tantum integra & genuina ejus opera habemus, scilicet Catecheses ad illuminandos decem & octo per totam quadragesimam circa annum 348 dictas. Deinde mystagogicas quinque ad Neophitos singulis Paschalis hobdomadae diebus pronuntiatas. Denique homiliam in Paralyticum ad piscinam jacentem, epistolae ad Constantium praepositam. Harum omnium veritatem contra Protestantes docte vindicat praelaudatus D. Touttee, qui etiam elogia Veterum de S. Cyrillo fuse recenset. Prima Editio Catechesium S. Cyrilli Parisiis Graece anno 1560 lucem aspexit, eo ferme tempore, quo illas Jacobus Uchanski, Archiepiscopus Gnesnensis Slavonum idiomate conscriptas ex Macedonia nactus in linguam Polonicam transtulerat, quas in Latinam versas Grodecius evulgavit, quae deinde Romae, Coloniae & Antverpiae & Parisiis recusae fuerunt; easque in linguam Gallicam Ludovicus Ganei transtulit. Rursus Morellus excudendas curavit undecim priores Catecheses & quinque posteriores an. 1564 ex M. S. Bibliothecae Memmianae. Rursus Prevotius Burdegalensis cum invenisset contextum Graecum in Bibliotheca Vaticana has Catecheses cum versione Latina Parisiis an. 1609 edidit. Copiosiorem editionem omnium operum S. Cyrilli Thomas Milles Oxoniae an. 1703 dedit. Quam denique Editio novissima D. Antonii

Augustini Touttee Monachi Benedictini Congr. S. Mauri Parisiis anno 1720 secuta est.

§. II.

ANALYSIS.

PROCATECHESIS,

SEU PRÆVIUS CATECHESIBUS SERMO S. CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIEROSOLYMORUM.

Status Baptizandorum felicitas.

1. Prævius hic extra Catechesium ordinem sermo est, in quo S. Cyrillus auditores suos datis ad initium Quadragesimæ ad Baptismum nominibus, de novi status sui excellentia & officiis monet, & quomodo se ad Baptismum præparare debeant. Et primo quidem illuminandis seu baptizandis status sui felicitatem proponit, dicens: „Vos jam adflat beatitudinis odor, illuminandi, jam flores sublimioris naturæ colligitis ad plectendas cœlestes coronas. Hactenus nomina dedistis (*ad Baptismum aspirantes*) hæc vobis ad militiam „vocatio. Sincerum propositum cum adfuerit, „facit, ut vocatus sis, quantumvis enim cor„pus hic habeas, si mens abfuerit, nulla rei ad „te perveniet utilitas: accessit enim aliquan„do ad lavacrum Simon Magus; baptizatus „est, sed non illuminatus. Ne quis igitur ve„strum reperiatur Divinæ gratiæ explorator; „ne quis vestrum ingrediatur, dicens: Sine, „videamus, quid faciunt fideles, ingressus vi„debo, ut ea, quæ peraguntur cognoscam.

Nominum Baptizandorum inscriptio.

Bona intentio sine simulatione.

„Sic

„Sic scilicet visurum te speras, visum te iri „non censes, arbitrarisque te ea, quæ fiunt, „perscrutaturum, Deumque cor tuum perscruta- „turum non esse. Perscrutatus est nonnullus „nuptias in Evangeliis indignoque sumpto ha- „bitu ingressus est, & accubuit, & comedit: „sed oportebat, dum candidas omnium vide- „ret vestes, ipsum quoque similiter amiciri: un- „de sponsus viso illo præcepit ministris, liga- „te pedes ejus, qui temere irruerunt; ligate „manus ejus, quæ nitenti nescierunt illum or- „nare vestitu, & ipsum injicite in tenebras ex- „teriores, indignus est enim nuptialibus tæ- „dis. Vides, quid illi tunc homini contige- „rit: tute tuis rebus prospice.

2. „Nos enim, qui ministri Christi sumus, „unumquemque excepimus, sed fieri potest, „ut habeas animam peccatorum luto inquina- „tam, & propositum turpiter infectum ferens „intraveris. Intrasti, admissus es, nomen „inscriptum est, vides venerandam hanc Ec- „clesiæ speciem? vides ordinem & disciplinam, „Scripturarum lectionem, canonicarum (seu „tabulis Ecclesiasticis inscriptarum) persona- „rum præsentiam, docendi ordinem & seriem. „Reverentia loci moveare, & ex his, quæ „conspicis, erudire. Egredere potius nunc „opportune, & ingredere cras opportunissime. „Si ex avaritia animæ indumentum habuisti, „aliud induens ingredere. Exue scortationem „& immunditiam, & indue pudicitiæ stolam, „priusquam sponsus animarum Jesus ingredia- „tur, & vestimenta conspiciat. Non parvam *Quid faciendum indigne accedenti.*

„habes temporis intercapedinem, pœnitentia „dierum quadraginta tibi datur, habes plurimam opportunitatem, & exuendi te & abluendi, ac rursum induendi, ac ingrediendi, „quodsi in pravo animi proposito perseveraveris, orator ipse liber a culpa est, tu vero ne „gratiam te accepturum speres, aqua enim „te recipiet. Spiritus vero te non admittet. „Nullus sit inter vos Simon, simulatio nulla, „nulla rei explorandæ curiositas.

Baptismus ex humano respectu non recipiendus.

3. „Fieri quoque potest, ut alio prætextu „adducaris. Contingit, ut vir mulierem demereri cupiens, vel ea de causa accedat, quod „& de mulieribus vicissim dicam, ac servus „sæpe Domino, & amicus amico placere voluit. Hami illecebram sumo, ac accipio te „malo quidem proposito venientem, spe autem „bona te salvandum. Incidisti in retia Ecclesiastica. vivus capiare, ne fugias, capit enim „te hamo Jesus, non ut morti dedat, sed ut „morti tradens vivum reddat, nam & mori te „& resurgere oportet, audisti siquidem Apostolum ita dicentem: *mortui quidem peccato viventes autem justitiæ Rom.* 6. *v.* 11.

Catechumeni & fidelis distinctio.

4. „Considera quantam tibi Jesns dignitatem impertit. Catechumenus vocabaris, spem „audiens, nec videns, audiens mysteria, nec „intelligens, audiens Scripturas, nec illarum „profundum videns. Nunc jam non amplius „circumsonant aures tuæ, sed interior tibi sonus auditur, inhabitans enim Spiritus mentem tuam deinceps divinam domum facit.

„Cum

„Cum audieris ea, quæ de mysteriis scripta „sunt, tunc intelliges, quæ nesciebas, Dei „etiam cognomen accipis, qui dicitur: *Deus* „*fidelis* 1. *Joan.* 1. *v.* 9. Sed cave, ne appel- „lationem fidelis, infidelis vero propositum „geras. Ingressus es in certamen, tolera cur- „sus laborem. Si tibi dies nuptiarum propo- „siti essent, annon in apparando convivio ne- „glectis omnibus occupareris? animam vero „tuam cœlesti sponso devovere parans non a „corporeis cessabis, ut auferas spiritualia?

5. „Non licet bis aut ter lavacrum susci- „pere, alioquin liceret dicere, quod semel suc- „cesserit, id altera vice perficiam, unus enim „Dominus, & una fides, & unum Baptisma. „Hæretici namque solummodo rebaptizantur „(*qui nimirum materiam vel formam adulterant*) „siquidem prius illud Baptisma non erat. Ni- „hil enim aliud a nobis requirit Deus præter „animi inductionem bonam. Ne dicito: qui- „nam mea deleantur peccata? Ego dico tibi; „hac una re, cum volueris, cum credideris. „Quid isto compendiosius? quodsi labia quidem „tua te velle pronuntient, cor vero non dicat, „cognitor est cordium ille qui judicat.

Baptismus non iteratur.

6. „Festinent ergo pedes tui ad Cateche- „ses: Exorcismos cum affectu suscipe, sive in- „sufflatus sive exorcistatus fueris, saluti tibi „res illa futura est. Sine exorcismis anima „expurgari nequit: divini illi sunt ex divinis „Scripturis collecti. Velo obductus tibi vul- „tus fuit, ut attenta vacaret cogitatio; at ve-

Exorcismorum utilitas.

„latis oculis non impediebantur aures, quo-
„minus salutis adjumentum suscipiant, cum
„exorcizantes per divinum Spiritum timorem
„injiciunt, animamque in corpore positam ex-
„suscitant, fugit inimicus dæmon, manet au-
„tem salus, & permanet spes vitæ æternæ,
„denique anima repurgata a peccatis salutem
„consequitur.

Catechesium utilitas. 7. „Præterea perseveres in catechesibus,
„arma enim accipies contra adversariam pote-
„statem, contra hæreses, contra Judæos, Sa-
„maritas & gentiles. Et arma quidem parata
„sunt, gladius vero spiritus promtissimus, manus
„autem contendere oportet per bonam volun-
„tatem, ut bellum Domini prælieris, opposi-
„tas potestates debelles, & invictum te ab
„hæreticorum molitionibus præstes. Hoc quo-
„que monitum te volo: quæ dicuntur, ad-
„disce, & in perpetuum serva. Ne existimes,
„has esse consuetas homilias, hæ quoque bo-
„næ & fide dignæ: verum siquid in illis hodie
„neglexerimus, crastino addiscimus. Ædifi-
„cium quoddam catechesin esse puta, nisi fo-
„diamus & fundamentum ponamus, nisi or-
„dinata serie, structuræ vinculis apte conjun-
„gamus domum, ne quid laxum & hians re-
„periatur, & ruinosa fiat ædificatio. Ad eum-
„dem modum audire primum oportet, quæ ad
„Deum viventem spectant; audire quæ ad ju-
„dicium; audire necesse est de Christo, au-
„diendum de resurrectione, & alia multa ex
„ordine dicuntur, quæ in homiliis ordinariis
„tantum sparsim referuntur.

8. „Quan-

8. „Quando Catechesis pronuntiabitur, si „catechumenus percunctatus te fuerit, quid „dixerint Doctores, nihil dicas externo, My„sterium enim tibi, & spem futuri sæculi tra„dimus: secretum serva ei, qui mercedem re„pendit. Ne quisquam tibi dicat aliquando: „quid tibi apportat mali, si ego quoque didi„cero? Nam catechumenus si audiat mysteria „a fideli, quod audit, ignorat, & rem totam „obtrectat, & quod dicitur sannis excipit, „simul vero fidelis uti proditor condem„natur. Tu jam in confinio consistis, cave ne „quid temere efferas, non quod ea, quæ di„cuntur, non sint digna narratu, sed quod illæ „sint aures indignæ, quibus committantur. „Fuisti tute aliquando catechumenus, neque „res propositas enarrabam tibi. Quando subli„mitatem earum cognoveris, tunc plane in„telliges, earum rerum auditu dignos non es„se catechumenos. *Dicta in catechesibus non divulgentur.*

9. „Porro quicunque inscripti estis, quan„do ingressi fueritis ante horam Exorcismo„rum, unusquisque vestrum ea loquatur, quæ „ad pietatem pertinent, & siquis ex vobis „defuerit perquirite. Quæ nihil prosunt, ne „percunctare, ne quid fecerit urbs, quid Im„perator &c. sursum respice, tempora id tua „poscunt. Cum autem fiet Exorcismus, quo „usque alii, qui exorcizantur accesserint, viri „cum viris, mulieres cum mulieribus sunto, „ne salutis subsidium vertatur in perditionis „occasionem. Tum vero sedentes viri librum „aliquem utilem præ manibus habeant, & *Quid ante horam Exorcismi agendum.*

„alius

„alius quidem legat, alius vero audiat: si au„tem desit liber, alter oret, alter vero utile „quid loquatur. Virginum porro conventus „sic collectus esto, ut psallat vel legat, sed „tacite, ita ut labia quidem loquantur, vox „autem ad alienas aures non perveniat; & „nupta quidem similiter agat. Inflammetur „mens ad pietatem, ad incudem veluti pro„cudatur anima, maneat id solum, quod pu„rum est, detergatur ferri ærugo. Aliquan„do Deus vobis ostendat noctem illam, & te„nebras diem referentes: tunc unicuique ve„strum paradisi porta aperta sit: tunc aquis „fruemini Christiferis fragrantiam spirantibus; „tunc Christi appellationem, & rerum divina„rum efficaciam suscipiatis. Jam nunc oculo „mentis aperto sursum respicite; jam Angeli„cos choros animo concipite, universorumque „Dominum Deum sedentem, & unigenitum „Filium a dextris una sedentem, & Spiritum „simul præsentem, Thronos vero & Domina„tiones ministrantes, & unumquemque vestrum „salutem consecutum.

Baptismi præstantia. *Character.*

10. „Magna res est sane quod vobis pro„ponitur Baptisma, captivis pretium, pecca„torum remissio, mors peccati, animæ rege„neratio, luminosum indumentum, signacu„lum sanctum indissolubile, vehiculum ad cœ„lum, paradisi deliciæ, regni obtinendi cau„sa, adoptionis donum. Cæterum draco jux„ta viam transeuntes observat, cave ne te in„fidelitate mordeat. Ad Patrem spirituum in„gredere, calcea pedes tuos in præparatione „Evan-

„Evangelii pacis, ut etiamsi dentem infigat, „non lædat tamen: fidem inhabitantem habe, „spem firmam, ut per hostem occupato aditu „ad Dominum ingrediare. Præpara cor tuum „ad recipiendam doctrinam; frequentius ora, „ut cœlestibus mysteriis te dignetur Deus. „Siquam turpem cogitationem in mentem tuam „insilire videris, succurrat tibi cogitatio judi„cii, quæ te salutis admoneat, tuam ad con„discendum cogitationem occupa, ut prava„rum rerum oblivionem capiat. Siquem videris „dicentem tibi: Tune illuc ingrederis in aquam „descensurus? nonne recens balnea urbs ha„bet? Scito draconem maritimum hæc tibi „machinari, ne ad vocem loquentis sed ad Deum „operantem adtende, custodi animam tuam, „ut nulla arte capi possit, ut in spe perseve„rans hæres æternæ salutis efficiaris. Meum „est dicere, tuum vero aggredi ad opus, Dei „vero perficere. Firmemus ergo mentem, „nam de anima nobis certamen est, & rerum „æternarum spes proposita. Potens est autem „Deus, qui novit corda vestra, & perspectum „habet, quisnam sit sincerus, quisnam vero „simulator, sincerum quidem servare, hypo„critam vero fidelem efficere, si cor illi præ„buerit. Deleat ille chirographum quod con„tra vos est, atque in Ecclesiam vos inferat, „& Spiritus sancti concedat signaculum inde„lebile, in sæcula, in Christo Jesu Domino „nostro, cui gloria in sæcula sæculorum „Amen.

CATE-

CATECHESIS PRIMA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata, introductionem continens iis, qui ad Baptisma accedunt, & lectio ex Hesaia: lavamini, mundi efficiamini &c. *If.* 1. *v.* 16.

Baptizandi a peccatis abstineant.

1. „Novi Testamenti discipuli cor novum „vobis ipsis facite, & spiritum no„vum, ut cœlitibus lætitia fiat. Si enim su„per uno peccatore pœnitentiam agente fit „gaudium *Luc.* 15. quanto magis tot anima„rum salus cœlestes ad lætitiam commovebit? „ad redemptionem enim vestram paratissimus „adest unigenitus Dei Filius, *venite*, inquiens, „*omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego re„ficiam vos Matth.* 11. Et qui peccatorum ve„strorum catenis constricti estis, propheticam „vocem dicentem audite: *lavamini, mundi ef„ficiamini &c. If.* 1. *v.* 16. ut angelorum vo„bis chorus adclamet: *beati, quorum remissæ „sunt iniquitates Ps.* 31. Qui fidei lampades „nuper accendistis, eas in manibus inextinctas „conservate, ut is qui latroni Paradisum olim „in hoc sanctissimo monte Golgatha per fidem „aperuit, vobis quoque nuptiale canticum de„cantare concedat. Siquis est peccati servus, „paratus sit per fidem ad ingenuam adoptionis „filiorum regenerationem. Exuite per con„fessionem veterem hominem, qui corrumpi-

„tur

„tur secundum desideria erroris, ut induatis „novum, qui renovatur secundum agnitionem „ejus, qui creavit illum. Arrhabonem Spi„ritus sancti acquirite per fidem, ut possitis in „æternas recipi mansiones. Accedite ad my„sticum signaculum, ut ab hero favorabili„ter agnosci possitis: sancto Christi gregi ac„censeamini, ut olim ad dexteram ejus segrega„ti paratam vobis vitam hæreditate consequa„mini.

2. „Si autem quisquam ex his qui adsunt, „gratiam Dei se tentare sperat, se ipse fallit; „sinceram o homo animam habe propter eum, „qui scrutatur corda & renes. Non dat san„cta canibus, sed ubi probam conscientiam „videt, illic salutare sigillum confert, quod „contremiscunt dæmones, & agnoscunt ange„li. His igitur qui illud accipiunt, opus est, „ut proprium quoque studium adhibeant. Non „corruptibile, sed spirituale accipis armorum „genus: in intelligibilem paradisum insereris, „nomen novum accipis; antea catechumenus „eras, nunc fidelis vocabere. Sanctæ vitis „particeps efficeris, at si permanseris in vite, „uti palmes fructifer cresces, si vero non per„manseris, igne absumeris. Dei est gratiam „conferre, tuum vero & accipere & custodi„re; non ideo spernas gratiam, quia gratis „datur, sed religiose potius cum acceperis, „custodito.

Simulare non licet Baptismum.

Character Baptismi.

3. „Tempus præsens est tempus confessio„nis. Confitere, quæ perpetrasti, sive verbo „sive

Confessio peccatorum.

„five opere, five nocte, five die. Confitere in „tempore acceptabili, & in die falutis fufcipe „cœleftem thefaurum. In Exorcismos ftudio„fe vaca: Catechefibus affiduus efto, & quæ tibi „dicentur, memoriæ infige, dicuntur enim, „non ut audias folum, fed ut audita per fi„dem obfignes. Omnem humanam follicitu„dinem ex cogitatione tua deleas, nam tibi „de anima curfus fufceptus eft. Relinque „præfentia, & in futura fpem habe. Tot anno„rum circulos mundo incaffum laborans trans„egifti, nec quadraginta diebus vacabis ora„tioni pro anima tua? Omitte plura inutilia „loqui, neque tu detrahe, neque detrahentem „libenter audi, fed potius ad preces promtus „efto. Monftra per exercitationem aufterioris „vitæ animi tui robur. Munda vas tunm, ut „gratiam capiat abundantiorem; remiffio enim „peccatorum ex æquo datur omnibus, com„municatio vero Spiritus fancti fecundum pro„portionem uniuscujusque fidei conceditur.

Offenfæ condonatio.

Synaxis frequentatio.

4. „Siquid contra quemquam habes, re„mitte. Synaxibus feu facris conventibus ftu„diofus interfis non folum nunc, cum eam a „te diligentiam exigunt Clerici, verum etiam „poft acceptam gratiam, fi enim ante„quam eam acciperes, bonum id erat, an„ne poftquam data eft bonum effe definit? „Certamen fuftine pro tua ipfius anima his præ„fertim diebus. Divinis lectionibus animam „tuam pafce, menfam enim fpiritalem paravit „tibi Dominus *Pf.* 22. *v.* 1. ut & Angeli fi„mul gaudeant, & ipfe Chriftus voluntatis

Lectio facra.

„veftræ

„vestræ propositum ratum habeat, qui vos „omnes sibi placentes custodiat. Ipsi gloria „& imperium in infinita sæcula sæculorum. „Amen.

CATECHESIS SECUNDA.

De Pœnitentia & remissione peccatorum Hierosolymis ex tempore habita: Lectio ex Ezechiele: Justitia justo super ipsum erit &c. *Ez.* 18.

1. „Dira res est peccatum, & morbus ani- „mæ acerbissimus, iniquitas, quæ „ignem æternum illi conciliat: malum ex li- „bero delectu *Jer.* 2. *v.* 21. Grave malum pec- „catum, sed non immedicabile, grave illi, „qui retinet, sed curatu facile ei, qui per pœ- „nitentiam deponit. Supponas aliquem in ma- „nu ignem tenere, quamdiu quidem retinet car- „bonem, procul dubio uritur, si vero carbo- „nem abjiciat, una id, quod urebat, excussit. *Peccatum maximum malum.*

2. „Sed dicet aliquis: Quid tandem est pec- „catum? Non est hostis o homo, qui te ex- „terius invadat, sed est mala soboles a te pro- „crescens. Rectis vide oculis, & non erit li- „bido: tua retine, nec aliena rapias, & ja- „cet rapina: memineris judicii, tunc neque „scortatio, neque adulterium, neque homici- „dium neque ullum illegitime factum apud te „invalescet. Cum vero oblivisceris Dei, tunc „incipis & prava cogitare & illicita perficere. *Quid sit peccatum & ejus Author.*

Diabolus author peccati.

„Neque tu solus es author facti, sed est & „alius pessimus instinctor, Diabolus, iste om„nibus suggerit, sed non vi superat eos, qui „non adquiescunt: ostium tuum claude, & il„lum procul a te fuga, nec tibi nocebit; si ve„ro indifferenter libidinis cogitationem admi„seris, te in malorum foveam pertrahet. Sed „forte dices: Fidelis sum, non me superabit „pravum desiderium. Ignorasne, quod radix „ad petram diu manens adfixa illam plerum„que perrumpat? ne semen suscipias, quoniam „fidem tuam discindet. Primus author pecca„ti est diabolus, *Joann.* 8. *v.* 44. Peccavit ve„ro non ex natura necessitate quadam peccati „obligatus, sed bonus creatus, diabolus pro„pria voluntate factus est, sumens ab actione „appellationem, Archangelus enim cum es„set, diabolus postea seu calumniator a calum„niando dictus est: & cum esset minister Dei „bonus, Satanæ seu adversarii nomine est vo„catus. *Ezech.* 28. *v.* 12. *seq.* Iste obsequenti„bus sibi prava desideria suggerit, ex hoc ad„ulterium, fornicatio, & quidquid usquam est „mali. Per hunc primus noster parens Adam „expulsus est, ac paradisum sponte sua admi„rabiles fructus ferentem terra spinas ferente „permutavit.

Salus peccatoribus speranda.

3. „Quid igitur, dixerit aliquis, decepti „perivimus, nullane deinceps salus? Verum „qui pretiosum pro nobis sanguinem effudit, „ipse nos a peccato expediet. Ne nos ipsos „desperemus fratres: dira res est, non crede„re in spem pœnitentiæ: qui non exspectat sa-

„lutem,

„lutem, mala absque modo accumulat, qui „vero sanationem sperat, facile sibi ipsi parcit. „Latro etiam, qui gratiam non expectat, us„que ad insolentiam devenit, si vero veniam „speret, ad pœnitentiam sæpe decurrit. Na„tura itaque est capax salutis, verum ad „hoc requiritur arbitrii voluntas. Benignus „est Deus, & non modice benignus. Tu „namque ne dixeris: scortator & adulter fui, „gravia scelera patravi, & quidem frequentis„sime, numquid condonabit? Audi, quid „Psalmicen dicat: *Quam magna multitudo be„nignitatis tuæ Domine! Ps.* 30. *v.* 20. non vin„cunt tua peccata multitudinem miserationum „Dei, non superant vulnera tua summi illius „medici experientiam, trade tantummodo te „illi cum fide, edissere medico morbum tuum, „dic cum Davide: *Dixi, pronuntiabo adversum „me iniquitatem meam Domino,* & fiet tibi, quod „sequitur: *Et tu remisisti iniquitatem cordis mei „Ps.* 31.

Exempla divinæ clementiæ in peccatores.

4. „Vin tu benignitatem Dei & patientiæ „ejus multitudinem perspicere. Audi de Ada„mo. Præceptum Dei violavit: non potuit „tamen statim in illum morte animadvertere. „Ejicit ergo illum e Paradiso, & e regione „Paradisi locat, ut videns unde ceciderit, & „in quæ dejectus sit, deinceps per pœniten„tiam salutem consequatur. Cain fratricida „factus est, inventor malorum, author & dux „cædium, invidusque primus, sed qua pœna „damnatur? *Gemens & tremens eris super ter„ram Gen.* 5. *v.* 12. peccatum grande, levis

„animadversio. Sed hæc parva respectu eo-„rum, quæ sequuntur: Cogita, quæ tempo-„re Noe contigerunt. Peccaverunt Gigantes, „& iniquitas in terra plurima diffusa est, & „inducendum erat diluvium, sed illud benigni-„tas Dei in centum annos data opera protela-„vit, dans pœnitentiæ locum. Veniamus „nunc ad alios, qui per pœnitentiam salvi fa-„cti sunt. Erit forte in mulieribus, quæ di-„cat: scortata sum, adultera fui, anne est sa-„lus? Inspice in Rahab, & salutem tu quo-„que expecta. *Jos.* 2. Etiamsi universus po-„pulus peccaverit, non superat divinam be-„nignitatem. Vitulum populus fabricaverat „*Exod.* 32. nec tamen recessit Deus a clemen-„tia. Nec solus peccavit populus, verum etiam „& Aaron summus Sacerdos: jam vero Moy-„ses pro summo Sacerdote supplicans Deum „flexit, Jesus autem Unigenitus orans pro „nobis Deum non placabit? Dicimus nos „partem aliquam eorum, quæ scripta sunt de „Dei erga homines benignitate, sed nescimus, „quanta & Angelis condonaverit, nam & il-„lis condonat (*peccata scilicet nonnulla levia*, „*uti falso putat S. Cyrillus vid. dissert.* 3. *D.* „*Touttee*) quandoquidem unus est solus abs-„que peccato, qui nos a peccatis purgat „Jesus.

Davidis pœnitentia.

5. „Accede nunc ad beatum David illum-„que accipe præclarum exemplar pœnitentiæ. „Offendit ille magnus 2. *Reg.* 11. sed non per-„iit una in confitendo peccato candor, respon-„dit Nathan Prophetæ: *Peccavi Domino*, &

„quia

„quia ingenue & bona mente confessus est, „ocyssime sanatus fuit. At beatus David tam„etsi audivisset illud: *Dominus transtulit pecca„tum tuum*, non abstinuit tamen a pœnitentia, „rex licet, verum loco purpuræ saccum in„duit, & pro inauratis sedibus in cinere & „humi rex sedebat, & cinere etiam vesceba„tur. *Ps.* 101. *v.* 10. oculum nimis cupidum „lacrymis confecit. *Ps.* 6. *v.* 7. iejunium in „diem septimum produxit. Si Rex ita confi„tebatur, tu qui privatus es, non debes con„fiteri? Post Absalomi rebellionem per oli„varum montem fugere elegit 2. *Reg.* 16. qua„si mente invocans liberatorem, qui isthinc „in cœlos erat ascensurus: & cum Semei acer„bis illum figeret maledictis, finite, inquit, „illum 2. *Reg.* 16. *v.* 10. sciebat enim, quod „ei qui remittit, remittetur.

6. „Vides pulchrum esse confiteri: cernis „esse pœnitentibus salutem: etiam Salomon „ceciderat, sed quid ait: *Postea ego pœniten„tiam egi Prov.* 24. Achab quoque rex Sama„riæ erat nequissimus idolorum cultor, Pro„phetarum interemtor, agrorum & vinearum „alienarum appetitor 3. *Reg.* 20. cum venisset „autem Elias Propheta, ac solummodo mi„nas intentasset, discidit vestimenta sua, & „induit saccum; & quamvis ille post veniam „non erat ab improbitate recessurus, absolute „tamen Deus remittit non inscius futuri, sed „præsenti pœnitentiæ momento tribuens re„missionem. Justi enim judicis est, accomo„datam unicuique facto sententiam pronuntiare. *Salomonis pœnitentia.*

„Rursus Hieroboam stabat sacrificans idolis, „arida facta est manus ejus, sed rogans Prophetam, ut deprecaretur faciem Dei, manus illius in integrum restituta est 3. *Reg.* 13. „fuit & Manasses consceleratissimus, sed captivus in Babylonem abductus experientia malorum ad pœnitentiæ medicinam usus est, „& exaudivit eum Dominus 4. *Reg.* 21.

Pœnitentiæ vis in Ezechia. 7. „Vin' cognoscere, quantum possit pœnitentia, & quantum valeat confessio? Centum octoginta quinque hostium millia Ezechias per confessionem confecit. Idem sententiam divinam jam latam pœnitentia revocavit, & illi annorum quindecim tempus ad „vitam prorogatum sole signi gratia retrogresso. Avertere ergo, & tibi ipsi ingemisce, „fores claude, & ora, ut tibi dimittatur, ut „urentes a te flammas disjiciat Deus. Quodsi „non credis, recogita quid acciderit Ananiæ „& sociis, qui dum pro malorum remedio dicebant: *Justus es Domine in omnibus, quæ fecisti nobis, peccavimus enim, & inique egimus* „*Dan.* 3. *v.* 27. Pœnitentia flammas dissolvit.

Nabuchodonosoris pœnitentia & venia. 8. „Venio jam ad aliud exemplum. Quam „de Nabuchodonosore sententiam habes? nonne audivisti ex Scriptura, quod sanguinarius „erat, ferus homo, & leoninam mentem habens? 4. *Reg.* 25. Quantas ille commeruerat pœnas propter reges interemtos, ob sancta succensa, Cherubim sculpta contrita, quod „populum in servitutem abegisset, quod vasa „sacra in idolorum templis collocavisset, num-

„quid

„quid non mortes mille pati dignus erat? Vi-
„disti scelerum magnitudinem, convertere de-
„inde ad Dei clementiam. Fera effectus est, in
„solitudine degebat, flagellabatur, ut salvus
„fieret; habebat ungues ut leo, raptor enim
„sanctorum fuerat: fœnum ut bos comedebat,
„jumentum enim fuit, ignorans eum, cui
„regnum debebat: rore infectum est corpus
„ejus, cum enim extinctum a rore vidisset
„ignem non credidit. Et quid factum est?
„Quando agnovit Altissimum, & grati animi
„testes ad Deum emisit voces, ad gestorum suo-
„rum pœnitentiam venit, propriamque imbe-
„cillitatem agnovit, tunc illi Deus regni ho-
„norem restituit *Dan.* 4. Benignus nimirum
„est Dominus, & ad condonandum promtus,
„tardus autem ad ulciscendum. Nemo igitur
„suam ipsius salutem desperet. Petrus Apo-
„stolorum Summus & Princeps coram vili an-
„cillula ter Dominum negavit, sed pœnitudi-
„ne tactus flevit amare, qui fletus intimam
„pœnitentiam declarat, atque icirco non solum
„negationis hujus veniam accepit, verum etiam
„apostolicam dignitatem sibi conservatam reti-
„nuit. Habentes igitur fratres multa peccan-
„tium, qui pœnitentiam egere & salutem con-
„secuti sunt, exempla, alacriter & ipsi confi-
„temini Domino, ut & præcedentium pecca-
„torum veniam accipiatis, & cœlesti dono
„digni effecti cœlorum regnum hæreditate con-
„sequamini cum omnibus Sanctis in Christo
„Jesu, cui est gloria in sæcula sæculorum
„Amen.

CATECHESIS TERTIA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata de Baptismo. Lectio ex Epistola ad Romanos: An ignoratis, quod quicunque in Christum Jesum baptizati sumus &c. *Rom.* 6.

Praeparatio ad Baptismum.

1. „Laetamini coeli, & exultet terra, propter „eos, qui aspergendi sunt hyssopo & „mundandi virtute illius, qui tempore passio„nis hyssopi & arundinis opera potatus est. „Ac coelestes quidem virtutes gaudeant, ani„mae vero intelligibili sponso copulandae se „praeparent. Auferte itaque omnia impedi„menta, ut ad vitam aeternam recta perga„tis. Pura per sinceram fidem animae vasa „ad susceptionem sancti Spiritus praeparate. „Incipite vestimenta vestra per poenitentiam ab„luere, ut ad sponsi thalamum vocati mundi „reperiamini.

Baptismi excellentia.

2. „Magna profecto res est Baptismus fra„tres, & singulari cautione ad eam accedite. „Sistetur unusquisque coram Deo multis an„gelicorum exercituum myriadibus praesenti„bus: Spiritus sanctus animas vestras obsigna„turus est, deligendi estis in militiam magno „Regi, itaque parate vos, non candidissimos „induentes vestimentorum ambitus, sed ani„mae sibi bene consciae pietatem. Ne huic la„vacro tamquam simplici aquae attende, sed „ad

d gratiam sancti Spiritus, quae una cum aqua atur, specta, quae Spiritus sancti & Christi, t Patris invocationem percipiens vim sanctiatis acquirit. Cum enim homo sit ex anima & corpore compositus, duplex purgatio atur; corpus quippe aqua mundat, animam bsignat Spiritus, & sine ambobus perfectioiem consequi non potes. Non ego sum, ui haec dico, sed Dominus Jesus Christus, *Joan.* 3. *v.* 3. *nisi quis natus fuerit denuo ex qua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Neque siquis aqua baptizetur, Spiritum ero non accipiat, gratiam perfectam habet; ieque siquis etiam virtutum operibus instrutus signaculum per aquam non recipiat, ile coelorum regnum ingressurus est. Audax ideatur haec oratio, sed non mea, Jesu est nim, qui hanc sententiam tulit; cujus rei x divina Scriptura accipe demonstrationem. Cornelius erat vir justus, ad eum venit Petrus, ac Spiritus infusus est credentibus, & amen post hanc Spiritus gratiam, jussit eos Petrus in nomine Jesu Christi baptizari *Act.* 10. *v.* 3. & 19. *v.* 6. ut cum anima jam per fidem regenerata foret, corpus quoque per aquam susciperet gratiam.

Necessitas.

An in necessitate charitas Baptismum suppleat.

Nota. Ecclesia docet Baptismi desiderium charitate perfectum ad salutem sufficere, cum necessitate prohibemur eum suscipere. Unde contrariam opinionem, quae nequidem cum aliis principiis S. Cyrilli cohaeret, communiter Theologi rejiciunt. *Vid. D. Touttee diss.* 3. & *meum Comp. Th. tom.* 3. *p.* 148.

Cur per aquam Baptismus.

3. „Quodsi quis scire avet, quamobrem „per aquam gratia datur, divinas Scripturas „revolvens inveniet. Ex aquis sunt cœli; ex „aquis etiam terra, & ante creatarum rerum „formationem *Spiritus Dei ferebatur super aquam*, „*Gen.* 1. Principium mundi aqua, principium „Evangeliorum Jordanis. Libertas a Pharao„ne Israeli per mare contigit, & libertas a pec„catis mundo per lavacrum aquæ in verbo „Dei procuratur. Ubicunque fœdus cum ali„quibus intercedit, ibi aqua. Fœdus cum „Noe sancitum est post diluvium. *Gen.* 9. „Fœdus cum Israel ex monte Sinai cum aqua „& lana coccinea & hyssopo *Hebr.* 9. *v.* 19. „Elias assumitur, postquam trajecit Jordanem „4. *Reg.* 2. Prius summus Sacerdos abluitur, „deinde suffitum adolet *Exod.* 29. *v.* 4.

Baptismus N. L. initium.

4. „Veteris Testamenti finis & novi initium „Baptismus, hujus enim primus author Joan„nes, qui Prophetarum quidem finis fuit, „Evangelicarum vero rerum initium extitit, „*Matth.* 11. *v.* 11. de quo Dominus Jesus pro„nuntiavit: *Major inter natos mulierum Joanne* „*non surrexit Matth.* 11. *v.* 11. Vides quantum „hominem hujus gratiæ ducem elegit Deus, „nihil omnino possidentem, solitudinem aman„tem, & asceticæ vitæ in seipso monstrantem „exemplar; quandoquidem enim magna erat „Baptismi gratia, magno etiam illa authore „indigebat. Hic baptizabat in Jordane confi„tentes peccata sua; qui primum ostendebant „vulnera, deinde ille medicamenta appone„bat, & ab igne æterno redemtionem credenti-

S. Joannes vitæ asceticæ exemplar.

Baptismus Joannis.

,bus conferebat, ficut ipse dicit: *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Matth.* 3. *v.* 1.

Nota. Baptismum Joannis peccata remisisse S. Cyrillus cum multis aliis Patribus sentit, sed verior & pene sola in scholis Theologicis usitata sententia vim hanc Baptismo Joannis adimit, nullo tamen Ecclesiæ decreto prior illa damnata est. *Vid. Comp. Theol. tom.* 3. §. 959.

, 5. „Habes etiam glorlationem Baptismi ipsum Filium Dei Unigenitum. Magnus Joannes, sed quid is ad Dominum? Vox quidem est altisona, sed quid ad Verbum? præclarissimus est præco, sed quid ad regem? bonus ille, qui in aqua baptizat, sed quid ad illum, qui baptizat in Spiritu sancto & igne? Spiritu sancto & igne baptizavit Apostolos Salvator *Act* 2. *v.* 2. *Baptismum Christus suo exemplo commendat.*

6. „Siquis Baptismum non recipiat, salu- ,tem non habet, solis martyribus exceptis, ,qui etiam sine aqua regnum recipiunt. Quid ,enim orbem per crucem redemit Salvator, ,latus transfixus sanguinem & aquam emisit, ,ut alii quidem pacis tempore per aquam, alii ,vero persecutionum temporibus propriis san- ,guinibus baptizarentur, nam & Martyrium ,Baptismi nomine significare suevit Servator ,ajens: *Potestis bibere calicem, quem ego bibo, ,& Baptismo quo ego baptizor, baptizari? ,Marc.* 10. *v.* 38. *Baptismus sanguinis.*

7. „Sanctificavit Baptismum Jesus, quan- ,do ipse baptizatus est, non ut peccatorum *Baptismi effectus.*

„remis-

„remiſſionem perciperet, peccati enim expers „erat, ſed ut divinam gratiam & dignitatem „Baptizatis impertiret. Deſcendis quidem in „aquam ferens peccata, ſed qui mortuus in „peccatis deſcendiſti, adſcendis vivificatus in „juſtitia, ſi enim complantatus fueris ſimilitu„dini mortis Salvatoris, ſimul & reſurrectio„ne dignus habeberis. Deinde quando ea gra„tia te dignatus fuerit Deus, tunc tibi adver„ſus contrarias poteſtates decertandi poteſta„tem conferet, ſicut etiam Chriſtus poſt Bap„tismum per quadraginta tentabatur dies, „non quod antea vincere non poſſet, ſed quod „ordine ſuo cuncta volebat efficere: unde & „tu qui ante Baptismum cum adverſariis con„gredi verebaris, accepta gratia decerta, & „ſi vis, etiam Evangelium prædica. Nam Je„ſus Chriſtus Dei Filius erat, attamen ante „Baptisma ſuſceptum Evangelium non prædi„cabat, ſed ab eo tempore cum deſcendit ſu„per illum Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſi„cut columba, non ut Jeſus illum videret pri„mus, noverat enim illum, ſed ut Joannes „Baptiſta illum conſpiceret. Unde & tu ſi „ſinceram habueris pietatem, in te quoque „deſcendet Spiritus ſanctus, & paterna vox „tibi deſuper audietur, non: *Hic eſt Filius* „*meus:* ſed: hic nunc factus eſt Filius meus. „De illo enim ſolo dictum eſt, *Eſt*, quando„quidem *in principio erat Verbum &c.* & illi ſoli „convenit vox *Eſt*, cum ſit ſemper Filius Dei: „tibi vero competit, nunc factus eſt, quoniam „ut filius ſis non per naturam habes, ſed per „adoptionem filii appellationem conſequeris.

8. „Præ-

8. „Præpara itaque vas animæ tuæ, ut filius efficiaris Dei, & hæres quidem Dei, cohæres autem Christi, siquidem te ita præparaveris, ut consequare: si ex fide accesseris, si ex voluntario delectu veterem hominem deposueris; omnia enim quæcunque perpetraveris, condonabuntur. Quod majus nefas, quam Christum crucifixisse? Atqui hujus etiam expiatio Baptismus est. Accedentibus enim illis ter mille, qui Christum cruci affixerunt, loquebatur Petrus, & sciscitantibus: *Quid faciemus?* respondit Petrus: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi Domini nostri in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti Act. 2. v. 37.* Faxit Deus, ut vos omnes cursum jejunii perficientes eorum, quæ dicuntur, probe memores, in bonis operibus fructificantes, irreprehensibili corde intelligibili sponso adstantes remissionem peccatorum consequamini a Deo, cui gloria cum Filio, & Spiritu sancto in sæcula. Amen. *Baptismus omnia peccata remittit.*



CATE-

CATECHESIS QUARTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis extemporalis habita de decem dogmatibus: & lectio ex Epistola ad Colossenses c. 2. v. 8. Videte, nequis deprædetur per Philosophiam.

Malæ doctrinæ cavendæ. 1. Postquam S. Cyrillus auditores suos in superioribus Catechesibus ad pœnitentiam & peccatorum confessionem Baptismo præmittendam præparavit, summam quamdam doctrinæ christianæ hic præmittit, ut generali hac notione auditores instructi fusiorem singulorum capitum explanationem facilius caperent. Inprimis autem auditores suos contra pravas doctrinas præmuniens, ait: „Multi „obambulant lupi vestimentis ovium contecti „exitiale impietatis virus ex dentibus affun„dentes. Opus igitur nobis est divina gratia, „vigili cogitatione & acute videntibus oculis, „ne lupi præda fiamus: nam ratio divini cul„tus ex his duobus constat, piis dogmatibus „& actionibus bonis, neque doctrina sine ope„ribus bonis accepta Deo, neque opera reci„pit Deus a religiosis dogmatibus sejuncta. „Pretiosa igitur possessio dogmatum notitia est, „cui rei vigilanti mente opus est, quandoqui„dem multi sunt, qui per Philosophiam & va„nam fallaciam prædas agunt. Ac gentiles „quidem per suaviloquentiam in diversa tra„hunt. Qui vero ex circumcisione sunt per di„vinas Scripturas, quas prave falsis interpre„tamen-

„tamentis torquent, accedentes decipiunt. „Hæretici vero per blandiloquentiam ſimpli„cium corda decipiunt, Chriſti nomine quaſi „melle venenata impiorum decretorum jacula „contegentes. Propter hoc & fidei doctrina „traditur, & in eam expoſitiones fiunt. Sed „antequam ea, quæ ad fidem pertinent, tradam, „præclare acturus videor, ſi brevi compendio „ſumma neceſſariorum dogmatum nunc capi„ta percenſeam, ne dicendarum rerum multi„tudo eorum animis, qui inter vos ſimplicio„res ſunt, oblivionem inducat.

2. „Primum igitur dogma de Deo ſtabili„tur. Quod videlicet Deus unus eſt, ſolus, in„genitus, ſine principio, omnis mutationis ex„pers, non altero generatus, qui neque in tem„pore ſumſerit vitæ initium, neque finem ſit „unquam habiturus, quodque idem ipſe bonus „& juſtus eſt, qui & animarum & corporum „opifex eſt, conditor cœli & terræ, angelo„rum & Archangelorum factor: Domini no„ſtri Jeſu Chriſti Pater, non aliquo circum„ſcriptus eſt loco, in omnibus eſt, & extra „omnia. Futurorum præſcius eſt, & omni„bus potentior, omnia ſciens & prout vult „faciens, nulli rei ſubjectus: in omnibus per„fectus, & omnem virtutis ſpeciem ex æquo „poſſidens, qui præparavit ſupplicium pecca„toribus, & juſtis coronam. Hoc idcirco pri„mum tibi pietatis dogma per fidem in animo „pro fundamento conſtitue. *Dogma I. de Deo.*

3. „Cre-

Dogma II. de Christo. 3. „Crede autem etiam in Filium Dei u
„& solum Dominum nostrum Jesum Chris
„Deum de Deo genitum, vitam ex vita,
„cem de luce genitum, similem per omnia
„nitori. (*id est consubstantialem*) Qui no
„temporibus ut esset accepit, sed ante o
„sæcula sempiterne, & modo quodam n
„cogitationibus pervio ex Patre genitus
„Qui Dei sapientia, & potestas, & ju
„subsistens est, qui in dextera Patris ante
„nia sæcula sedet, una cum Patre regn
„& omnium per Patrem conditor. Nihil
„ro ei ad divinitatis dignitatem deest, e
„que a quo genitus est agnoscit, sicut i
„genitore cognoscitur. *Matth.* 11. *v.* 27.
„neque Filium abalienes a Patre, neque
„coalitione Filio paternitatem, seu conf
„nem utriusque credas, verum crede,
„unius Dei unigenitus est Filius, qui est
„omnia sæcula, Deus Verbum; Verbum
„non prolatitium, atque in aera dissipatum
„que sermonibus solida ac propria subsiste
„destitutis simile, sed Verbum Filius, e
„qui verbo & ratione utuntur, factor, Ver
„quod Patrem audit, & ipsum loquitur.

Dogma III. de Christi generatione. 4. „Crede vero, quod hic unigenitus
„lius Dei propter peccata nostra de cœli
„terram descendit assumpta humanitate
„iisdem quibus subjicimur affectibus obn
„natusque est ex sancta Virgine & S. Sp
„facta non secundum fictam speciem, se
„cundum veritatem, inhumanatione: n
„per Virginem uti per canalem trajectus,

„ex ea vere incarnatus, manducans uti nos „vere. Duplex enim erat Chriſtus (*ob dupli„cis in eo naturæ diſtinctionem*) homo quidem, „quantum ad id, quod videbatur; Deus vero „quantum ad illud, quod latebat, ut homo „manducans vere ſicut & nos, ſed ut Deus „quinque millia hominum ex quinque pani„bus nutriens.

5. „Hic crucifixus eſt pro peccatis noſtris „vere: quod ſi negare volueris, revincet te „locus ipſe conſpicuus felix iſte Golgothas, in „quo nunc congregati ſumus, ac crucis ligno „univerſus jam orbis in partes ſecto repletus „eſt. Et deſpectui quidem tunc ab homini„bus habitus eſt, & colaphis cæſus ut homo, „verum a creatura pro Deo agnitus eſt, ſol enim „defecit tremebundus. *Matth.* 26. *Dogma IV. de Cruce.*

6. „In monumento ſaxeo vere poſitus eſt „ſicut homo, ſed petræ propter ipſum præ for„midine ſciſſæ ſunt. *Matth.* 27. deſcendit ad „ſubterranea, ut illinc juſtos redimeret: vel„leſne enim, quæſo te, vivos quidem gratia „frui, idque cum plurimi ex his ſancti non „ſint, eos vero qui ab Adamo usque longin„quo tempore concluſi fuerant, libertatem „tandem non conſequi? *De ſepultura.*

7. „Verum qui deſcenderat ad ſubterranea, „rurſus aſcendit, & Jeſus, qui ſepultus fuerat, „tertio die reſurrexit vere. Et ſi te vexave„rint Judæi, ſtatim illis occurre ſciſcitans: Jo„nas poſt triduum de ceto exivit, & Chriſtus *Dogma V. de reſurrectione & aſcenſione Chriſti.*

„post triduum de terra excitatus non est? „Mortuus ossium Elisæi contactu revixit. 4. *Reg.* „13. *v.* 21. & hominum factor non multo fa„cilius virtute Patris suscitabitur? Vere igitur „resurrexit, & redivivus iterum discipulis vi„sus est, qui non verbis ad gratiam composi„tis, sed ad supplicia & mortem usque pro „vera resurrectione dimicavere. Cum vero Je„sus patientiæ cursum absolvisset, & homi„nes a peccatis redemisset, iterum in cœlos „susceptus nube conscendit. *Act.* 1. *v.* 9. Et „modo Christus crucifixus a toto orbe adora„tur. Crucifixum annuntiamus, & tremunt „dæmones: ne ergo Christi crucem erubesca„mus, sed etiamsi alter abscondat, tu palam „in fronte obsigna, ut dœmones regium signum „intuentes procul fugiant tremebundi. Fac „ergo hoc signum dum manducas & bibis, „sedes, recubas, exurgis, loqueris, ambu„las, verbo dicam in omni negotio, qui enim „istic crucifixus est, sursum est in cœlis.

Crucis signum in fronte formandum.

Dogma VI. de futuro judicio.

8. „Hic Jesus de cœlis iterum veniet, non „de terra, quia multi hoc tempore ven„turi sunt Antichristi, tu autem mihi verum „Christum, Filium Dei unigenitum de cœlis „venturum expecta, universis conspiciendum, „angelorum satellitio stipatum, ut vivos & „mortuos judicet, ac regnum obtineat cœle„ste & sempiternum, multi enim male dicunt, „Christi regno finem esse.

Dogma VII. de

9. „Crede & in Spiritum sanctum, de„que eo idem sentito, quod de Patre & Filio

„acce-

„accepisti. Tu ergo disce, unum esse hunc *Spiritu*
„S. Spiritum, indivisum, multipotentem, qui *sancto.*
„cum multa efficiat, ipse tamen non disperti-
„tur, qui mysteria novit, & omnia scrutatur
„etiam profunda Dei. Qui super Dominum
„Jesum Christum in columbæ specie descen-
„dit, qui in lege & Prophetis operatus est,
„qui nunc quoque baptismi tempore animam
„tuam obsignat, cujus etiam sanctitate opus
„habet omnis intelligibilis natura. In quem
„siquis blasphemam vocem emittere ausus
„fuerit, nec in hoc sæculo, nec in futuro re-
„missionem habiturus est, qui cum Patre &
„Filio Divinitatis gloria condecoratur. Unus
„est enim Deus, Christi Pater, & unus
„Dominus Jesus Christus, unius Dei unicus
„Filius, & unus Spiritus sanctus, qui omnia
„sanctificat & deificat, qui in lege & Prophe-
„tis in veteri & novo Testamento est locutus.
„Quæ omnia adhibita ex Scripturis demon-
„stratione pro viribus a nobis plenius edisse-
„rentur: oportet enim circa divina & sancta
„fidei mysteria ne minimum quidem absque *Traditio-*
„divinis Scripturis tradi, nec temere pro- *nis aucto-*
„babilitatibus argmentisque in verborum arti- *ritas.*
„ficio consistentibus abduci. Ne mihi quidem
„ista proferenti ultro credas, nisi de divinis
„Scripturis eorum, quæ tibi annuntio, demon-
„strationem acceperis: hæc enim fides, cui
„nostram salutem debemus non ex commenti-
„tia disputatione, sed ex divinarum Scriptura-
„rum demonstratione vim habet.

Nota. S. Cyrillus traditionem hic non rejicit, ad quam multoties recurrit, sed solum vult ea, quæ jam dixit, & quæ in symbolo continentur, clare ex S. Scriptura demonstrari, quin alia probatione opus sit. *Vid. Dissert.* 3. *D. Touttee.*

Dogma VIII. de anima.

10. „Post hujus sanctæ fidei notitiam te„ipsum nosce, quisnam sis. Nimirum duplex „tu homo institutus es ex anima & corpore „compositus. Idem tibi Deus animæ & cor„poris author est. Id quoque scito, quod ani„mam habes liberæ potestatis, opus Dei præ„stantissimum, juxta imaginem conditoris fa„ctam, immortalem propter Deum immorta„litatem ipsi conferentem, animal (*seu vivens*) „ratione præditum, corruptionis expers prop„ter eum, qui ista largitus est, potestatem „habens, faciendi, quæ velit. Hoc quoque „addisce, quod priusquam anima in hunc „mundum veniret, nihil peccavit, sed cum „absque peccato venerimus, nunc ex libera „voluntate peccamus. Immortalis est anima, „similesque sunt animæ omnes seu virorum, „seu mulierum, sola enim corporis membra „distinguuntur. Non est ordo animarum na„tura peccantium, & ordo animarum natu„ra juste agentium: sed utrumque ex volun„tate & suo cujusque arbitrio fit, diabolus„que suggerere quidem potest, ut autem præ„ter voluntatem cogat, potestatem non habet, „subjicit tibi fornicationis cogitationem, si vo„les, admittis, si nolis, non admittis.

11. „Nunc

11. „Nunc & audi de corpore tuo.' Ne emquam feras eorum, qui alienum a Deo :pus esse dicunt, eoque ad scortationem abıntur, quid enim illi ad decentiam & concinatem deest? nec mihi dixeris, corpus pecıdi causam esse, mortuus enim non pec:, sed anima per corpus. Animæ velut umentum corpus est, & siquidem ab ea fornicationem applicetur, immundum fit, 'ero animæ sanctæ conjungatur, fit temm Spiritus sancti. Parce ergo corpori tuo ıquam templo S. Spiritus, ne tuam carn stupris polluas, si autem inquinasti, ıc ablue per pœnitentiam. At eum qui castitate est sermonem præcipue auscultet ınachorum & Virginum ordo, qui vitam nundo parem angelis instituunt. Magna vorepoſita est corona, ne exigua voluptate gnam dignitatem commutetis. Neque vesi perfectum castitatis officium adimples, :rri te decet adversus illos, qui inferioris e statum matrimonio copulati sectantur. tu enim ex hominibus conjugatis natus & spei bonæ pleni sunt, qui in conjugio itime nuptiis utuntur, qui exactum ad leconnubium, non procax & libidinosum ituunt, qui relaxationis tempora norunt, vacent orationi, qui liberorum procreanum non fruendæ voluptatis causa ad nup; accesserunt. Nec unico matrimonio conti, eos qui ad secundas nuptias se ultro :cere, nam ignoscendum est, si ad secunnuptias accedatur, ne scortationi succumt infirmi. 1. Cor. 7. v. 8.

Dogma IX. de corpore.

Castitatis laus.

Matrimonium non contemnendum.

Nuptiæ secundæ licitæ.

 12. „Ac

De cibis. 12. „Ac de cibis ista vobis præscribantur „decreta. Jejunamus vino & carnibus absti„nentes, non ea quasi piacula abhorrentes, „sed expectatione mercedis, ut dum sensibilia „ultro contemnimus, spiritali mensa perfrua„mur. Ne igitur aspernare eos, qui ob cor„porum imbecillitatem cibum sumunt, & mo„dico vino utuntur propter stomachum & fre„quentes infirmitates 1. *Tim.* 5. *v.* 23. Nec „tamen velut alienas oderis carnes, cujusmo„di nonnullos corripit Apostolus 1. *Tim.* 4. „*v.* 3. Animæ tuæ cave, ne quid umquam „edas eorum, quæ idolis oblata fuere. Tu „autem „ qui Christi servus es, cum mandu„cas hoc observa, ut cum pietate ac religione *De vestitu.* „manduces. Vestitus vero tibi simplex esto „non ad ornatum, sed ad necessarium tegu„mentum, non ut molliter delicieris, sed ut „hyeme calescas, & verecundiam corporis „tegas.

Dogma X. de resurrectione. 13. „Moderate quæso utere corpore isto, „& intellige, te cum hoc corpore judicandum „a mortuis excitatum iri. Si vero tibi quæ„dam diffidentiæ cogitatio occurrat, quasi fie„ri res non possit, ex tuis ipsis rebus æstima. „Tu enim ipse ante annos centum ubinam „eras, ex quali exigua ac vilissima substan„tia ad hanc magnitudinem quomodo perveni„sti? Anne qui quod non erat ut esset fecit, „id quod jam est, ac cecidit, suscitare non po„terit? Ne attende ad eos, qui dicunt hoc cor„pus non resurgere: resurget enim, cui rei te„stis habetur Hesaias *c.* 26. *v.* 19. Cæterum „resur-

„resurgere omnium commune est hominum, „sed non omnino similis continget resurrectio: „nam omnes quidem æterna accipiemus cor„pora, non autem omnes similia: Justi siqui„dem accipient, ut æternum-manentes ange„lorum choro socientur, peccatores vero, ut „in sæcula peccatorum luant supplicium. „Quamobrem sua prius in homines pietate Do„minus lavacri pœnitentiam concessit, ut omne „peccatorum pondus abjicientes, & per Spiri„ritum sanctum sigillum consecuti æternæ vi„tæ hæredes efficiamur.

14. „Porro unus est utriusque Testamenti „Deus, qui Christum in novo conspicuum fa„ctum prænuntiavit in veteri, qui per legem „& Prophetas nos ad Christum pædagogi mo„re perduxit *Gal.* 3. *v.* 23. Studiose quoque „& ab Ecclesia disce, quinam sint veteris Te„stamenti libri, qui vero non. Divinas lege „Scripturas, hos veteris Testamenti libros vi„ginti duos, quos septuaginta duo interpretes „transtulerunt. Ptolomæus enim Philadelphus „dum libros undecunque colligeret, a Deme„trio Phalereo Bibliothecæ procuratore de di„vinis legis & Prophetarum Scripturis audi„vit, missis ad Eleazarum summum Pontifi„cem donis senos de singulis Israelis tribubus, „qui libros interpretarentur, ad se delegari „fecit, & eorum unicuique in loco, qui dici„tur Pharus secus Alexandriam sito propriam „ædem attribuit, singulisque universas Scrip„turas interpretari mandavit. Cum vero illi „intra dies septuaginta duos negotium absol-

Dogma XI. de divinis Scripturis.

Versio interpretum.

„viſſent, rex omnium ſimul translationes, quas „ſeparatis domiciliis ad ſeſe mutuo non acce„dentes elaboraverant, in unum conferens non „in ſententiis ſolum, ſed & ipſis in verbis „plane conſentientes reperit, non enim huma„norum ſophismatum erat id opus, ſed Spi„ritus S. inflatu divinarum Scripturarum a „S. Spiritu dictatarum confecta interpretatio.

logus rum crip- 15. „Harum lege libros duos & viginti „veteris Teſtamenti, quos nominatim memo„riæ infigere ſtude. Legis enim ſunt quinque „primi libri Moyſis, Geneſis, Exodus, Levi„ticus, Numeri, Deuteronomium. Inde Je„ſus filius Nave, & Judicum liber, qui una „cum Ruth ſeptimus numeratur. Cæterorum „vero hiſtoricorum librorum, Regnorum pri„mus & ſecundus unus eſt apud Hebræos li„ber. Unus item tertius cum quarto: ſi„militerque apud eos Paralipomenon primus „& ſecundus unus eſt liber: Esdræque pri„mus & ſecundus pro uno cenſetur. Eſther „duodecimus eſt liber, & hi quidem hiſtorici. „Verſibus ſcripti ſunt quinque: Job, Pſalmo„rum liber, Proverbia, Eccleſiaſtes, & Can„ticum Canticorum, qui liber eſt decimus ſep„timus. Sequuntur Prophetici quinque: duo„decim Prophetarum liber unus: Heſaiæ unus: „Hieremiæ cum Barucho, Lamentationibus „& Epiſtola, unus, deinde Ezechiel, & Da„nielis liber veteris Teſtamenti ſecundus ſu„pra vigeſimum. Novi autem Teſtamenti ſunt „quatuor duntaxat Evangelia, nam cœtera „falſo inſcripta ſunt & noxia. Suſcipe & duo-

„decim

„decim Apostolorum Acta, & insuper septem „Catholicas Epistolas Jacobi & Petri, Joan„nis & Judæ, deinde quod postremum est „discipulorum opus, Pauli quatuordecim epi„stolas. Reliqua vero omnia extra in secundo „seu nullo ordine habeantur, & quæcunque „in Ecclesiis non leguntur, illa neque priva„tim legas. Præsertim vero oderis omnia „transgressorum hæreticorum conventicula, „& tuam animam muni jejuniis, precibus, „eleemosynis & divinorum oraculorum lectio„nibus, ut in temperantia & piorum dogma„tum observatione, quod tibi reliquum est in „carne tempus, vivens, unica, quæ per la„vacrum datur, salute perfruaris, sicque cœ„lestibus quoque coronis digneris in Christo „Jesu Domino nostro, cui est gloria in sæcu„la sæculorum. Amen.

CATECHESIS QUINTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis extemporalis dicta de fide & symbolo: & lectio ex epistola ad Hebræos c. 11. Est autem fides speratarum substantia rerum &c.

1. Præparatis in priori catechesi ad fidei nostræ dogmata auditorum animis, ad singula ejus capita in symbolo contenta S. Cyrillus progreditur, & in hac Catechesi fidei vim, dignitatem & necessitatem ostendit primo: „Quia cum Deus fidelis appelletur *Fidei dignitas.*

„1. *Cor. v.* 9. tu quoque eamdem accipis ap„pellationem, magna auctus dignitate. Repu„ta igitur, ad quantam proveheris dignitatem, „divinæ appellationis particeps futurus. Mag„num quiddam est vir fidelis, & quovis „divite ditior existit, fidelis enim viri sunt „totius mundi divitiæ, in eo quod ipsas despi„cit, & conculcat: nam qui exterius divites „sunt, etsi multa possideant, quantum ad ani„mam inopia cruciantur, quanto enim plura „congregant, tanto majori eorum, quæ de„sunt, desiderio conficiuntur. At fidelis ho„mo in paupertate dives est, sciens enim, „quod indumenta tantum & alimenta habere „necesse sit, his contentus divitias conculcat.

Fides ad omnia negotia necessaria.

2. „*Secundo* fides est necessaria, nam etiam „universa, quæ in mundo geruntur, & ab il„lis quoque, qui alieni sunt ab Ecclesia, per „fidem transiguntur. Per fidem extraneæ per„sonæ nuptialibus legibus conjunguntur: fide „consistit agricultura, non enim suscipit labo„res, qui proventus recepturum se non credit: „per fidem pleraque hominum consistunt nego„tia, & qui etiam Scripturas non recipiunt, „proprias vero quasdam asserunt doctrinas, & „eas per fidem recipiunt.

Ad serviendum Deo.

3. „*Tertio* sine fide impossibile est placere „Deo. *Hebr.* 11. *v.* 6. Quando enim apud se „statuet homo Deo servire, ni illum credat „remuneratorem fore? Quando virginitatis „propositum arripiet puella, nisi esse credat „castitatis coronam? Fides oculus est con„scien-

„scientiam omnem illuminans. *Is.* 7. *v.* 9. „Obstruit fides ora leonum. *Dan.* 6. *v.* 23. „Estne quidquam diabolo terribilius? atqui „nullum aliud adversus illum habemus armo„rum genus præter fidem, scutum incorpo„reum adversus hostem invisibilem. *Eph.* 6. „*v.* 16. Nam fides nobis judicium depingens „telum ejus igneum extinguit.

Ad diabolum vincendum

4. „*Quarto.* Per fidem justificatio nostra „perficitur. nam ex antiquæ legis figuris unus „vobis sat erit Abraham, qui non ex operi„bus solum justificatus est, verum etiam ex „fide *Jac.* 2. *v.* 21. & numquam amicus Dei „appellatus est, nisi postquam credidit, & om„ne opus ejus fide perfectum est *Gen.* 15. *v.* 6. „Propterea cum fidelis esset, circumcisionem „accepit, signaculum fidei, quam habuit in „præputio promissione accepta, se futurum „multarum gentium patrem *Gen.* 17. *v.* 5. cu„jus exemplum fidei nos omnes Abrahæ filios „facit: nam incredibile est apud homines, „quemquam a mortuis resurgere, quemad„dum similiter incredibile, ex emortuis seni„bus progeniem nasci. Atqui dum annuntia„tur Christus mortuus resurrexisse, nos id „credimus, igitur per similitudinem fidei in ad„optionem devenimus Abrahæ, tuncque post fi„dem similiter ut ille spiritale signaculum acci„pimus, Spiritu sancto per lavacrum circumcisi „non corporis præputium sed cordis.

Ad justificationem

5. „*Quinto.* Hanc fidem si custodierimus, „damnationis expertes, & omnigenis virtu-

Vis fi[dei] etiam [in] aliis.

„tum ſpeciebus ornati erimus. Tantum eni
„valet fides, ut & homines ſuper mare ambu-
„lantes ſublevet, uti patet in S. Petro *Matth.*
„14. *v.* 29. Item tantum virium habet fides,
„ut non ſolum ille qui credit, ſalvus efficiatur
„verum etiam per aliorum fidem etiam alii ſal-
„ventur, ſicut dicit Evangelium: *Videns Je-*
„*ſus*, non fidem paralytici, *ſed illorum*, *dici*
„*paralytico; Surge Matth.* 9. *v.* 3. qui portave-
„re, credebant, & ad eum, qui paralyticu
„erat, ſanatio pervenit. Similiter obiit Laza-
„rus, ac tantum potuit ſororum ſuarum fides
„ut mortuum ex inferni faucibus revocaverit
„Jam vero alteri pro alteris credentes a mor-
„tuis ſuſcitare potuerunt, tu vero ſi pro teipſ
„credideris, non multo potius utilitatem con-
„ſequere. Verum etiam ſi nullius vel modi-
„cæ fueris fidei, benignus eſt Dominus, ſe-
„ſeque ad te pœnitentem propitius demittit:
„dic tantum & tu animo: *Credo Domine, ad-*
„*juva incredulitatem meam Marc.* 9. *v.* 23. vel
„*Domine adauge nobis fidem Luc.* 17. *v.* 5. nam
„a te ipſo aliquid habes (*ſcilicet aſſenſum cum*
„*gratia*) ab ipſo vero aliquid, quo multum
„continetur, accipis.

Fides duplex dogmatum & donorum.

6. „Porro bifariam fides dividitur: eſt enim „unum genus fidei, quod ad dogmata perti- „net, quod adſenſionem & approbationem „animæ de re quadam includit, & ad animæ „utilitatem pertinet, ſicut ait Dominus: *Qui* „*audit verba mea, & credit ei qui miſit me,* „*habet vitam æternam, & in judicium non venit.* „*Joan.* 5. *v.* 24. Si ergo credideris, quod „Domi-

„Dominus est Jesus Christus, & quod Deus „suscitavit illum a mortuis, salvus eris, & „transfereris in paradisum ab eo, qui latronem „illo introduxit. Alterum vero genus est fi„dei, quod gratiæ cujusdam loco a Christo do„natur: alii enim per Spiritum datur sermo „sapientiæ, alteri curationum dona &c. „1. *Cor.* 12. Hæc autem fides non solum „dogmatica est, verum etiam rerum huma„nas vires excedentium efficiens; qui enim „habuerit fidem hanc, *dicet monti huic: transi* „*hinc illuc, & transibit Matth.* 17. *v.* 20. Ha„beas igitur hanc fidem, quæ a te pendet, „& in Deum fertur, ut etiam ab illo acci„pias eam, quæ supra humanas vires operatur.

7. „Fidem vero in addiscendo & profi„tendo illam solam amplectere, quæ nunc „tibi ab Ecclesia traditur; cumque non omnes „possint Scripturas legere, ne anima per igno„rantiam intereat, paucis versiculis universum „fidei dogma comprehendimus; quod quidem „omni studio recitate non chartis mandantes, „sed in corde insculpentes memoriæ, & ca„vete, necubi catechumenorum quispiam, „quæ vobis tradita sunt exaudiat. Hanc ve„ro fidem tamquam viaticum in omni tem„pore vitæ habere jubeo, & præter eam nul„lam aliam suscipere, nam fides hæc pau„cis in verbis omnem tam veteri, quam „novo in Testamento contentam pietatis „cognitionem involvit.

Sola fides Ecclesiæ tenenda.

8. „Sym-

Symbolum Hierosolymitanum. 8. Symbolum autem Hierosolymitanum ex variis Cyrillianarum Catecheseon locis a D. Touttee collectum, & illuminandis oretenus, non vero in scriptis traditum pro more antiquæ Ecclesiæ, ne in manus infidelium deveniret, hoc est: „I. Credimus in unum Deum, Pa„trem omnipotentem, factorem cœli & terræ, „visibilium omnium & invisibilium II. Et „in unum Dominum Jesum Christum, Filium „Dei unigenitum; qui ex Patre genitus est „Deus verus ante omnia sæcula, per quem „omnia facta sunt. III. Qui in carne adve„nit, & inhumatus est ex Virgine & Spiri„tu sancto. IV. Crucifixus & sepultus. V. Re„surrexit tertia die. VI. Et ascendit in cœ„los, & consedit a dextris Patris. VII. Et „venturus est in gloria, judicare vivos & „mortuos: cujus regni non erit finis. VIII. Et „in unum sanctum Spiritum Paracletum vide„licet, qui locutus est in Prophetis. IX. Et „in unum Baptisma pœnitentiæ in remissio„nem peccatorum. X. Et in unam sanctam „Catholicam Ecclesiam. XI. Et in carnis „resurrectionem. XII. Et in vitam æternam.



CATE-

CATECHESIS SEXTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore dicta de Monarchia Dei, seu de unius Dei principatu, in illam sententiam: Credo in unum Deum: *Et de Hæresibus. Lectio ex Hesaia c.* 45. *v.* 17. Innovamini ad me insulæ &c.

1. In hac Catechesi S. Cyrillus primas Symboli voces, *Credo in unum Deum* explanat, ac primum celebrat communem Patri, Filio & Spritui sancto gloriam. „Non „enim aliam gloriam Pater, atque aliam Filius habet, sed unam & eamdem cum sancto Spiritu. De Deo autem dicimus, non „quæ oportet, hæc enim illi uni nota, sed „quantum humana capit natura: non enim „quid sit Deus edicimus, sed quod accurata „nobis ejus notitia desit, candide confitemur. „Magnus erat Abraham, at quando appropin„quavit ad Deum, tunc ait: *Ego sum terra & „cinis.* Sane siquis ea, quæ ad Deum atti„nent, effari conatur, is primum terræ limi„tes exponat, stellas numeret, & imbrium „guttas, & tunc Dominum curiosius inquirat. „*Profundiora te ne quæsieris Eccli.* 3. *Mysterium S. S. Trinitatis satis explicari & laudari nequit.*

2. „At dicet quispiam: Si incomprehen„sibilis est Divina substantia, quid est, quod „tu de his pronuntias? An vero si totum flu„vium ebibere nequeo, ne id quidem, quod „mihi *De Deo tamen non silendum.*

„mihi congruens eſt, cum modo ſumam? Lau-
„do & glorifico illum, qui nos fecit, divina
„enim vox eſt, quæ ita jubet: *Omnis ſpiritus
„laudet Dominum Pſ.* 150. *v.* 6. laude nunc ce-
„lebrare Dominum non verbis exponere aggre-
„dior, certus nihilominus me ab eo pro rei
„dignitate glorificando longe abfuturum, pie-
„tatis vero eſſe cenſens, id quocunque tandem
„modo conari: namque imbecillitatem meam
„conſolatur Dominus Jeſus cum dicit: *Deum ne-
„mo vidit umquam Joan.* 1. *v.* 18.

Angeli Deum non comprehendunt.

3. „Quid igitur, inquiet aliquis, nonne „ſcriptum eſt: *Angeli parvulorum vident ſem„per faciem Patris mei Matth.* 18. *v.* 10. Ve„rum angeli vident non ſicut eſt Deus, ſed „quantum capere poſſunt, & Throni & Domi„nationes excellentius, quam illi primi, ip„ſa tamen rei dignitate multo inferius: unus „enim videre poteſt, ſicut oportet, una cum „Filio Spiritus ſanctus. Neminem ergo homi„nem pudeat, de ſua ignorantia confiteri.

Attributa Dei.

4. „Sufficit nobis ad pietatem illud ſolum „ut ſciamus, nos Deum habere, Deum unum, „Deum exſiſtentem, ab æternitate exiſten„tem, ſui ſemper ſimilem, cujus Pater alius „non eſt, quo nemo fortior, quem nullus „ſucceſſor regno depellit, qui multis nomini„bus inſignitur, omnia poteſt, & uniformis „eſt ſubſtantiæ, non enim quia vocatur bo„nus & juſtus, & omnipotens & Sabaoth, „icirco varius eſt & diverſus, ſed unus & „idem cum ſit, innumeras divinitatis opera-

„tio-

„tiones emittit: non aliqua ex parte plus ha-
„bens, alia minus, sed in omnibus similis si-
„bi ipsi. Præscius est eorum, quæ sunt,
„& sanctus, & in omnia imperium exer-
„cens, & omnibus melior, & omnibus ma-
„jor: & omnibus sapientior, cujus neque
„principium neque formam, neque speciem
„edicere poterimus umquam, & si simili-
„tudinem ipsius ullis imaginibus mens ef-
„formare nequit, ad substantiam ne aliquan-
„do propius accedet?

5. „Multi multa imaginati sunt, & omnes *Varii de Deo errores.*
„aberrarunt. Deum ignem esse nonnulli sen-
„serunt: alii alatum velut hominem. Alios non
„veritum est ei septem oculos adfingere, eo-
„quod scriptum sit: *Septem oculi Domini respi-
„cientes super omnem terram Zach.* 4. *v.* 10. Si
„enim septem oculi soli illi circumpositi sunt,
„ex parte & non ex se toto videt, quod de
„Deo dicere blasphemum est. Deum enim in
„omnibus perfectum esse credendum est *Matth.* *Deus in omnibus perfectus & præsens.*
„5. *v.* 48. perfectus in videndo, perfectus in
„potestate & reliquis, non determinatus in
„loco, sed locorum opifex, in omnibus existens
„locis & a nullo circumscriptus, unus, & ubi-
„que præsens, omnia videns, omnia intelli-
„gens, omnia per Christum fabricans *Joan.* 1.
„*v.* 3, Fons est omnis boni maximus & in-
„deficiens, beneficiorum fluvius, lumen æter-
„num indesinenter coruscans, insuperabilis po-
„testas ad nostras infirmitates sese demittens,
„cujus ne nomen quidem sustinemus audire
„*Job* 11. 2. 7. Si minima opera non com-

„prehenduntur; isne qui omnia fecit, com„prehendetur?

Idololatriæ vecordia.

6. „Cum igitur Deus tantus sit, homo „sculpto a se lapidi dicere non timuit: Deus „meus es tu. O cæcitatem grandem, quæ „ex tanta Majestate ad tantam vilitatem „delapsa est! Lignum quod Deus fecit, & im„bribus crescit, & combustum cinis efficitur, „hoc appellatur Deus, Deus autem verus ha„betur despectui. Exuberavit idololatriæ per„versitas: etiam felis, & canis, & lupus ado„rati, ac leo hominum vorator, anguis & „draco, cepe, vinum sub nomine Bacchi, fru„mentum sub nomine Cereris, & ignis sub no„mine Vulcani. Incorporeus Deus est. unde „igitur stupra & adulteria illis, qui apud Græ„cos dicuntur dii, imputantur. Taceo Jovis „transmutationes; adulter deprehensus est. „Suorum quoque deorum & mortes & casus „& fulminationes narrant. Vides quanta de „majestate quonam devenerint? numquid igi„tur sine causa de cœlo descendit Filius Dei, „ut tantum vulnus sanaret.

Duos deos malum & bonum statuentes refutantur.

7. „Nec solum apud gentiles isthæc pervi„cit diabolus, verum etiam & multi, qui chri„stiani dicuntur, ausi sunt duas divinitates di„cere bonam unam, & alteram malam (*sci„licet Manichæi*) O multam cæcitatem! si di„vinitas profecto bona: si vero bona non est, „cur divinitas appellatur? Dei enim propria „bonitas. Deinde duo isti dii non possunt es„se ingeniti, alias essent æque potentes, &

„quo-

„quomodo tunc lux tenebras tollit. Item si„mul esse non possunt: quæ enim societas lu„ci ad tenebras? nec possunt esse a se sejun„cti, alias suum quisque obtineret locum, & „sic nos in unius Dei ditione versabimur, & „unum adorabimus. Item potensne est bo„nus Deus, aut impotens? si potens, quomo„do invito ipso exortum est malum: si impo„tens, Deus non est. Deinde bonum Christi „Patrem esse volunt, Christum vero solem istum „appellant: si ergo mundus juxta illos a malo „productus est, cum sol in mundo locum ha„beat, quomodo boni filius in ditione mali „invitus servit?

8. „Ac omnis quidem hæreseos inventor „Simon magus fuit, qui postquam ab Aposto„lis ejectus fuit, Romam veniens, & Hele„nam meretricem quandam sibi adjungens se „ipsum dicere ausus est, qui tamquam Pater „in monte Sina visus esset, apud Judæos ve„ro postea non in carne, sed specie tamquam „Jesus Christus apparuisset, & post hæc ut „Spiritus sanctus, quem Christus mittendum „promiserat: ac Romanorum civitatem usque „adeo decepit, ut Claudius ejus statuam erige„ret, cum hac inscriptione litteris latinis: „SIMONI DEO SANCTO. Cum vero error se „latius spargeret, & pollicitus esset Simon „se sublimem in cœlos elatum iri, ac dæmo„num vehiculo sublatus per aera ferretur, ge„nibus provoluti Petrus & Paulus Ecclesiæ „Præsules illuc appulsi, præcipitem ad ter„ram dejecerunt. Petrus enim erat is, qui *Simon magus lapsus in terram.*

„cœli claves circumferebat, & Paulus in „tertium cœlum raptus fuerat.

Cerinthus, Menarder &c. hæretici.

9. „Poſt hunc Eccleſiam devaſtavit Cerin„thus (*de quo vid. S. Irenæum Analyſ. tom.* 2. „*l.* 1. *c.* 26.) Menarder (*vid. Ibid. c.* 23.) & „Carpocrates (*Ibid. cap.* 25.) Ebionæi (*Ib.* „*cap.* 26.) & Marcion (*Ib. cap.* 27.) qui cum „ex allegatis in novo Teſtamento veteris teſti„moniis coargueretur, primus auſus aſt, ea „teſtimonia reſecare. Hunc alius excepit Ba„ſilides (*Ib. cap.* 24.) cui acceſſit Valentinus „(*Ib. l.* 1. *cap.* 1. & 11.)

Manes hæreticus.

10. „Et quidem hæreticos oderis, potiſ„ſimum vero eum, qui a Mania & furore no„men habet, qui non ita pridem ſub Probo Im„peratore initium habuit, nam ante annos ſep„tuaginta error ille prodivit, & hucusque ſuper„ſunt homines, qui eum ſuis oculis viderunt. „Quis autem ſit iſte Manes, & partem quamdam „doctrinæ ejus obiter exponamus. (*de quo etiam* „*vide diſputationem S. Archelai Analyſ. tom.* 6. „*pag.* 430.) Scythianus quidam erat in Ægyp„to genere Saracenus nihil commune habens ſi„ve cum Chriſtianismo ſive Judaismo. Hic „cum Alexandriæ degeret, & vitam imitare„tur Ariſtotelicam, quatuor libros compoſuit, „unum, quem Evangelium vocavit, alterum, „quem Capitulorum vocavit, tertium Myſte„riorum, & quartum, quem nunc circumfe„runt, Theſaurum. Hujus diſcipulus erat Tere„binthus nomine. Cum vero Scythianus in Ju„dæam appuliſſet, regionemque inficeret, Deus

„im-

„immissa homini nece gliscentem labem com-„pressit. Terebinthus autem auri, librorum, „& hæresis hæres in Judæa damnatus in Per-„sidem ire decrevit, Buddam se mutato nomi-„ne dicens. Verum ilic a Mythræ ministris „convictus ad viduam quamdam confugit, de-„inde ad superiorem domus partem ascendit, „& invocatis aereis dæmonibus, divinitus e „tecto dejectus animam efflavit, & librorum „pecuniarumque hæres vidua fuit, quæ sibi „emit puerum Cubricum nomine, eumque ad-„optatum Persarum disciplinis instituit, qui „post obitum viduæ pecunias & libros hære-„ditatis jure possedit, & pro Cubrico Manem „seu Persarum lingua probe disertum se no-„minavit, & dicere ausus est, seipsum esse „Paraclitum, & in medium progressus jam vi-„ribus humanis superiora pollicebatur. Æger „erat Filius Regis Persarum, & Medicorum „adstabat frequentia, Manes vero se per ora-„tionem quasi pius rem perfecturus recepit. „Recesserunt Medici, unaque abscessit pueri „vita. Deprehensa hominis impietas est, ac „vinculis onustus in carcerem trusus fuit, quia „eum, qui Medicorum ope servari poterat, „prætermittenda curatione letho dedisset. Sed „Manes e carcere aufugit, unde Rex Persa-„rum carceris custodes ad supplicium duci „jussit.

Disputatio S. Archelai cum Manete.

11. „Fugiens autem Manes in Mesopota-„miam venit, ubi ei occurrit Archelaus Epis-„copus, eumque coram Philosophis judicibus „arguit collecto gentilium auditorio, ne si

„Christiani judices fuissent, gratificati fuisse vi-„derentur. (*Affert hic S Cyrillus varia fragmenta ex disputatione S. Archelai cum Manete, quæ fusius deducta Analys. tom. 6. pag. 430. seq. videri possunt.*)

Manetis mors.

12. „Postquam igitur Archelaus Manem „prostravit, ille iterum fugiens venit ad vilissimum quemdam pagum. Sed optimus pa-„stor Archelaus ovibus prospiciens, audita ho-„minis fuga citato cursu ad lupum requiren-„dum festinavit. Manes vero adversarium con-„festim conspiciens aufugit postremam fugam; „nam Persarum Regis satellites fugitivum com-„prehendunt. Capitur Manes, & ad Regem „adducitur. Exprobravit illi Rex mendacium „& fugam, irrisit servitutem, ultus est pueri „interemtionem, damnavit, & propter carce-„ris custodum necem. Mani jubet Persico mo-„re detrahi cutem, & reliquum quidem cor-„pus ferarum pastui traditum est, illud vero „pessimæ mentis conceptaculum, cutis pro fo-„ribus in saxi modum suspensa fuit.

13. „Porro Manetis discipuli tres fuerunt: „Thomas, Buddas & Hermas. Nullus quæso „legat Evangelium secundum Thomam, non „enim est unius de duodecim Apostolis, sed „unius de tribus pravis Manis discipulis Ne-„mo se ad Manichæos applicet, & Deus nos „ab eorum errore defendat. Memores estote „eorum, quæ vobis dicuntur. Qui concentus „nostrarum rerum cum rebus illorum? quid „lux cum tenebris comparata? Quid Ecclesiæ

„sancti-

„sanctitas cum Manichaeorum execrandis in„stitutis? Hic ordo, hic disciplina, hic gravi„tas, hic castimonia, hic vel foeminam ad li„bidinem aspicere piaculum est; hic connu„bium sanctissimum, hic continentiae seu vi„duitatis tolerantia, hic virginitatis cum An„gelis certans dignitas: hic ciborum cum „gratiarum actione perceptio: hic gratus in „universarum rerum opificem animus: Hic „Pater Christi adoratur, hic ejus, qui plu„viam fundit, metus ac tremor docetur: hic „tonanti & fulguranti gloriam & honorem „referimus. Tu ovibus aggregare, fuge lu„pos, ab Ecclesia non recede, odio habe „eos etiam, qui harum aliquando rerum „suspicione laboraverunt, quorum nisi poe„nitentiam temporis diuturnitate compertam „habueris, ne ipsis temere teipsum credas: „quodsi aliquando ipse talis fuisti, agni„tum errorem odio habe: est enim via sa„lutis, si adoraveris Patrem Christi, Deum „legis & Prophetarum, si agnoveris bonum „& justum, unum eumdemque esse Deum, „qui vos omnes conservet, ab omni casu „protegens, stabiles in fide in Christo Jesu „Domino nostro, cui gloria in saecula, sae„culorum. Amen.



CATECHESIS SEPTIMA ILLUMINANDORUM.

Extemporalis Hierosolymæ habita de hac symboli voce: Patrem. *Et lectio ex Epistola Ephes.* 3. *v.* 14. Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem &c.

Deum Patrem esse probatur. 1. Tradita de uno Deo doctrina Paternam ejus dignitatem explicat. „Non enim „oportet solum in unum Deum credere, ve„rum etiam hunc Unigeniti, Domini scilicet „nostri Jesu Christi Patrem esse religiose susci„piamus. Hac enim ratione Judæis sublimio„ra sensuri sumus, qui unum quidem Deum „esse doctrinis suis recipiunt, Patrem vero il„lum D. N. Jesu Christi non admittunt, in „quo suis ipsorum Prophetis contraria sen„tiunt, qui in divinis Scripturis ajunt: *Dominus „dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te* „*Ps.* 2. *v.* 7. Contradicunt etiam iis, quæ in „octogesimo octavo Psalmo *v.* 27. scripta sunt: „*Ipse invocabit me, Pater meus es tu &c.* Si „enim hæc in Davidem vel Salomonem aut „successorem quempiam pronuntiata conten„derint, ostendant. quomodo *thronus ejus sit „sicut dies cœli, & sicut sol in conspectu Dei, „& sicut luna perfecta in æternum.* Quomodo „& illud non verentur: *Ex utero ante lucife„rum genui te. Ps.* 109. *v.* 3.

2. „Nos igitur quam docet fides pietatem „recipiamus, Deum unum, Patrem Christi ad„oran-

„orantes: qui enim omnibus gignendi vim impertitur, illum ejusmodi dignitate fraudare „sane impium fuerit: & credamus in unum „Deum Patrem, ut eo ipso simul Unigeniti fides audientium in anima defigatur: Patris „enim nomen sua ipsius appellatione filii notitiam simul subjicit animo, sicut & filii nomen „notitiam Patris. Est autem Deus multorum „quidem abusive Pater, unius vero solius Unigeniti Filii Dominique nostri Jesu Christi natura & veritate Pater, non temporum successu adeptus ut Pater sit, sed Unigeniti Pater sempiterno existens: non enim cum antea esset sine prole, postea mutata sententia „factus est Pater, verum ante omnem substantiam, & ante sensum omnem, ante tempora & sæcula omnia paternam dignitatem habet Deus, qua magis quam reliquis omnibus titulis gaudet: non ex passione ac demutatione sui factus est Pater, non ex complexu, non per ignorantiam, non fluxionem passus, non deminutus, non alteratus, sed Pater perfectus perfectum genuit Filium, omnia „contradens ei, quem genuit *Matth.* 11. *v.* 27. „& ab Unigenito honoratur Pater.

3. „Adoramus igitur Patrem Christi cœli „& terræ conditorem, Deum Abraham, Isaac „& Jacob. non enim feremus hæreticos, qui „vetus Testamentum abscindunt a novo. Quod „siquis præ infidelitate plures demonstrationes „accipere avet, quod Christi Pater idem sit „ac mundi conditor audiat ipsum dicentem „*Matth.* 10. *v.* 29. *Matth.* 6. *v.* 26. & *Joan.* 5. „*v.* 17.

Conditor mundi est Pater Christi.

„*v.* 17. *Pater meus usque modo operatur &*
„*ego operor.*

Et Pater per naturam.

4. „Sed nequis Christum ejusdem cum ho-
„minibus justis dignitatis esse suspicetur, eo-
„quod dicat: *Ascendo ad Patrem meum & Pa-*
„*trem vestrum Joan.* 20. *v.* 17. notandum, quod
„Patris quidem unum est nomen, significatio-
„nis vero vis multiplex; unde Christus caute
„dixit primum quod sibi proprium est: *ad Pa-*
„*trem meum*: id quod nimirum natura erat;
„tunc subjunxit: *& Patrem vestrum*, quod erat
„per adoptionem: tametsi enim concessum no-
„bis est in precibus dicere: *Pater noster, qui es*
„*in cœlis:* id tamen ex benignitate munus est,
„neque enim uti ex Patre geniti naturaliter
„patrem ipsum vocamus, sed a servitute in
„adoptionem Patris gratia per Filium & Spi-
„ritum sanctum translatis ineffabili bonitate
„ita dicere nobis conceditur. Quodsi quis dis-
„cere voluerit, quomodo nos Deum appel-
„lamus Patrem, audiat ille Mosen dicentem;
„*Nonne ille ipse Pater tuus possedit te, & fecit te*
„*& creavit te Deut.* 39. *v.* 6. & *Is.* 64. *v.* 8.
„ubi manifestissime declaravit prophetica gra-
„tia, quod non natura, sed Dei gratia & ad-
„optione Patrem eum vocamus. Et ut accu-
„ratius cognoscas, quod non ubique in divinis
„Scripturis pater naturalis solum apellatur Pa-
„ter, audi Paulum dicentem: *In Christo Jesu*
„*per Evangelium ego vos genui* 1. *Cor.* 4. *v.* 15.
„scilicet, quod docuisset, & secundum spiri-
„tum regenerasset, Paulus Corinthiorum pater
„erat. Et Job ait *c.* 29. *v.* 16. *Pater eram im-*
„*becil-*

Quomodo Deus pater noster sit.

„*becillium*, non quia eos genuisset, sed eorum „curam suscepisset. Ita & Joseph pater Chri„sti dictus est non ratione generationis, sed „ratione curæ in alendo educandoque collatæ. „Hominum itaque abusive pater est, solius „vero Christi Deus Pater est, non autem se„cundum adoptionem; & hominum quidem in „tempore pater est, Christi vero ante tempo„ra, sicut ipse ait: *Glorifica me apud temetip„sum gloria, quam habui, priusquam mundus es„set, apud te. Joan.* 17.

5. „Credimus igitur in unum Deum Pa„trem investigabilem & inenarrabilem, quem „nemo hominum vidit, Unigenitus vero solus „enarravit *Joan.* 6. *v.* 46. cujus faciem Ange„li continuo vident in cœlis secundum proprii „ordinis & loci mensuram: purus vero pater„ni splendoris contuitus proprie Filio una cum „Spiritu sancto reservatus est. Cumque Deus „hominum Pater appelletur, magnopere ho„minum ingratitudinem obstupesco, qui cœlesti „patre derelicto ligno dicunt: *Pater meus es „tu Jer.* 2. *v.* 27. nec solum ligna & lapi„des, verum etiam ipsum satanam in patrem „elegerunt nonnulli, quos increpans Dominus „ajebat: *Vos opera patris vestri* diaboli *facitis „Joan.* 8. *v.* 41. qui eorum, qui ex voluntate „cum illo currunt, pater appellatur; haud „enim patiemur illos, qui ex sententia illa; „*Ex hoc cognoscimus filios Dei & filios diaboli „Joan.* 3. *v.* 10. putant, quod existant inter „homines nonnulli, qui natura aut salvi sint „aut pereant. Non enim ex necessitate, sed „ex

Diabolus malorum Pater.

„ex libero animi decreto ad ſanctam filiorum „Dei adoptionem provehimur; neque ex natu- „ra proditor Judas perditionis filius fuit.

Opera bona facienda.

6. „Hoc itaque cognoſcentes ſpiritaliter „converſemur, ut adoptione divina digni ef- „ficiamur. Nihil enim proderit nobis Chriſtia- „norum appellationem adeptos eſſe, niſi & ope- „ra conſequantur. Si enim Patrem invocamus „eum, qui judicat ſecundum uniuscujusque „opus, in timore incolatus noſtri tempore „converſemur 1. *Petri* 1. *v.* 17. non diligentes „mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt, „ſiquis enim diligit mundum, non eſt dilectio „Patris in illo 1. *Joan.* 2. *v.* 15. Itaque glo- „riam Patri qui in cœlis eſt per opera adfe- „ramus, ut videant opera noſtra bona, & glo- „rificent Patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. „*Matth.* 5. *v.* 16. Omnem ſollicitudinem no- „ſtram in illum projiciamus, ſcit enim Pater „noſter, quibus rebus indigemus.

Parentes honorandi.

7. „Honorantes vero cœleſtem Patrem, „carnis quoque noſtræ patres honore proſe- „quamur, juxta illud: *Honora patrem tuum* „*& matrem tuam &c. Exod.* 20. Non enim „dixit Dominus: qui amat patrem aut ma- „trem, non eſt me dignus, ne id, quod ſcrip- „tum eſſet bene, tu interpretareris prave, „verum addidit: *ſuper me:* quando enim Patri, „qui in cœlis eſt, verſantes in terra patres „contraria ſenſerint, tunc eſt huic dicto ob- „ſequendum, quando vero illis nullum nobis „ad pietatem impedimentum afferentibus, nos „ingra-

„ingrati animi furore abrepti eosdem habea-„mus despectui, tunc locus est illi sententiæ: „*Qui maledixerit patri vel matri, morte moria-„tur Exod.* 21. *v.* 17. Christianorum prima „est in virtutis loco pietas, honorare paren-„tes, atque omni studio, quæcunque ad eos „sublevandos pertinent conferre, ut ipsi pro-„curato per nos solatio fruentes, nos illis sta-„biliant benedictionibus, quas supplantator „Jacob prudenter præripuit, bonam vero vo-„luntatem nostram cœlestis Pater gratam ha-„bens dignos nos efficiat, qui tamquam sol „splendeamus cum justis in regno Patris no-„stri, cui gloria cum Unigenito & Servatore „Jesu Christo, & cum sancto vivificoque Spi-„ritu nunc & semper, & in sæcula sæculorum. „Amen.

CATECHESIS OCTAVA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymæ ex tempore dicta in illud: Patrem omnipotentem, *id est omnia sub imperio tenentem. Et lectio ex Jeremia cap.* 32. Deus magnus & fortis Dominus.

1. Sanctus Cyrillus explicat illud Dei attributum, quo dicitur Omnipotens, seu omnia sub imperio tenens, quod quidem & propter gentiles simul & Judæos, & omnes hæreticos affirmamus. „Nam gentilium non-„nulli animam mundi Deum esse dixerunt: *Gentiles omnipotentiam Dei negant.*

„alii

„alii quoque potestatem ejus in cœlum tan-„tum, non autem ad terram usque pertende-„re. Aliqui etiam ausi sunt Dei providentiam „nubibus ac cœlo circumscribere, quæque in „terra sunt a Deo abalienare, immemores il-„lius, *Si ascendero in cœlum, tu illic es, si de-„scendero in infernum, ades Ps.* 138. *v.* 8. Nam „si cœlo sublimius nihil est, cum infernus ter-„ra profundior sit, qui inferiora occupat, etiam „terram attingit.

Item hæretici. 2. „Hæretici rursum unum Deum omni-„potentem non novere: omnipotens siquidem „est, qui omnibus dominatur, suæque habet „subjecta potestati: illi vero, qui unum qui-„dem animæ dominum, alium vero corporis „dicunt, neutrum eorum perfectum affirmant, „quod eorum uterque altera re deficiatur. „Qui enim habet animæ potestatem, corporis „non habet, & vicissim: qua ratione erit om-„nipotens? Atqui illos Dominus convincit, „dum ait: *Timete potius eum, qui potest & ani-„mam & corpus perdere in gehenna Matth.* 10. „*v.* 18.

Deus omnibus dominatur. 3. „At divina Scriptura & veritatis dog-„mata unum Deum norunt, qui omnia qui-„dem potestatis imperio subjecta tenet, mul-„ta vero perfert, quia vult. Nam & in idolo-„rum cultores imperium exercet, & in hæ-„reticos, & in diabolum, sed ex tolerantia „patitur, cui vivere indulsit, ut & ipse majo-„ri verecundia afficiatur superatus, & homi-„nes coronis illustrentur. O sapientiæ plenam

Cur diabolum tolerat.

„provi-

providentiam Dei, quae pravam diaboli voluntatem ad fidelium salutis instrumentum sumit.

„Nihil ergo Dei potestati subtractum est, illo enim ait Scriptura: *quoniam omnia serva sunt tua Ps.* 118. *v.* 91. unus porro ac solus ejus Filius, & unus sanctus ejus Spiritus extra haec omnia sunt positi, & omnia, quae serva sunt, per unum Filium in sancto Spiritu serviunt Domino. Omnibus ergo dominatur Deus, perfertque & homicidas & fures per patientiam, praestituto tempore, quo unicuique pro meritis reddet, acceptis diuturni temporis induciis, cor tamen ad poenitentiam non flectentes gravius condemnentur. Hominum reges sunt, qui in terris regnant, haud tamen absque supernae potestatis arbitrio. Divitiae enim aurum & argentum diaboli non sunt, ut existimatur a nonnullis, *fidelis enim viri totus mundus divitiarum est, infidelis vero ne obulus quidem Prov.* 17. *v.* 6. atqui diabolo nihil infidelius. Et diserte per Prophetam dicit Deus: *meum est aurum & meum argentum, & cui volo, ipsum dono Aggaei* 2. *v.* 8. Fac solum utaris bene, nec amplius vituperandum argentum est, quando vero tu re bona uteris male, tum nolens ipse administrationem tuam criminari, impie in conditorem quaerimoniam confers. Potest quis etiam per pecunias justitiam adipisci: *Esurivi, & dedistis mihi manducare Matth.* 25. *v.* 35. non dubium, quin ex pecunia. Et vis nosse,

Omnia Deo subjecta excepto Filio & Spiritu sancto.

Divitiae non sunt diaboli.

„se, quod cœlestis regni janua fieri possint „pecuniæ, *vende*, inquit, *quæ habes*, *& da* „*pauperibus*, *& habebis thesaurum in cœlis* „*Matth.* 19. *v.* 21. Hæc vero a me sunt dicta „propter hæreticos, qui anathemate damnant „& possessiones, & pecunias & corpora: nam „neque te divitiarum servum esse volo, ne„que iterum quasi inimicas spectare. Ne„quando igitur dicas, diaboli esse divitias, „tametsi enim dicat: *hæc omnia tibi dabo* „*Matth.* 4. *v.* 5. *quia mihi tradita sunt Luc.* 4. „*v.* 6. potest tamen quis vel orationem ejus „refutare, quoniam mendaci credendum non „sit. Fortassis etiam verum dixit, quia illa „sibi commissa & administratione tenus sibi „concredita professus est. Quærant vero ex„planatores, mentiaturne, an vera dicat.

5. „Est itaque unus Deus, Pater, omni„potens, quem hæretici convitiis appetere „ausi sunt. Tu vero unum adora, omnipo„tentem Deum, Patrem Domini nostri Jesu „Christi. Fuge plurium deorum errorem, „fuge & hæresin omnem, & dic juxta Jobum: „*Dominum autem omnipotentem invocabo*, *qui fa*„*cit magna & investigabilia*, *gloriosa & excel*„*lentia*, *quorum non est numerus.* *Job* 5. *v.* 8. „Et *propter hæc omnia*, *honor ab omnipotente* „*Job*. 37. *v.* 22. cui gloria in sæcula sæculo„rum. Amen.



CATE-

CATECHESIS NONA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata in illud: Factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. *Et Lectio ex Job c.* 38. Quis est iste, qui me celat consilium &c.

1. Universum hoc Deo rerum omnium conditore, divinaque ejus sapientia dignum esse in hac Catechesi S. Cyrillus demonstrat. Ac primo quidem Deum oculis carnis invisibilem esse ostendit: „Quod enim incor„poreum est, sub carnis oculos cadere non po„test, quod & ipse testificatus est unigenitus „Dei Filius, ajens: *Deum nemo vidit umquam* „*Joan.* 1. *v.* 28. Unde etiam Ezechiel solum „vidit *similitudinem Domini Ezech.* 2. *v.* 1. ne„que ipsam gloriam, uti revera est, & proci„dit tamen in terram præ metu; Deum sane „ipsum siquis intueri conaretur, vitam amit„teret, juxta illud: *Nemo videbit faciem meam* „*& vivet Exod.* 33. *v.* 20. Hujus rei gratia „Deus ex bonitate sua maxima cœlum divi„nitati suæ pro velo prætendit, ne perire„mus *Is.* 64. *v.* 1. *Deus carnis oculis videri nequit.*

2. „Ex operibus tamen divinis possumus „potestatis Dei cogitationem assequi juxta Sa„lomonem, qui ait: *Ex magnitudine & pulchri„tudine creaturarum proportione servata procrea-* *Ex creaturis cognosci non vero com-*

prehendi potest. „*tor earum conspicitur Sap.* 13. *v.* 5. non ait, „ex creaturis procreatorem cerni, sed addi„dit: *proportione servata:* tanto namque ma„jor unicuique apparet Deus, quanto subli„miorem homo creaturarum contemplationem „fuerit assecutus; naturam autem Dei compre„hendere possibile non est; tres enim illi in „camino ignis pueri Deum laudibus celebran„tes dicunt: *Benedictus es, qui intueris abyssos* „*sedens super Cherubim Dan.* 3. *v.* 55. Dic mi„hi quæso, quæ sit Cherubim natura, tunc„que eum, qui super illos sedet, considerato. „Atqui Ezechiel horum descriptionem, qua„tenus fieri poterat expressit, dicens: *Qua-* „*tuor vultus uni &c. Ezech.* 1. *v.* 6. Quodsi ve„ro solium illud, quod ille explanavit, com„prehendere non possumus, eum, qui illi in„sidet, invisibilem ineffabilemque Deum quo„modo comprehendere poterimus? Naturam „igitur Dei intime scrutari impossibile est, at „Eum ex iis quæ conspicimus ejus operibus „honore prosequi possibile.

Admirabilis mundi structura. 3. „Hæc autem vobis propter fidei conse„quentiam dicuntur, & quia ita dicimus: „Credo in unum Deum, Patrem omnipoten„tem, factorem cœli & terræ, visibilium om„nium & invisibilium: ut meminerimus eum„dem esse Patrem D. N. Jesu Christi, & eum„dem esse, qui fecit cœlum & terram, at„que nosmetipsos præmuniamus pro hæretico„rum deflexione, qui sapientissimo hujus mun„di conditori obloqui sunt ausi. Quid enim „habent, quod in hoc maximo Dei opificio

„crimi-

criminentur? quos oportebat conspectis cœlorum convexitatibus stupore percelli, & eum adorare, qui statuit cœlum quasi fornicem, qui de fluxa aquarum natura ruere nesciam cœli substantiam efformavit. Cœlum aqua est, flammeæ vero naturæ, quæ in ipso infixa sunt, nam cum aquis opus esset terræ imposterum exercendæ, aquosum in sublimi comparavit cœlum, ut cum imbrium irrigatione telluris regio indigeret, ad id ex natura sua paratum cœlum esset. *Cœlum aqueum.*

4. „Quid vero? nonne admirari oportet eum, qui in solis fabricam inspexerit? nam modici instar vasis apparens vim ingentem complectitur, ab oriente apparens, & in occidentem usque lumen emittens. Ipsius porro aptam dispositionem considera, quomodo æstate sublimior factus longiores efficit dies, opportunitatem tribuens hominibus ad opera: hyeme vero cursum contrahit, ut noctes longiores factæ tum hominibus ad levamentum, tum vero telluri ad fructuum proventus ferendos adjumento sint. Nemo autem ferat quosdam, qui dicunt, alium esse lucis conditorem, alium tenebrarum, meminerit enim Esaiæ dicentis: *Ego Deus, qui feci lumen, & tenebras creavi Is.* 45. *v.* 7. Quid illis succenses, o homo? quare fers graviter tempus tibi ad requietem datum? nullus famulus ab hero consequeretur levationem laborum, nisi tenebræ necessario inducias adferrent. Quomodo persæpe diurno labore fatigati noctibus renovamur. Quid vero nocte *Solis fabrica & cursus.* *Noctis utilitas.*

 „ad

„ad sapientiam conducibilius? in ipsa enim „persæpe quæ ad Deum spectant, cogitatio„ne volvimus, in ea divinorum oraculorum „lectioni contemplationique vacamus. Quan„donam ad Psalmos canendos, aut funden„dam precem majori contentione enititur mens „nostra? annon noctu? Quando autem sæpius „in mentem venit peccatorum nostrorum me„moria? nonne in nocte? Ne igitur alium te„nebrarum authorem esse perverse admitta„mus.

Stellarum cursus & usus.

5. „Oportebat vero ipsos non solis & lu„næ tantum fabricam mirari, sed etiam stel„larum ordinatas choreas liberosque cursus, „ac tempestivos singularum exortus, & quo„nam modo aliæ æstatis, aliæ hyemis signa „sunt, aliæ serendi tempora indicant, aliæ na„vigandi initium significant, atque homo in „navigio sedens in stellas inspiciens navem di„rigit. Porro adverte, quam pulchre nobis „Deus diurnam lucem per incrementa grati„ficatus est, haud enim simul & repente so„lem oriri videmus, sed præcurrit exiguum „quoddam lumen, ut præparata per expe„ctationem pupilla majoris radii vim possit „intueri. Illud quoque considera, quomodo „noctis tenebras lunarium splendorum solatio „mitigarit.

Crepusculum.

Pluviæ origo.

6. „Quis est pluviæ pater? quis stillas pe„perit roris? aerem in nubes concretum co„egit, & imbrium aquas sustinere jussit? Et „nonnumquam ab aquilone nubes aureo splen„dore

„dore fulgentes advehit, interdum vero in „unam formam transmutans iterum in varias „orbium alteriusque generis figuras transfert „& mutat, tot enim aquarum mensuræ nu„bibus incumbunt, nec rumpuntur, sed com„posito prorsus ordine in terram defluunt. „Quis est, qui educit ventos de thesauris il„lorum? cujusnam ex utero glacies emergit? „aquosa enim ejus substantia est, lapidea ve„ro ejus proprietas: & interdum quidem aqua „efficitur nix, nam multiplici potestate præ„dita est ejus efficientia. Aqua in vitibus „vinum est; oleum est in oleis, in panem „quoque convertitur, & in omnigena fru„ctuum opificia. *Venti, nix & glacies.* *Aquæ transmutatio.*

7. „Ver mihi contempleris velim, & om„nigenos flores in similitudine discrimina sua „retinentes, rosæ ruborem, & lilii candorem „maximum, ex uno enim imbre, & una hu„mo isthæc prodeuntia quis discriminat? quis „construit? Consideres velim accuratam soler„tiam: ex una arboris substantia, aliud qui„dem in umbraculum, aliud vero in diversos „fructus dispertitum est, & unus est artifex. „Unius vitis alia pars in combustionem abit, „alia in propagines, alia in frondium sylvam, „alia in capreolos, alia denique in uvam. „Arundinis quoque obstupesce densissimum „internodiorum ambitum, quem effecit ar„tifex. Ex una tellure serpentes prodeunt, „feræ, jumenta, ligna, esculenta, aurum, „argentum, æs, ferrum, lapis. Una est „aquarum substantia, & ex ea natantium ani- *Ver & flores.*

Piscium & avium origo. „malium, & volucrum & avium genus existit, „ita ut quemadmodum illa in aqua natant, „sic & aves in aere volitent.

Maris magnitudo & limites. 8. „Hoc mare magnum & spatiosum, „quis degentium in ipso piscium pulchri„tudinem exponere valeat? quis cetorum „magnitudinem, & amphibiorum animantium „naturam, quomodo & in arida tellure & in „aquis degant? Quis exponat maris profun„ditatem, & latitudinem, aut fluctuum im„mensum se efferentium impetus, quod ta„men intra defixos sibi limites consistit.

Volucrum diversitates. 9. „Quis potest aerearum volucrum natu„ram speculari? quomodo aliæ quidem lin„guam circumferunt canendi peritam, aliæ „in pennis omni picturarum genere variegatæ „sunt, aliæ supervolantes in medium aera „stant immobiles, uti accipiter teste Jobo *cap.* 39. „*v.* 26. Quis ferarum omnium vel nuda sci„vit nomina, aut quis singularum naturam „& vim potest perspectam habere? Unum Dei *Animalium affectus.* „præceptum fuit, diversæque animalium na„turæ ex uno fonte prodierunt, ovis mansue„tissima, leo carnivorus, & diversi irrationa„bilium animalium motus, qui humanorum „affectuum diversitates imitantur, ita ut vul„pes dolosam hominum vafritiem exprimat, „serpens amicos virulentis jaculis ferientes, „equus adhinniens libidinosos adolescentes: „formica vero actuosissima ad hoc comparata „est, ut desidem & pigrum exstimulet, hor„tante Scriptura: *Vade ad formicam Prov.* 6.

„*v.* 6.

„v. 6. cum enim videris illam sibi opportuno „tempore cibos recondentem, imitare, & bo„norum operum fructus tibi in futura sæcula „velut in thesaurum colligito. Et iterum: „*Perge ad apem*, & disce, quomodo omnium „generum flores circumcursans mel conficit, „ut & tu divinas Scripturas circumiens tuam „salutem prehenses.

10. „Numquid ergo non glorificatione opi- *Nihi* „fex dignus? quid enim, etiamsi tu naturam *utile* „non noris omnium, icircone otiosa sunt? *tum.* „Sane ex ipsis venenatis viperis profecta sunt „mortalibus ad salutem antidota. Dices ve„ro mihi: at horrendus est anguis. Time Do„minum, & tibi nocere non poterit. Scor„pius pungendo valet, Dominum verere, te„que ille non punget: leo sanguinis vorax; „Dominum time, & ut olim Danieli, sic tibi „assidebit. Vere autem admirandæ animalium „ipsorum vires, quomodo alia sicut scorpius „in aculeis acumen habet, aliorum vis posita „sit in dentibus, alia unguibus depugnent; „basilisco demum in aspectu sit nocendi pote„stas. Ex diversa igitur opificii ratione, effi„caciam opificis intellige.

11. „Denique in te ipsum superest, ut in- *Corp* „grediare, & ex tua ipsius natura artificem *hum* „nosce. Quidnam in tuo corpore reprehen- *fabri* „sione dignum conditum est? Ab initio nudus *Deus* „erat Adamus cum Eva in paradiso, nec prop- *prod* „ter membra opprobrio ac rejectione dignus „erat Non igitur membra peccati sunt causa,

 „sed

„sed ii, qui membris male utuntur, sapiens ve„ro artifex membrorum. Quis est, qui ad libe„rorum procreationem uteri cava præparavit? „quis inanimatum fœtum in ipso animavit? „quis nervis & ossibus nos connexuit? pellem„que & carnem circumduxit, & simul atque „natus est infans ex uberibus lactis fontes ex„promit? quomodo infans in puerum, juve„nem, virum, senem crescit? quomodo ali„mentum partim in sanguinem convertitur, par„tim in excrementum secernitur, partim in „carnem transmutatur? Quis indeficienti cor „agitat motu? quis oculorum teneritudinem „palpebrarum amplexu tam sapienter munivit? „quis unicam respirationem in totum corpus „distribuit? Vides homo artificem, vides „sapientem conditorem, pieque flectens genu „coram universorum factore visibilium & „invisibilium grata, memorique ac benedi„cente lingua labiis non deficientibus & „corde laudes Deum, dicens: *Quam admira„bilia sunt opera tua Domine! omnia in sapien„tia fecisti* *Ps.* 103. *v.* 24. Te enim decet „honor, gloria, & magnificentia, & nunc, „& in sæcula sæculorum. Amen.



CATE-

CATECHESIS DECIMA ILLUMINANDORUM.

In illud: Et in unum Dominum Jesum Christum. *Et lectio ex* 1. *Cor.* 8. *v.* 5. Unus Dominus Jesus Christus &c.

1. Sanctus Cyrillus secundum Symboli articulum expositurus ait: „Qui in unum „Deum Patrem omnipotentem credere edocti „sunt, in Unigenitum quoque Filium crede„re debent: qui enim negat Filium, neque „Patrem habet 1. *Joan.* 1. *v.* 23. Sententia est „in Evangeliis ajens: *Qui non credit in Filium,* „*non videbit vitam Joan.* 3. *v.* 36. indignatur „enim Pater, dum Filius ejus unigenitus ho„nore privatur: & siquis pius in Deum esse „velit, Filium adoret, alioquin cultum ejus „non est admissurus Pater. Ne te una cum „Judaeis pessum abripi patiare, qui improbe „ajunt, unus est Deus solus, sed simul agnosce, „esse unigenitum Dei Filium, nam Psaltes ex „persona Filii ait: *Dominus dixit ad me: Fi*„*lius meus es tu Ps.* 2. *v.* 7.

Per Filium itur ad Patrem.

2. „Tu crede in unum Dominum Jesum „Christum Filium Dei Unigenitum. Unum „vero dicimus, ut una sit filietas, unum di„cimus, ne alium suspiceris, unum dicimus, „ne enuntiatam multis nominibus illius effi„cientiam multos in filios diffundas: dicitur „enim *janua* vivens ad cœlestem patriam du„cens: *ovis* pro peccatis nostris occisa: *Pastor* „propter Divinitatis benignitatem: *Leo* ob re-

Unus Christus, cujus varia nomina.

„giam dignitatem, & firmum robur, quo dia„bolo resistit: *lapis angularis*, in quem qui cre„diderit, non confundetur. *Christus* vocatur „a Patre in Sacerdotium humanis rebus supe„rius perunctus: *Mortuus* nominatur, sed in„ter mortuos liber: *Filius hominis* dicitur, ut„pote venturus judicare vivos & mortuos: „*Dominus* dicitur, æternum & naturalem ha„bens dominatum: *Filius* vocitatur, non per „adoptionem promotus, sed naturaliter geni„tus. Sed licet nuncupationes sint numero „multæ, una tamen in omnibus subjecta res „est, & unicuique secundum quod ipsi condu„cit, varius Salvator efficitur: quibus lætitia „opus est, ilis vinea fit, & sic deinceps.

Filius Dei ante incarnationem fuit.

3. „Christus Dominus est ille, qui natus „est in civitate David. Vis vero addiscere, quod „cum Patre etiam ante inhumationem est Chri„stus Dominus, demonstrationem habeas etiam „ex veteri Testamento *Gen.* 1. *v.* 26. ait Deus: „*Faciamus hominem ad imaginem nostram*, ubi „per Ly *nostram* non ad Patrem solum divinitatis „dignitatem restrinxit, verum etiam una Fi„lium comprehendit, ut declararetur, homi„nem non solius Dei (*Patris*) opus esse, sed „Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre „cooperabatur, cooperatur, cooperatus est & „juxta Sodoma juxta Scripturam ajentem: *Et* „*Dominus pluit super Sodoma & Gomorrha ignem* „*& sulphur a Domino de cœlo Gen.* 19. *v.* 24. „Iste rursus Dominus Moysi visus est *Exod.* 3. „*v.* 2. & *c.* 34. *v.* 5. quantum hic videre potuit. „*Exod* 33. *v.* 13.

4. „Ha-

4. „Habes primam hanc demonstrationem, *Est om-*
„aliam evidentem accipe: *Dixit Dominus Do- nium Do-*
„*mino meo, sede a dexteris meis Ps.* 109. *v.* 1. *minus.*
„Dominus hæc dicit, Domino, non servo,
„sed Domino, quidem omnium, sui autem fi-
„lio, *cui omnia subjecit &c.* 1. *Cor.* 4. *v.* 27.
„omnium Dominus est Unigenitus filius, filius
„vero est Patris ipsi morem gerens (*id est,*
„*unius cum illo voluntatis*) qui dominatum non
„usurpavit, sed a spontaneo ac volente natu-
„raliter accepit. Ipse est, qui ait: *Omnia mi-*
„*hi tradita sunt a Patre meo Matth.* 11. *v.* 27.
„tradita vero non quasi prius carenti mihi,
„& pulchre custodio non privans largitorem.
„Dominus est igitur Filius Dei, Dominus na-
„tus in Bethlehem Judææ *Luc.* 2. *v.* 10. &
„quidem omnium Dominus, etiam Angelo-
„rum, qui *ministrabant ei Matth.* 4. *v.* 11. &
„cum esset ex virgine nasciturus, Gabriel sub-
„servivit *Luc.* 1. *v.* 16. Ipso in Ægyptum pro-
„fecturo ut manufacta Ægypti numina dirue-
„ret, iterum angelus in somnis apparet Jose-
„pho. Crucifixus cum resurrexisset, angelus
„annuntiavit mulieribus *Matth.* 28. *v.* 7.

5. Jesus autem Christus duplici vocabulo *De nomi-*
„nuncupatur, Jesus, quia salutem dat: Chri- *ne Jesu.*
„stus, quia Sacerdotio fungitur. Quod ap-
„prime sciens Moyses Ausen successorem suum
„Jesum, Aaron vero fratrem Christum voca-
„vit, conjungens in futuro Jesu Christo regiam
„& pontificiam potestatem. Typum vero illius
„gessit in multis Jesus Nave filius. Sui enim
„principatus exordium fecit a Jordane. *Jos.* 3.
„Unde

„Unde & Christus Baptismo susceptto evangeli-
„zare cæpit. *Matth.* 3. *v.* 13. Duodecim Navé
„filius hæreditatis divisores constituit *Jos.* 14.
„*v.* 1. Et duodecim Apostolos veritatis præ-
„cones in totum orbem mittit Jesus. Rahab
„meretricem typicus ille servavit *Jos.* 6. *v.* 5.
„Verus ille publicanos & meretrices. *Matth.* 21.
„*v.* 31. Jubilo solo prostrata sunt urbis Hieri-
„chuntinæ mœnia *Jos.* 6. *v.* 20. Et propter hunc
„Jesu sermonem: *Non relinquetur hic lapis super*
„*lapidem Matth.* 24. cecidit Judæorum templum
„ob eorum peccatum. Quin etiam a Prophe-
„tis admirabile nomen Jesu oblique prænun-
„tiatum est, ait enim Hesaias: *Ecce Salvator ti-*
„*bi advenit Is.* 62. *v.* 11. Jesus autem apud He-
„bræos interpretatur Salvator, ubi appellatio-
„nem ejus Propheta obtexit, ne si palam prius
„cognita fuisset, Judæi paratius ei insidiarentur.
„Jesus vere manifeste vocatus est ab Angelo a
„Deo ad Joseph misso. *Matth.* 1. *v.* 20. *seq.*
„Jesus itaque Salvatorem sonat, quandoqui-
„dem animarum est & corporum medicus &
„spirituum curator, eos quidem qui sensibilibus
„oculis cœci sunt, sanans, mentibus vero
„etiam lumen inducens, & sic de cæteris. Si
„cujus igitur mens peccatorum ægritudine te-
„neatur, medicum habet: siquis hic est mo-
„dicæ fidei, dicat illi: *Adjuva incredulitatem*
„*meam Marc.* 9. *v.* 23. siquis etiam corporeis
„occupatus est morbis, ne diffidat, sed accedat,
„his enim etiam medetur, & noverit, quod Je-
„sus est Christus.

6. „Ju-

6. „Judæi enim illum Jesum esse ultro con- „cedunt, Christum vero etiam esse inficiantur. „1. *Joan.* 2. *v.* 22. Christus autem est summus „sacerdos non transferendum habens sacerdo- „tium, qui neque in tempore Sacerdos esse „cæpit (*scilicet quoad sacerdotii dignitatem bene* „*vero quoad officium*) neque alterum habet „pontificatus sui successorem. Non ex corpo- „rea successione adeptus pontificatum, neque „factitio oleo unctus, sed ante sæcula a Pa- „tre, & tanto excellentior aliis, quod cum ju- „rejurando sacerdos est *Ps.* 109. *v.* 4. Sufficie- „bat quidem ad rei securitatem sola Patris vo- „luntas, duplicata vero securitatis ratio est ju- „ramenti ad voluntatem accessio. *Hebr.* 6. *v.* 18. *De nomine Christi.*

7. Hunc Christum quando advenit, nega- „gavere Judæi, dœmones vero confessi sunt; „nec ignoravit David, cum diceret: *Paravi* „*lucernam Christo meo Ps.* 131. *v.* 17. non igno- „rabat hunc Propheta, qui ajebat: *Et annun-* „*tians hominibus Christum suum Amos* 3. *v.* 13. „Noverat illum & Moyses, noverat Hesaias, „noverat Hieremias, nemo illum ex Prophetis „ignoravit, agnoverunt eum ipsi quoque dæmo- „nes. *Luc.* 4. *v.* 41. Principes Sacerdotum igno- „raverunt, & confessi sunt dæmones: Princi- „pes Sacerdotum ignorabant, & mulier Sama- „ritana prædicabat. *Joan.* 4. *v.* 29. Hic Jesus „Christus est, qui propter deitatis suæ muni- „ficentiam Christianorum nos appellari digna- „tus est nomine. Verum inquiet aliquis: no- „vum est Christianorum nomen, novis autem „rebus sæpe contradicitur. Sed præoccupa- *Christus a Prophetis & dæmonibus agnitus.*

„vit

„vit hoc Propheta inquiens: Servientibus mi-
„hi imponetur nomen novum, quod benedice-
„tur super terram *Is.* 65. *v.* 15. Ostendite mi-
„hi Judaei nomen vestrum novum; nos autem,
„quandoquidem Domino servimus, novum ha-
„bemus nomen, quod benedicitur super ter-
„ram, nam terram universam corripuit hoc
„nomen: Judaei siquidem unius regionis fini-
„bus determinati, Christiani vero ad fines ter-
„rae propagati sunt, quod enim annuntiatur,
„Unigeniti Filii Dei est nomen

8. Vis autem cognoscere Apostolos novis-
„se Christi & praedicasse nomen, imo Christum
„ipsum in semetipsis habuisse, audi Paulum.
„*Non nosmet ipsos praedicamus, sed Christum Je-*
„*sum Dominum* 2. *Cor.* 4. *v.* 5. En qui prius
„persecutor extitit, Christum annuntiat, non
„pecunia persuasus. Ego tibi testem produxi,
„qui prius hostis extiterat, & adhuc dubitas?
„Magna quidem Petri & Joannis testificatio,
„verum suspecta quodammodo videri queat,
„familiares enim Christi erant; cum vero is,
„qui prius inimicus erat, pro eadem causa
„postea mortem oppetit, quis adhuc superest
„de veritate dubitandi locus? Et cum in his
„versatur oratio, mirari merito subit sancti
„Spiritus consilium, quomodo caeterorum qui-
„dem epistolas angusto numero definivit, Pau-
„lo vero prius persecutori quatuordecim scribe-
„re dedit, ut nimirum indubitabilem doctri-
„nae assereret auctoritatem, qui prius hostis &
„insectator fuerat.

9. „Mul-

9. „Multa extant vera de Christo testimo- „nia: testatur Pater e cœlo de Filio *Matth.* 3. „*v.* 17. testatur Spiritus S. descendens in specie „columbæ *Luc.* 3. *v.* 22. testatur Gabriel Arch- „angelus Mariæ evangelizans: testatur Dei- „para, beatus præsepii locus, Ægyptus, Si- „meon, Anna prophetissa, & Joannes Bap- „tista. Inter flumina testis est Jordanis; inter „maria Tiberiadis mare. Testantur cæci, clau- „di, mortui ad vitam revocati. Testimonia „ferunt dæmones *Marc.* 1. *v.* 24. testificantur „venti ejus imperio pressi, & quinque panes „in quinque millia virorum multiplicati. San- „ctum crucis lignum testatur, quod ad hodier- „num usque diem apud nos conspicitur, ac „per eos, qui fide impellente ex eo frusta de- „cerpunt orbem fere totum hinc jam opple- „vit. Testatur palma in valle sita, quæ ra- „mos pueris Christum olim encomio celebran- „tibus ministravit: Gethsemane testatur, Ju- „dam adhuc quasi demonstrans iis, qui intel- „ligunt. Sanctus iste mons Golgotha testa- „tur, monumentum persanctum, & qui in „hunc usque diem jacet lapis. Testifican- „tur Apstoli: testantur Persæ, Gothi & omnes „e gentibus conversi. Siquis ergo prius non „crediderit, credat nunc, & cognoscat, cu- „jusnam habeat appellationem. Christianus „vocatus es, parce huic nomini, ne propter te „blasphemetur D. N. Jesus Christus Filius Dei: „verum luceant potius bona opera tua coram ho- „minibus, qui glorificent in Christo Jesu D. N. „Patrem, qui in cœlis est, cui gloria & nunc, & „in sæcula sæculorum. Amen.

Testimonia de Christo.

Crux Christi Hierosolymis.

CATE-

CATECHESIS UNDECIMA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore prolata in illud: Filium Dei Unigenitum: qui ex Patre natus est Deus verus ante omnia sæcula, per quem omnia facta sunt. *Et Lectio ex Epistola ad Hebræos c.* 1. *v.* 1. Multifariam multisque modis &c.

Christus non est filius adoptivus.

1. Allata mox verba Symboli S. Cyrillus in hac Catechesi explicat, & dicit: „Filium cum audis, ne adoptivum existimes, sed naturalem Filium, Filium unigenitum, qui alterum fratrem non habeat. Filium vero Dei ipsum vocamus, quia Pater ipse Christum Filii nomine compellavit, nam *Matth.* 16. dum Petrus dixisset: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: respondit Christus: *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.*

Sed naturalis Unigenitus æternus.

1. „Filium iterum cum audis, ne abusive dictum puta, sed filium vere, filium naturalem, initii expertem, ab omni æternitate genitum numquam comprehendenda generatione. Similiter dum primogenitum audis *Hebr.* 1. *v.* 6. ne id humano more concipias, apud homines namque primogeniti alios fratres habent, sed primogenitus dicitur ratione fratrum adoptionem Divina gratia accipientium, cum ipse sit Filius Patris ab ex-

„or-

„ordio natus, superior quovis initio & sæculis „existens, filius Patris, in omnibus similis ge„nitori, æternus ex æterno Patre, vita ex vi„ta genitus, & lumen ex lumine, & veritas ex „veritate, & sapientia ex sapientia, & rex ex „rege, & Deus ex Deo, & potestas ex po„testate Si igitur audieris Evangelium, ajens: „*Liber Generationis Jesu Christi Filii David*: „quantum ad carnem intellige. Filius enim re„vera Davidis est in consummatione sæculorum, „Dei vero Filius ante omnia sæcula.

De verbo Symboli: ex Patre genitum.

3. „Filius igitur Dei est natura & non ad„optione genitus ex Patre. Quando vero ge„nerantem Deum audieris, ne in corpora co„gitatione devolvaris. Spiritus est Deus, spi„ritalis ejus generatio, corpora namque gig„nunt corpora, & in gignendis corporibus ne„cesse est moram temporis intercedere, nul„lum vero in generatione filii ex Patre inter„medium reperitur tempus: & hic quidem „quod generatur imperfectum generatur; Fi„lius autem Dei perfectus est genitus. Quod „enim nunc est, id & a principio est, natus „absque initio, & cum Deus & Pater gene„rat, neque ignorantia neque consultatio in me„dio: dicere enim quod ignoravit id quod genuit, „impietas maxima, & quod deliberaverit ejus„dem impietatis est, non enim prius Deus abs„que liberis existens postea in tempore Pater „est effectus, verum semper Filium habuit, „quem genuit, non sicut homines generant, „sed sicut novit ipse solus, qui eum genuit an„te omnia sæcula Deum verum, cum enim

„verus Deus sit Pater, similem sibi Filium ge-„nuit Deum verum. Genuit autem Pater Fi-„lium non sicut in hominibus mens generat „verbum: in nobis enim mens subsistens „quidem est, verbum vero enuntiatum & „in aera diffusum disperditur, nos autem „novimus Christum natum esse verbum, non „prolatitium, sed Verbum subsistens & vivens, „non labiis prolatum & diffusum, sed ex Pa-„tre sempiterno, & ineffabiliter, & in solida „hypostasi genitum, non ita, ut aliquis inter „homines intellexerit, sed ut novit ipse solus. „Neque nos tantum Filii ex Patre nativita-„tem ignoramus, sed & omnis creata natura, „etiam Angeli, Throni, & Dominationes: „unde ego semper admiratus sum temerario-„rum illorum curiositatem, qui quæ Christi ef-„fecta sunt, Principatus &c. incompertos ha-„bentes, ipsum creatorem curiosius inquirere „adgrediuntur: nam ecquid aliud est, quod „cognoscat profunda Dei, nisi solus Spiritus „sanctus, qui divinas Scripturas elocutus est. „At neque ipse de Filii generatione ex Patre „in Scripturis est locutus; quid de eo, quod „scriptum non est, animum fatigamus? Suf-„ficit nobis scire, quod Deus unum solum Fi-„lium genuit. Non te pudeat ignorantiam „confiteri, quandoquidem tibi cum angelis „communis sit. Qui genuit, solus novit eum, „quem genuit, & qui ab ipso genitus est, no-„vit genitorem, qui genuit, & quid genuerit.

Christus verbum subsistens.

Generatio ejus incomprehensa nobis.

4. „Credimus igitur in Filium Dei Uni-„genitum, ex Patre natum, Deum verum,

„ve-

„verus enim Deus non generat falsum. Vis „autem cognoscere, Deum esse eum, qui ex „Patre natus est, & postea homo factus, au„di Prophetam dicentem: *Hic est Deus no„ster &c. Baruch* 3. *v.* 36. *seq.* Accipe & al„terum divinitatis Christi testimonium: *Thro„nus tuus Deus in sæculum sæculi:* & ne crede„retur, ex occasione ejus in carne adventus „ad Deitatis culmen pervenisse, dixit: *Prop„terea unxit te Deus, Deus tuus. Ps.* 44. Viden „Christum Deum a Deo Patre unctum. Vis „& tertium Testimonium audi Hesaiam dicen„tem: *Tu es Deus, & nesciebamus: in te Deus „est. Is.* 45. *v.* 14. Vides Deum Filium haben„tem in semetipso Deum Patrem, tantum non „hoc ipsum dicentem, quod in Evangeliis di„xit: *Pater in me, & ego in Patre Joan.* 14. „*v.* 11. non ait: Pater sum ego: nec: ego & „Pater unum sum: sed sumus, ut neque ab„alienemus, neque Filio paternitatis confu„sionem faciamus: *unum* propter divinitatis „dignitatem: *unum* propter regni prærogati„vam: *unum* quod nulla sit dissonantia aut se„paratio, nec aliæ Patris voluntates, aliæ „Filii: *unum*, quod non alia sint Christi opi„ficia & Patris alia.

De verbis Symboli Deum verum.

5. „Deus igitur verus est Filius, habens in „se ipso Patrem, non in Patrem mutatus, nec „enim Pater hominem induit, sed Filius; nec „Pater passus est pro nobis, sed Pater misit „eum, qui pro nobis passus est. Atque ut „compendiosius dicam, neque separemus, ne„que confusionem faciamus, neque alienum

Filius, non Pater incarnatus.

„umquam a Patre filium dixeris, neque illos „admiseris, qui dicunt, Patrem aliquando Pa„trem esse, & aliquando Filium, impia enim „sunt hæc, sed Pater genito remansit Pater, „& non mutatus est, nec quidquam ipse de„perdidit; nec ille, qui genitus est, defectus „quidquam habet.

De verbis Symboli: ante omnia sæcula.

6. „Porro Filius Dei non cum in Bethle„hem natus est, tunc esse cæpit, sed ante om„nia sæcula: audi enim Michæam Prophetam „dicentem, *Egressiones ejus ab initio ex diebus „sæculi Mich.* 5. ne igitur attendas ad eum, „qui nunc ex Bethlehem ortus est, verum ad„ora eum, qui sempiterno ex Patre genitus est. „Ne quemquam patiare, qui temporale Filii „principium dicat, sed agnosce principium tem„poris expers Patrem. Vis autem nosse, quod „etiam æternus rex est D. N. Jesus Christus, „ipsum audi dicentem: *Antequam Abraham fie„ret, ego sum. Joan.* 8. *v.* 58.

De verbis Symboli: per quem omnia facta sunt.

7. „Credamus denique in Filium per quem „omnia facta sunt, sive enim Throni, sive Do„minationes, sive principatus, sive potestates „omnia per ipsum facta sunt. Obmutescat „omnis hæresis diversos factores & mundi au„tores inducens. Compescatur lingua Chri„stum Dei Filium blasphemiis verberans: ob„mutescant, qui solem esse Christum dicunt: „conticescant, qui mundum ajunt angelorum „opificium; omnia per Christum facta sunt Pa„tre per Filium operante, non quod Pater suf„ficienti ad creandum per seipsum potestate ca„rue-

„ruerit, sed quia Filium voluit rebus, quas „fecisset, regnare ipse exhibens illi rerum „creandarum designationem, *non potest* enim „*Filius a semetipso facere quidquam, nisi quod vi-* „*derit Patrem facientem. quæ enim ille fecerit,* „*hæc & Filius similiter facit Joan.* 5. *v.* 19. cui „gloria honor imperium cum Patre & sancto „Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæcu„lorum. Amen.

CATECHESIS DUODECIMA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata in illud, qui incarnatus & inhumanatus est. *Et lectio ex Hesaia cap.* 7. *v.* 10. Ecce virgo in utero accipiet &c.

1. „Puritatis alumni Deum ex virgine natum „plenis castitate labiis celebremus: qui „intellectualis ovis carnibus vesci digni habe„mur (*post susceptum Baptismum*) caput simul „cum pedibus sumamus, divinitate per caput, „humanitate per pedes intellecta: nam *Ver*„*bum caro factum est.* Neque enim nudum ho„minem adorare fas est, nec Deum solummo„do absque humanitate dicere, pium. Si enim „Deus est Christus, humanitatem autem non „assumsit, alieni a salute sumus. Confitea„mur regis & medici præsentiam. Rex enim „Jesus medicinam allaturus linteo humanita„tis se præcingens, quod infirmum erat, cu„ravit.

Christ. Deus homo fitend.

 2. „Ju-

Varii error circa Incarnationem.

2. „Judæi vero dum eum rejiciunt, qui „venit, eumque, qui infauste venturus est, „expectant, impostorem in errorem abdu„cti recipient: optimum autem fuerit eam „Judæis interrogationem proponere, veraxne „sit Hesaias Propheta, dum ait, Emanuelem „ex Virgine nasciturum; si verax, ostendite „Emanuelem. Item utrumne is, qui ventu„rus est, quem expectatis, ex Virgine pro„diturus est, nec ne? Si ex Virgine non nasci„tur, falsi arguitis Prophetam, si vero id in „futuro speratis, eccur id, quod jam factum „est, repudiatis? Nos vero recipimus Deum „Verbum inhumatum vere, non ex volunta„te viri & mulieris, ut hæretici ajunt, sed „ex Virgine & Spiritu sancto, inhumatum non „specie sed veritate: in quo multiplex est hæ„reticorum error: hi quidem ipsum in totum „ex Virgine natum esse pernegarunt: alii ve„ro natum concesserunt, non tamen ex Vir„gine, sed ex muliere viro permixta: alii „ajunt, non Deum Christum inhumanatum „esse, sed hominem quemdam deificatum. Tu „vero crede, quod ille ipse Unigenitus Dei „Filius, iste iterum natus est de Virgine. „Crede Joanni Evangelistæ dicenti: *Et Ver„bum caro factum est.* Verbum quidem æter„num est ante omnia sæcula ex Patre geni„tum, carnem vero recens propter nos su„scepit.

Prima causa Incarnationis Christi.

3. „Sed primum illud quæratur a nobis, „cujus rei gratia descenderit Jesus. Quodsi „hujus causam requiras, recurre ad primum

„Scriptu-

„Scripturarum librum. Hominem ad imagi-„nem & similitudinem Dei factum, & in pa-„radiso positum diaboli ejecit invidia: Cain „primus fuit homicida: Diluvium post hæc ef-„fusum est propter multiplicatam hominum „pravitatem. Ignis e cœlo in Sodomitas ob „eorum impietatem delapsus. Deus subse-„quentibus temporibus Israelem elegit: ve-„rum & ipse quoque perversus effectus est; „ac vitulum in Dei locum adoravit. Missi „sunt post Moysen Prophetæ, Israelem cura-„turi; at ipsi medicinam afferentes morbi vi „superabantur. Maximum erat humani ge-„neris vulnus a pedibus usque ad caput nihil „in ipso integrum erat *Is.* 1. *v.* 6. non erat ap-„ponendo malagmiti locus. Deinde deplan-„gentes & fatiscentes Prophetæ dicebant: *Quis „dabit ex Sion salutare Israel? Ps.* 13. *v.* 7. *Et „inclina cælos & descende Ps.* 143. *v.* 5. Exau-„divit hanc Prophetarum orationem Dominus, „& Filium suum e cœlis misit medicum, cu-„jus adventum Prophetæ Malachias *c.* 3. *v.* 1. „Isaias *c.* 40. *v.* 10. Zacharias *c.* 2. *v.* 10. præ-„nuntiarunt.

4. „Signa autem, quibus adveniens Do-„minus innotuit, Prophetæ itidem tradide-„runt, quorum primum assignat Zacharias „*c.* 9. *v.* 9. dicens: *Ecce rex tuus venit tibi ju-„stus & salutem impertiens: ipse mansuetus & se-„dens super subjugem & pullum novum.* Solus „sane e regibus Jesus in pullo onerum inexper-„to sedit cum acclamationibns regis instar „Hierosolymam ingrediens. Quid autem facit *Signa adventus ejus.*

„rex iste adveniens: *Et tu in sanguine testamen-
„ti emisisti* vinctos tuos ex lacu aquam non ha-
„bente *Zach.* 9. *v* 11. Alterum signum idem
„Propheta tradit ajens: *Et stabunt pedes ejus
„in die illa super montem olivarum. quod est e re-
„gione Hierusalem ad orientem. Zach.* 14. *v.* 4.
„Numquid aliquis intus stans in civitate locum
„non videt. Tertium signum dat Isaias *cap.*
„8. *v.* 4. *Ecce Deus noster ... ipse veniet & sal-
„vabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, &
„aures surdorum exaudient: tunc saliet instar cer-
„vi claudus, & expedita erit lingua balborum.*
„Quartum signum idem Propheta præbet, di-
„cens, *Ipse Dominus in judicium venit cum pres-
„byteris populi, & cum principibus ejus. Is.* 3.
„*v.* 14. Signum singulare ac præcipuum: Do-
„minus a servis presbyteris judicatus, & id
„patiens.

Secunda causa. 5. „Secunda causa Incarnationis Christi
„fuit hæc. Cum nos eum sicuti ille est, in-
„tueri, eoque frui non possemus, factus est
„id, quod nos sumus, ut sic eo frui digni ef-
„ficeremur. In igne descendit Dominus super
„monte Sina, nec sustinuit populus *Exod.* 20.
„*v.* 19. Daniel angeli conspectum non tulit,
„& tu Angelorum Domini contuitum susti-
„nuisses? experientia igitur imbecillitatis no-
„stræ demonstrata, assumsit hoc Dominus,
„quod requirebat homo, quandoquidem enim
„ab simili sui specie audire verba cupiebat ho-
„mo, similium affectionum naturam induit Sal-
„vator, ut homines facilius erudirentur.

6. „Ter-

6. „Tertia causa Incarnationis est: Venit „Christus ut baptizaretur, & sanctificaret Bap„tisma: venit, ut miracula operaretur, am„bulans super aquas maris. Quoniam igitur „ante ejus in carne adventum mare vidit & „fugit, & Jordanis conversus est retrorsum, „Dominus corpus assumpsit, ut mare videns „sustineret, & Jordanis illum posito metu re„ciperet. *Quarta* causa est: Per virginem „Evam subiit mors: oportebat per Virginem, „seu potius de Virgine prodire vitam, ut si„cut illam decepit serpens, ita & illi Gabriel „bonum nuntium afferret. *Quinta* est: Ho„mines derelicto Deo humana forma simula„cra fabricaverunt: cum igitur humanae formae „figmentum tamquam Deus mendaciter adora„retur; Deus vero homo factus est, ut dissolveret „mendacium. *Sexta* est: Carnis contra nos „instrumento diabolus utebatur, *Rom.* 7. *v.* 23. „quibus igitur armis nos diabolus debellabat, „iisdem & salvi effecti sumus: esca morti ob„jecta fuit corpus, ut cum illud se devora„turum speraret draco, etiam evomeret eos, „quos jam devoraverat.

Tertia. *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.*

7. „Ac demonstratum quidem est, quod il„lum inhumari possibile fuit, si autem amplius „credere detrectant Judaei, ita illos convenia„mus. Quid annuntiamus novi, dum dicimus „Deum hominem factum, cum vos ipsi dicatis, „quod Abraham Dominum exceperit hospitio, „*Gen.* 18. *v.* 3. Quid insolens praedicamus, „cum Jacob dicat: *Vidi Deum facie ad faciem* „*Gen.* 32. *v.* 30. Qui apud Abraham comedit

Incarnatio non est impossibilis.

 „Domi-

„Dominus, idem apud nos comedit. Quid igi„tur inusitatum proferimus. Sed & duos te„stes exhibemus, qui in monte Sina Domino „astiterunt: Moyses erat in foramine petræ „*Exod* 33. *v.* 22. & Elias tunc in foramine „petræ 3. *Reg* 19. *v.* 13. ipsi transfigurato præ„sentes facti sunt in monte Thabor, dicentes „discipulis exitum, quem completurus erat in „Hierusalem. *Luc.* 9. *v.* 30.

Tempus adventus Christi.

8. „Inquiramus jam nunc tempus, quando „Salvator advenit. Moyses igitur Propheta „ait: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus* „*ex fratribus vestris Deut.* 18. *v.* 15. Verum „quandonam expectatus ille Propheta venit? „Inquire in Jacobi prophetiam Judæ dictam, „*Non deficiet princeps ex Juda, neque dux ex fe*„*moribus ejus, donec veniat, cui repositum est, &* „*ipse expectatio gentium.* Si non Romanis hoc „tempore subjecti sunt, nondum venit Christus: „si habent Judæi principem ex genere Juda & „David, necdum venit, qui expectatur. Pudet „me namque recentia illorum instituta com„memorare, de his, qui apud illos Patriarchæ „modo dicuntur. At ille qui venit expectatio „gentium quale iterum signum habet? ait „consequenter: *ligans ad vitem pullum suum* „cernis pullum illum, qui a Zacharia diserte „prænuntiatus est *Zach.* 9. *v.* 9. Sed rursum „quæris aliud temporis testimonium: *Dominus* „*dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui* „*te.* Et post pauca: *pasces eos in virga ferrea* „*Ps.* 2. virga ferrea manifeste vocatur Roma„norum imperium. Denique *Dan.* 9. usque ad „Christum

„Christum ducem assignantur hebdomades se„ptem & hebdomades sexaginta duæ. Sexa„ginta & novem annorum hebdomadæ annos „constituunt 483. post quos ab ædificata Hie„rusalem deficientibus principibus veniet rex „alienigena, sub quo nascetur Christus. Da„rius igitur Medus ædificavit (seu consumma„vit) Hierusalem sexto sui regni anno, 66 ve„ro Græcorum Olympiadis primo: Herodes „porro regnat 186 Olympiade, quarto ejusdem „anno. Igitur a 66 ad 186 intercedunt 120 „Olympiades, & modicum quidpiam; confi„ciunt ergo 120 Olympiades summam anno„rum 480. nam tres alii postea anni ad com„plendum hebdomadarum numerum necessarii, „in eo sane, quod inter primum & quartum „annum interjacet, intervallo sumuntur. Hanc „interim habes temporum demonstrationem, „quamvis aliæ diversæ non desint de prædictis „in Daniele annorum hebdomadis interpreta„tiones.

9. „Promissionis vero locum audi jam; Mi„chæa dicente: *& tu Bethlehem domus Ephra„ta . . . ex te enim mihi exibit Dux &c. Mich.* 5. „*v.* 2. Item Propheta Habacuc *c.* 3. *v.* 2. osten„dit, quanam ex Hierosolymitanæ regionis „parte Christus venturus sit, nam planissime „ait: *Deus a Theman veniet*, Theman vero in„terpretatur Auster, *& sanctus de monte Pharan „umbroso condenso.* Quod in eundem sensum „dixit Psaltes: *Invenimus eam in campis sylvæ „Ps.* 13.

Locus nativitatis Christi.

10. „De-

Ex Virgine natus Christus.

10. „Deinde quærimus ex qua persona veniet, & quomodo veniet. Hoc autem nos docet Hesaias: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* *Is.* 7. *v.* 14. Ex his contradicunt Judæi, ajuntque, scriptum non esse *virgo*, sed *puella*. Ego autem in hac voce indulgenter adquiescens, sic quoque veritatem reperio. Quærendum namque ex illis: Virgo cum violatur & clamat, num ante vim illatam, an postquam corrupta est, auxilium advocat? si igitur alicubi dicat scriptura: *clamavit puella & non fuit, qui succurreret illi. Deut.* 22. *v.* 27. numquid hic de virgine non loquitur. *Et* 3. *Reg.* 1. *v.* 4. de Abisac Sunamitide dicitur: *& erat puella pulchra valde.* Eam tamen virginem ad Davidem adductam in confesso est. Sed dicunt rursus Judæi: de Ezechia hoc dictum est ad Achaz. Verum cum regnante Achaz hoc dixerit Hesaias, Achaz porro sexdecim duntaxat annos regnaverit 4 *Reg.* 16. *v.* 2. quos intra dicta est ad ipsum Prophetia, Judæorum contradictionem revincit successor ejus rex Ezechias Achazi filius, qui cum regnum adiit, annorum quinque & viginti erat, 3 *Reg.* 18. *v.* 22. Cum enim Prophetiæ tempus annorum sexdecim spatio circumscribatur, novem ante prophetiam annis fuerat ex Achaz natus. Quid igitur de eo, qui jam natus erat, etiam antequam pater ejus Achaz regnum adiret, prophetiam loqui necesse erat? non enim dixit, *accepit*, sed *accipiet virgo*.

11. „Jam

11. „Jam ex quo genere extiterit virgo *Ex quo genere Christi mater.*
„reperiendum est. *Juravit Dominus Davidi veritatem . . . . de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ps.* 131. *v.* 11. Et: *semel juravi in sancto meo, si David mentiar: semen ejus in æternum manebit, & thronus ejus sicut sol &c.* „thronus autem Salomonis sicut sol non permansit, sed Christi. Quodsi quis contradixerit, eo quod Christus non sederit in ligneo „Davidis solio, sciat solium Davidis significare „regiam potestatem. Ejusdem rei testes accipe pueros acclamantes: *Hosanna Filio David* „*Matth.* 21. *v.* 9. Et cæci ajunt: Fili David „miserere nostri *Matth.* 9. *v.* 26. Et Gabriel ad „Mariam: *dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Luc.* 1. *v.* 32. Idem testatur Apostolus 2. *Tim.* 2. *v.* 8. *Rom.* 1. *v.* 3. & Isaias *c.* 11. *v.* 10.

12. „Porro decebat eum, qui purissimus *Decebat Christum ex Virgine nasci.*
est, ex puris prodire thalamis: si enim is, qui apud Jesum bene fungitur sacerdotio, abstinet a muliere, an ipse Jesus ex viro & muliere prodituris foret? *quoniam tu es*, ait in Psalmis, *qui extraxisti me de ventre Ps.* 21. *v.* 10. sine virili opera ex virginis utero. Non veretur autem ex hujusmodi membris carnem assumere qui est ipsorum membrorum fictor. Nihil est in hominis fabrica abominabile, nisi ipsam adulteriis & lasciviis coinquinet: qui Adamum finxit, Evam finxit quoque: nullum e corporis membris abominatum ab initio formatum est. Obmutescant enim omnes hæretici, qui corpora criminantur, imo potius

„tius ipsum, qui effinxit, nos vero memineri-
„mus Pauli sententiæ: *nescitis, quod corpora*
„*vestra templum sunt Spiritus sancti* 1. *Cor.* 6.
„*v.* 19.

Possibilitas partus ex Virgine.

13. „Sed exagitant nos tam Græci quam
„Judæi ajentes, impossibile fuisse, ut Christus
„ex virgine nasceretur. Sed Græcis primum
„ex eorum fabulis os obstruamus: Qui enim
„dicitis, projectos lapides in homines transmu-
„tari, qui ex cerebro Jovis natam filiam Mi-
„nervam fabulamini, qui de fœmore vestri Jo-
„vis falsó editum Bacchum asseritis, quomodo
„parere impossibile dicitis? Illis vero, qui ex
„circumcisione sunt, ita occurras; rogando:
„Utrum difficilius sit sterilem anum Saram pa-
„rere; manum Mosis una in hora in alteram
„speciem nivis transmutari, & rursus restitui,
„*Exod.* 4. *v.* 6. & quid difficilioris videtur ope-
„ræ, virginem parere, an virgam in serpentem
„verum mutari *Exod.* 4. *v.* 5. Taceo, quod
„Aaronis virga arida intra unam noctem fru-
„ctum protulerit, qui ergo hoc virgæ dedit,
„nonne virgini propter verum summum sacer-
„dotem parere concesserit? Quia vero nihil-
„ominus pugnant Judæi, illos in hunc modum
„percunctare: Eva ab initio de quo nata est,
„quæ mater illam sine matre fœminam conce-
„pit? ait autem scriptura, quod ex Adæ costa
„effecta ést. Ergone Eva ex viri latere sine
„matre nata fuerit, puer vero ex virginis ute-
„ro absque opera viri nasci non possit? Acci-
„piamus porro aliud longe majus ex corpori-
„bus. Corpora produci mirum licet videatur,
„possi-

possibile est tamen: at pulverem terræ hominem fieri, hoc admirabilius. Lutum animatum orbem insito motu circuire & ædificare, hoc mirabile: lutum docere & loqui, & fabrilia opera exercere, & regnum moderari, hoc mirari decet. Igitur o imperitissimi Judæi, unde Adam factus est? nonne Deus pulverem e terra sumens admirabile illud figmentum effinxit? quid ergo? lutum in oculum transformatur, & virgo filium non genenerabit?

14. „Ne perferamus igitur hæreticos, qui adventum Christi sola specie docent; qui nativitatem Salvatoris ex viro & fœmina contigisse dicunt, eo quod scriptum sit, Joseph *accepit conjugem suam Matth.* 1. *v.* 24. nam Maria propter solam promissionem seu desponsationem uxor Josephi dicta fuit, unde *Luc.* 1. *v.* 26. & *Luc.* 2. *v.* 4. Josepho desponsata dicitur: *misit enim Deus Filium suum,* ait Paulus, non factum ex viro & muliere, sed *factum ex muliere* solum, id est, virgine. *Gal.* 4. *v.* 4. Pura & intemerata generatio, ubi enim spirat Spiritus sanctus, ibi detractum est omne inquinamentum, & si veritati contradicant hæretici, convincet eos Spiritus S. & virtus Altissimi, quæ virginem obumbravit *Luc.* 1. *v.* 35. Gabriel. *Luc.* 1. *v.* 26. Pastores *Luc.* 2. *v.* 7. Simeon *ib.* *v.* 28. & Anna Prophetissa *v.* 36. *Christus natus ex Virgine.*

15. „Adoretur ergo natus ex virgine Dominus, noverintque virgines proprii instituti *Virginitatis laus.*

„decus,

„decus, & coronam. Agnofcat & Monacho-„rum ordo puritatis gloriam, non enim nos „viri privamur dignitate integritatis. In ven-„tre virginis novem menfium tempus exactum „eft Salvatori, at vir fuit Dominus tres annos „& triginta, adeo fi gloriatur virgo propter „novimeftre tempus, nos multo magis gloria-„ri poffumus propter annorum multitudinem. „Omnes autem caftitatis curfum Dei gratia „curramus juvenes & virgines, fenes cum ju-„nioribus, non lafcivias fectantes, fed laudan-„tes nomen Chrifti. Non ignoremus puritatis „gloriam, angelica enim hæc excellentia eft: „vereamur corpora, quæ ficut fol lucebunt „olim: ne propter tenuem voluptatem tale ac „tantum corpus inquinemus, parvum enim „quidpiam & ad horam durans peccatum, mul-„torum, & æternum ejus opprobrium eft. Qui „puritatem fectantur, angeli funt in terra am-„bulantes. Virgines cum Maria Virgine par-„tem habent. Eliminetur omnis curiofus orna-„tus, & omnis nocivus afpectus, & omnis deam-„bulatio diffoluta, & omnis ftola feu veftis laxa „& promiffa, & fuffimentum voluptatem pelli-„ciens: quantum vero ad omnes, fuffimentum „fit, tum boni odoris tum bonorum operum ora-„tio & corporum fanctificatio, ut qui ex Virgine „natus eft Dominus dicat etiam de nobis, tum „viris integritatem fervantibus, tum fœminis „coronatis: *Inhabitabo in illis & inambulabo, & „ero illorum Deus, & ipfi erunt mihi populus* 1. *Cor.* „6. *v.* 16. cui gloria in fæcula fæculorum. Amen.

CATE-

CATECHESIS DECIMA TERTIA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis extemporalis dicta in illud: Crucifixum & sepultum. *Et lectio ex Hesaia cap.* 58. *v.* 1. Domine quis credidit auditui nostro &c.

1. Hæc Catechesis de Christi crucifixione & sepultura, fructum illius, veritatem & circumstantias explicat, & ait: „Gloriatio „Ecclesiæ Catholicæ est quælibet Christi actio, „gloriationum vero gloriatio crux est, quod „probe callens Paulus ait: *Mihi autem autem* „*absit gloriari nisi in cruce Christi Gal.* 6. *v.* 14. „crucis enim corona seu gloria non ad ali„quos tantum cæcos vel mortuos transivit, „sed & eos, qui per ignorantiam cæci erant, „illuminavit, & omnes sub peccato detentos „solvit, & universum hominum mundum re„demit. Quod quidem mirum non est, non „enim nudus homo, sed Unigenitus Dei Filius „erat, qui ea de causa moriebatur: & quidem „unius viri Adam peccatum mortem inferre „mundo valuit, & cur non multo magis per „unius justitiam regnatura sit vita. Ne nos „itaque pudeat crucis Salvatoris, imo potius „de ea gloriemur: Verbum enim crucis Judæis „quidem scandalum est, gentilibus vero stulti„titia, & nobis salus. Et his quidem, qui „pereunt stultitia est, nobis autem, qui salvi „simus, virtus Dei est: non enim nudus ho„mo nostri gratia moriebatur, sed Filius Dei, *Gloria Ecclesiæ crux Christi.*

„Deus homo factus: ac sanguis quidem ovis „salutem exhibebat, Unigeniti sanguis vero „non magis salutem adferat? siquis crucifixi „virtuti increditus est, percunctetur dæmones, „siquis verbis non credit, rebus conspicuis cre„dat. Multi per orbem crucifixi sunt, sed „nullum eorum pavent dæmones, Christi au„tem nostri crucifixi vel ipsum crucis signum „expavescunt, quoniam illi propter propria „peccata mortui sunt, hic pro alienis, pecca„tum enim non fecit, teste Hesaja *cap.* 53. „*v.* 9. ipso judice Pilato *Luc.* 23. *v.* 14. & la„trone in cruce *ib.* *v.* 41.

Christus vere sine culpa & sponte passus.

2. „Passus est igitur Jesus vere pro omni„bus hominibus: non enim ficta species crux „est, alioquin ficta specie redemtio fuerit: non „apparens tantum mors, alioquin fabulosa sa„lus erit. Passio igitur vera fuit, vere enim „crucifixus est, & non erubescimus, non ne„gamus, alias arguet me Golgothas, & cru„cis lignum, quod per particulas ex hoc lo„co per totum orbem distributum est. Cru„cem confiteor. quandoquidem resurrectionem „novi. Crucifixus est, sed non propter pecca„ta sua: non propter pecuniarum cupiditatem, „inopiæ enim doctor erat: non ob libidinosam „cupidinem, nam ipse dicit, *quicunque mulierem* „*inspexerit ad concupiscendum, jam eam mœchan*„*do violavit Matth.* 5. *v.* 28. Non quasi quem„quam percussisset, præbuit enim & alteram „maxillam percutienti *Matth.* 5. *v.* 39. Non „quod legem contemsisset, ipse enim legem „adimplebat. *Matth.* 5. *v.* 17. non quod Pro„phetam

„phetam, affeciſſet contumelia, ipſe enim „erat a Prophetis prænuntiatus: non quaſi „mercedem fraudaſſet, ipſe enim gratis cura„bat: non verbis, non operibus, non cogita„tionibus admiſſo peccato, nam ad paſſionem „venit non invitus, ſed ſponte ſua, nam paſſio„nem ſuam prædixit *Matth.* 26. imo crucem „gloriam ſuam eſſe dixit *Joan.* 13. *v.* 31. nunc „glorificatus eſt Filius hominis, non quod „prius gloria careret, nam ut Deus glorifica„batur ab æterno, modo vero glorificabatur, „dum patientiæ geſtaret coronam: non coacte „reliquit vitam, neque vi illata mactatus eſt, „ſed voluntarie *Joan.* 10. *v.* 18.

3. „Verum contradicunt Judæi: Ergone „Dominus patitur, atque ipſa Dominica vi va„lentiores humanæ manus extiterunt? Sed „nonne Jeremias *Thren.* 3. *v.* 10. lamentatur: „*Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus compre„henſus eſt in corruptionibus noſtris* Cum vero „multiplex a Judæis contradictio opponatur, „age pauca de paſſione teſtimonia proferamus, „omnia enim in columnis Propheticis inſcrip„ta ſunt, non in lapideis tabulis, ſed a Spiri„tu S. manifeſte deſcripta. Incipiam igitur „nunc, unde paſſio exorta eſt. Judas fuit pro„ditor, de quo dicit Pſaltes: *amici mei & pro„ximi mei ex adverſo mihi appropinquaverunt, & „ſteterunt Pſ.* 37. *v.* 12. & de illo: Salve Rab„bi: *molliti ſunt ſermones eorum ſuper oleum, & „ipſi ſunt jacula Pſ.* 54. *v.* 22. quo etiam ſpe„ctat Pſalmus 108. Audi & de triginta ar„genteis: *Et ſtatuerunt mercedem meam triginta*

Propheti de paſſione Chriſti.

De Juda proditore.

„*argenteis Zach.* 11. *v.* 12. Dic & quo pretium
„hoc abiit o Propheta: respondet: & accepi
„eos triginta argenteos, & projeci eos in do-
„mum Domini in conflatorium *ib. v.* 13. quod
„idem affirmat Evangelium *Matth.* 27. *v.* 10.
„quod ait: *& dederunt eos in agrum figuli.* Ubi
„quæritur, quomodo non dissentiunt Evange-
„lium ex una parte dicens, *agrum figuli;* Pro-
„pheta vero ex alia, *conflatorium.* Verum non
„aurifices solum conflatorium habent, nec
„ærariis solis suum est conflatorium, sed & fi-
„guli habent luti conflatoria. Quid ergo mi-
„raris, si Evangelium agrum figuli apertius
„Propheta vero sub ænigmate prophetiam pro-
„posuerit, quandoquidem sub ænigmate ple-
„rumque latens est prophetia.

Jesus ligatus. 4. „Ligaverunt Jesum, & adduxerunt in
„aulam summi Pontificis: quod etiam scrip-
„tum est *Is.* 3. *v.* 9. *Væ animæ eorum, quia con-
„sultarunt consilium pravum contra seipsos dicen-
„tes: ligemus justum, quia incommodus est nobis.*
„Nonne, inquiet aliquis, seipsum solvere po-
„terat, qui Petrum ferreis carceris catenis ex-
„emit, paratique aderant Angeli: verum ab-
„stinent vim, quoniam id sufferre voluit Do-
„minus. Iterum productus est coram Seniori-
„bus in judicium. Jam habes testimonium:
„*Ipse Dominus in judicium veniet cum Senioribus
„populi, & cum principibus ejus Is.* 3. *v.* 14.
Alapis cæsus. „Sed interrogans princeps Sacerdotum audi-
„ta veritate indignatur, & malus malorum
„minister alapam impingit, aliique venientes
„inspuunt in faciem ejus. Sed hoc prædicit
„Spiri-

„Spiritus S. ex persona Christi dicentis: *Dor-„sum meum dedi in flagella, maxillas vero meas „in alapas, faciem vero meam non averti a probro „sputorum. Is.* 52. *v.* 6.

5. „Ligatus venit a Caipha ad Pilatum: „& hoc perscriptum est: *Et ligantes ipsum abdu-„xerunt in munera regi Jarim. Ose.* 10. *v.* 6. Sed „Pilatus rex non erat. At lege Evangelium, „quod Pilatus misit eum ad Herodem, qui rex „erat. Admirare Dominum judicatum: Pila-„tus sedebat judicans, & qui in dextera Patris „sedet, stans judicabatur. Populus ab ipso e „terra Ægypti & aliis locis multoties libera-„tus in ipsum vociferabatur: *tolle, tolle, cru-„cifige eum.* Unde Dominus *Jer.* 12. *v.* 8. ait: „*facta est hæreditas mea mihi sicut leo in sylva, de-„dit contra me vocem suam.* Judicatus autem ta-„cebat, sicut Psalmista: *Et factus sum sicut ho-„mo non audiens, & non habens in ore suo refu-„tationes Ps.* 37. *o.* 15. sed milites circumfusi „ipsi illudunt: *Viderunt me, & moverunt capi-„ta sua Ps.* 108. *v.* 15. In figura regnum adum-„bratur, illudunt siquidem, sed genuflectunt, „crucique illum affigunt milites injecta prius „purpura, & coronam spineam circumponunt „ejus capiti, & rex a militibus proclamatur, „ita oportuit Jesum in figura a militibus coro-„nari, ut propterea Scriptura in Canticis di-„cat: *Egredimini & videte filiæ Jerusalem in re-„ge Salomone in corona, qua coronavit eum ma-„ter sua. Cant.* 3. *v.* 11. Mysterium vero erat „etiam corona illa, solutio enim erat peccato-„rum, & a condemnationis sententia, accepit

Ad Pilatum ductus.

Judicatus.

Jesus illusus.

Spinis coronatus.

„namque condemnationem Adamus: *Maledicta* „*terra in operibus tuis, spinas & tribulos pro*„*ducet tibi. Gen.* 3. *v.* 17. propterea Jesus spi„nas assumit, ut solvat maledictionem.

Crucifixus. 6. „Supplicium crucis etiam prophetatum „fuit a Jeremia *cap.* 11. *v.* 19. *Venite & injicia*„*mus lignum in panem*, seu corpus *ejus*, *& con*„*teramus eum de terra viventium*, *& nomen ejus* „*non memoretur amplius.* Sed vanum est con„silium vestrum ante solem quippe nomen ejus „in Ecclesia manet: & quod quidem vita erat in „ligno suspensa, Moyses deplorans ait: *Et erit* „*vita tua pendens ante oculos tuos Deut* 28. *v.* 66. „Hanc eamdem figuram adumbravit Moyses „crucifigens serpentem, ut qui a vivo serpen„te morsus erat, æneum serpentem intuitus „salutem consequeretur, cum credidisset. Quan„to magis igitur incarnatus Dei Filius cruci „affixus salutem dabit. Semper per lignum „salus: Noemi enim temporibus per arcam „ligneam facta est vitæ conservatio. Mare „sub Moyse, cum figuram virgæ conspexisset, „ferienti se ex reverentia concessit. Lig„num Moysis tempore dulcem effecit aquam, „& de latere Christi aqua effluxit in ligno & „sanguis forte propter duas voces, alteram ju„dicantis, alteram propter eos, qui dire vo„ciferabantur; aut propter credentes & incre„dulos: vel Judæis sanguis, & ex fuso san„guine condemnatio, Christianis per aquam „salus. Item exiere e Salvatoris latere aqua, „quæ in illuminatione seu Baptismo, & san„guis, quæ in temporibus martyrii factæ pro

Sanguinis & aquæ ex latere Christi mysteria.

„Christo

„Christo confessionis confirmant gratiam. Est „& altera lateris ejus causa, peccati princeps „mulier fuit, quæ e latere formata est: Je„sus autem ut viris simul ac fœminis veniam „gratificaretur latus perfossus est pro mulieri„bus, ut peccatum solveret.

7. „Arma igitur pro ipsa cruce contra ad„versarios sume; fidem crucis pro trophæo „adversus contradicentes statue: quando enim „de cruce Domini disceptationem instituturus „eris, prius manu signum crucis emitte, & „obmutescet, qui contra nititur. Ne pudeat „crucem confiteri, de hac namque gloriantur „Angeli ajentes: *Novimus, quem quæritis: Je„sum crucifixum Matth.* 28. *v.* 6. Crucifixus est „Dominus; accepisti testimonia: adclamas „tamquam assentiens, vide ne aliquando in „tempore persecutionis neges. Ne in tempo„re pacis solummodo gaudium tibi crux sit, „verum etiam in tempore persecutionis; ne „in tempore pacis sis amicus Jesu, & bel„lorum tempore inimicus. Jesus pro te cru„cifixus est, qui nihil peccaverat, & tu non „crucifigaris pro eo, qui tui gratia cruci affi„xus est, exolvens debitum ei, qui propter „te in Golgotha est crucifixus. Golgothas ve„ro interpretatur Calvariæ locus. Caput „Christus omnis principatus & potestatis in „loco Calvariæ passum est, ne crucifixo tam„quam homini nudo attende. *Signi crucis formationis virtus.*

8. „Porro Christus crucifixus est hora ter„tia, ab hora autem sexta tenebræ factæ „sunt *Tenebræ passionis tempore.*

„ſunt usque ad nonam, & rurſus ab hora no„na lux. Sed hæc quoque ſcripta ſunt, di„cit enim Zacharias: *Et erit in die illa non „erit lumen, & frigus & gelu erit per unam „diem Zach.* 14. frigus, propter quod Petrus „calefaciebat ſe. Et *dies illa nota Domino: „& non dies neque nox ib. v.* 7. non erat dies, „non enim ab oriente ad occidentem ſol re„fulſit, ſed ab hora ſexta usque ad nonam te„nebræ factæ ſunt in media die. Interpoſitæ „igitur ſunt tenebræ: nominavit autem Deus „tenebras noctem. Propterea neque dies erat, „neque nox, neque enim tota lumen erat, „ut vocaretur dies, neque tota tenebræ, ut „nox appellaretur; ſed poſt nonam illuxit ſol; „quod quoque prænuntiat Propheta dicens: „*Et ad veſperam erit lumen.* Verum quæris, qua „hora defecit ſol? reſpondet Amos Propheta: „*Et erit in die illa, dicit Dominus Deus, occi„det ſol meridie, Amos* 8. *v.* 9. *& convertam „feſtivitates veſtras in luctum v.* 10 in azymis „enim res ea peragebatur, & in Paſchatis fe„ſto. *Et ponam eum ſicut luctum dilecti & eos, „qui cum ipſo ſicut diem doloris. v.* 10. in die „enim azymorum mulieres eum flebant, & „Apoſtoli occultati dolore conficiebantur.

Diviſa veſtimenta Chriſti. 9. „Pallium Chriſti milites dividunt, tuni„cam vero ſortiuntur, quod etiam ſcriptum eſt „*Pſ.* 21. *Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & ſu„per veſtem meam projecerunt ſortem.* Rurſum „cum a Pilato judicaretur chlamydem cocci„neam circumpoſuerunt ei: quod ſcriptum eſt *Chlamys coccinea.* „*Iſaiæ c.* 63. *v.* 1. *Quis eſt hic, qui venit de*

„*Edom?*

„*Edom? rubedo vestimentorum ejus ex Bosor.*
„Et *v.* 2. *Quare rubra sunt vestimenta tua &c.*
„Ille autem respondet: *Tota die expandi manus*
„*meas ad populum inobedientem & contradicentem*
„*tem Is.* 65. *v.* 2. Expandit in cruce manus,
ut comprehenderet orbis fines, medius enim
terræ locus est hic Golgothas, unde Propheta
ait: *Operatus es salutem in medio terræ Ps.* 73. *v.* 12. Dicit Jesus: *Sitio*, & sitienti Domino porrigitur acetum, sicut prædixit: *dederunt in escam meam fel*, seu vinum myrrha conditum, *& in sitim meam potaverunt me aceto Ps.* 68. *v.* 22. *Sitis Christi.*

10. „De latronibus vero, qui cum eo crucifixi sunt, dictum est istud: *& cum iniquis deputatus est*: & ambo quidem prius iniqui fuere, unus autem esse desiit, alter cum Judæis convitiabatur, quem alter increpabat, & dixit: *memento mei Domine, cum veneris in regno tuo.* O lucem æternam, quæ in tenebris jacentes illuminat; ideo & juste audivit: *confide:* non quod opera tua tibi fiduciam efficere debeant, sed quia Rex tibi gratificatur, cui velocissima est gratia: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* O ineffabilem gratiam! nondum Abraham ingressus est, & latro ingreditur, & sic *ubi abundavit peccatum superabundavit & gratia Rom.* 5. *v.* 20. vult justa opera facere latro, sed eum mors præocupat, & Christus fidem recepit, qui pacificavit per sanguinem crucis, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt. Non tanta erat *De latronibus cum Christo crucifixi.*

„peccantium iniquitas, quanta ejus qui nostri „causa moriebatur justitia; qui non coacte nec „vi tradidit spiritum: defecit sol propter justitiæ solem: petræ scissæ sunt propter intelligibilem petram: monumenta aperta sunt & „mortui resurrexere propter eum, qui in „mortuis liber erat.

De Christi sepultura. 11. „Volumus autem diserte cognoscere, „ubinam sit sepultus: anne manufactus tumulus, an regiorum sepulchrorum more e terra „prominet, num ex lapidibus coagmentatis „factum sit monumentum, & quidnam illi „impositum sit. Edicite nobis o Prophetæ! illi „autem respondent, *Inspicite in solidam petram,* „*quam excidistis Is.* 51. *v.* 1. habes in Evangeliis: *in monumento exciso, quod erat excisum* „*ex petra Luc.* 23. Et quale monumenti ostium? „rursus alius Propheta dicit: *morti dederunt in* „*lacu vitam meam, & posuerunt lapidem super me.* „*Thren.* 3. *v.* 53. Ego lapis angularis electus, „pretiosus intra lapidem condor ad modicum „tempus. Insitum est igitur lignum vitæ in terra, ut hæc, quæ maledicta fuerat, benedictionem consequeretur, & ut liberarentur „mortui.

Signum crucis in actione formandum. 12. „Ne nos igitur teneat verecundia, quominus crucifixum confiteamur. In fronte „confidenter idque ad omnia digitis crux pro „signaculo efficiatur: dum panes edimus & „sorbemus pocula, in ingressibus & egressibus, „ante somnum, in dormiendo, & surgendo, „eundo & quiescendo. Magnum illud præsi-

„dium

„dium gratuitum propter egenos, nullo labore „constans propter imbecilles, siquidem a Deo „est gratiæ loco concessum, signum fidelium „& dæmonum formido. quando siquidem vi„derint crucem, crucifixus eis in mentem ve„nit, & metuunt eum, qui contrivit capita „draconis. Nec quia gratuitum est, signaculum „contemne, imo eo magis benefactorem vene„rare.

13. „Siquando in disceptationem incideris, „Judæos ex Prophetis, & Græcos ex suis ipso„rum fabulis ad silentium redige: hi fulmine „percussos (scilicet Æsculapium) adorant, ante „dilectum Deo & Dei Filium tui gratia cruci„fixum adorare pudebit? Obstruatur etiam os „hæreticis omnibus, siquis dixerit, crucem „tantum opinione constare, & ficta specie Chri„stum crucifixum esse: sic enim, salus nostra, „resurrectio, adsumptio, secundus adventus „& omnia denique nulla solida re consistent. „Ne igitur crucifixum abneges, si enim abne„gaveris, multos habes, qui te revincent: „primus te arguet proditor Judas, triginta ar„gentei, Gethsemane, Caiphas, Herodes, Pi„latus, vestigia ruptarum petrarum in monte „Golgotha, Apostoli crucis testes, & terra „universa credentium in crucifixum hominem, „salutare Christi trophæum crux Persas servi„tuti addixit, & Scythas cicuravit: hoc Ægy„tiis in locum felium accanum Dei notitiam „impertivit, hoc in hodiernum usque diem „morbos curat, effugat dæmones, veneficio„rumque atque incantationum evertit impostu„ras.

Crucis veritas & virtus.

„ras. Hoc cum Jesu olim apparebit in cœlo, „præcedet enim Regis trophæum, ut Judæi „quidem videntes quem pupugerunt, & ex „cruce eum, quem ignominia affecerunt re„cognoscentes, lamentis conficiantur, nos au„tem gloriemur de cruce plaudentes, adoran„tes eum, qui missus & pro nobis crucifixus „est, Dominum, adorantes quoque Patrem a „quo missus est, Deum, cum sancto Spiritu: „cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CATECHESIS DECIMA QUARTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis dicta ex tempore in illud: Qui & resurrexit a mortuis tertia die: & ascendit in coelos, & consedit a dextris Patris. *Lectio ex* 1. *Cor.* 15. *v.* 1. Notum autem vobis facio fratres Evangelium &c.

Christi sepultura. 1. Tria hæc symboli decreta in hac Catechesi S. Cyrillus scripturarum auctori„tate communit. Et primo fidem resurrectio„nis demonstrat *ex* 1. *Cor.* 15. *v.* 4. *Sepultus „est, & resurrexit tertia die secundum scripturas.* „Cum igitur nos Apostolus ad scripturarum „testimonia remittat, optimum est, ut salutis „repositam spem ex illis agnoscamus. Quod „ergo sepultus sit Salvator aperte audistis in „superiori sermone Hesaia dicente: *erit in pace „sepultura ejus Is.* 57. *v.* 2. Pacificavit enim se„pultura sua cœlum & terram peccatores ad„du-

„ducens Deo. Et: *dabo malos pro sepultura ejus* „*Is.* 33. 9. Et est prophetia Jacob dicens in „scripturis: *procumbens dormivit ut leo*, *& ut* „*catulus*, *quis suscitabit eum?* *Gen.* 49. *v.* 9. & „sæpe audivistis Psalmum dicentem: *& in pul-* „*verem mortis deduxisti me Ps.* 21. 16. Deinceps „vero de ipsa ejus resurrectione testimonia „subnectamus.

Resurrectio Christi.

2. „Primum igitur in Psalmo decimo quin- „to dicit: *Quoniam non derelinques animam meam* „*in infernum*, *nec dabis Sanctum tuum videre cor-* „*ruptionem.* Et *Ps.* 29. *v.* 4. dicitur: *Domine* „*eduxisti ab inferno animam meam &c.* vis & de „loco resurrectionis cognoscere? dicit iterum „in Canticis: *in hortum nucis descendi Cant.* 6. „*v.* 10. hortus enim erat, ubi crucifixus est. „*Joan.* 19. Et Christus erat fons signatus & „hortus conclusus. Mane etiam Christum re- „surrexisse ostenit Sophonias: *præpara te*, *ma-* „*ne surge* . . . *Propterea expecta me*, *ait Do-* „*minus*, *in diem resurrectionis meæ in Martyrion*, „seu testimonium, ubi etiam locus resurrectio- „nis designatur, sive Golgothas Martyrium ap- „pellatus. *Sophon.* 3. *v.* 7. *sqq.* & signum re- „surgentis exhibetur: *Quia tunc convertam su-* „*per populos linguam &c. v.* 9. *seqq.* misso Spi- „ritu sancto dante gratiam linguarum. Accipe „& aliud resurrectionis Christi testimonium „*Ps.* 87. *Domine Deus salutis meæ, de die clamavi* „*& in nocte coram te &c.* Undenam vero resur- „rexit Salvator, ait in canticis canticorum: „*in spelunca petræ juxta antemurale. Cant.* 2. *v.* 10. „Quo tempore vero surrexit Salvator in Can- „ti-

Locus ejus.

Mane facta.

Tempus ejus.

„ticis loco citato dicit: *Hyems transiit . . .*
„*res visi sunt in terra &c.* Hoc autem
„pus est primi Hebræorum mensis Nisan
„quo celebratur festivitas Paschæ; quod e
„creationis mundi tempus est, & quia
„Deus cum solem & lunam fecit, æqua
„illis dierum ac noctium cursus impertivi
„& paucis ante diebus æquinoctii ter
„erat: Quando ergo homo creatus pr
„inobedientiam ejectus est e paradiso, eo
„tempore facta est salus, quando & laps

Christus januis clausis ingressus mel edit. Mulieribus apparet.

3. „Postea redivivus ingressus est per
„clausas, & comedit coram discipulis su
„favo mellis *Joan.* 20. *& Luc.* 24. & im
„est illa sententia: *comedi panem meum cum*
„*le meo Cant.* 5. *v.* 1. Sed ante hæc quæ
„tur ab optimis mulieribus, illisque app
„*Joan.* 20. *Matth.* 28. *& Luc.* 24. Quæ e
„perscripta sunt in Canticis Canticorum
„*v.* 1. *Super lectum meum quæsivi, quem a*
„*anima mea &c.* obsignaverant quidem p
„pes sacerdotum & Pharisæi sepulchrum l
„adminiculo, at mulieres suscitatum vide
„cognoscensque Hesaias summorum Sac
„tum ex una parte futilitatem, mulierun
„ro ex alia fidei robur, dicit: *mulieres v*
„*tes a visione accedite, non enim est populu*
„*bens intelligentiam Is.* 27. *v.* 11.

Sepulchri obsignatio.

Judæi refutantur resurrectionem negantes.

4. „Quia vero Judæos non permoven
„vinæ Scripturæ, & ipsi ad[illegible]c resurre
„Christi contradicunt, optimum fuerit, si
„adfari: Qua ratione cum Elisæum & E

ortuos excitasse adseratis, Salvatoris no-
i resurrectioni obnitimini? an quod eorum
iæ dicimus viventes testes tunc non habe-
us? igitur & vos testes illorum temporum
oducite. Atqui illud scriptum est? & hoc
ioque scriptum: cur ergo alterum amplе-
imini, alterum vero reprobatis? Hebræi
iora illa scripserunt: omnes quoque Apo-
›li, Hebræi fuere, quidni ergo Judæis cre-
tis? Matthæus qui Evangelium scripsit,
ebraica illud lingua conscripsit: Paulus
ædicator Hebræus ex Hebræis, & duode-
n Apostoli Hebræi omnes: deinde quinde-
n Hierosolymorum Episcopi ex Hebræis
ntinua successione sunt constituti. Qua ra-
›ne igitur vestra dum admittitis, nostra re-
ienda arbitramini, eaque ab Hebræis per-
ipta?

5. „Sed impossibile est, ajet quispiam, re- *Resurrectio Christi possibilis, ejus figura Jonas in ceto.*
scitari mortuos. Atqui semel & iterum re-
citavit Elisæus & vivens & post mortem
Reg. 4 & 13. Christus vero ex mortuis
n surrexit? cum quo multa Sanctorum cor-
ra surrexerunt. Verum, ajunt, mortuus
uidem recens defunctus a vivente suscita-
s est, at ostendite nobis, posse fieri, ut
ortuus & sepultus homo post dies tres ad
am revocetur? Verum consideremus,
rum difficilius sit, hominem sepultum de
ra resurgere, an hominem in ventre ceti,
tantam viventis animalis caliditatem in-
stum non solvi ac corrumpi; quis homi-
m ignorat, tantum inesse caloris in ven-
„tri-

„tribus , ut etiam ossa devorata dissolvant? „qui igitur Jonas in ventre ceti tres dies & „noctes moratus non corruptus est ? Et quo„modo ille triduum vixit hunc aerem non spi„rans. Respondent Judaei, descendit una cum „Jona virtus Dei. Jam vero servo suo submit„tens virtutem Dominus vitam praestabat, ipse „vero sibi ipsi praestare non possit? credo Jo„nam conservatum esse *Jon.* 1. omnia enim „possibilia apud Deum; credo etiam Christum „a mortuis resurrexisse, multa enim habeo „ejus rei testimonia cum ex divinis Scripturis, „tum ex ipsius qui surrexit, efficientia; qui „quidem in inferna descendit solus , pluribus „vero comitatus huc revectus est, & multa „corpora Sanctorum, qui obdormierunt, per „ipsum excitata sunt. Hujus igitur Salvatoris „nostri figuram gestavit Jonas, qui cum in ce„to esset, *in inferno* se esse dicit, *Jon.* 2. *v.* 3. „figura namque erat Christi in infernum olim „descensuri & dum ait: *Subiit caput meum in* „*scissuras montium v.* 6. figuram illius gerebat, „qui in monumento de petra exciso reponen„dus erat. De ipsius resurrectione dicit etiam „Hesaias : *qui eduxit de terra pastorem ovium* „*magnum.* *Is.* 63. *v.* 11.

[Tes]tes re[su]rrectio[nis] Christi. 6. „Cum igitur prophetias habeamus , sit „apud nos fides, nec te ullus aliquando haere„ticus ad infamandam resurrectionem permo„veat: nam Manichaei simulatam non veram „Salvatoris resurrectionem dicentes insuper „habent Paulum, qui praeter alia scribit 1. *Cor.* „15. *v.* 14. *Si autem Christus non resurrexit, va-*

„*na*

„*na est prædicatio nostra, vana quoque est fides nostra* „*&c.* Sed & in sequentibus ait: *visus est Cephæ,* „*posthæc duodecem viris, deinde visus est plusquam* „*quingentis fratribus.* Postea *visus est Jacobo* fratri „quidem, primo vero Paræciæ (civitatis) hujus „Episcopo. At dixeris forte Jacobum fratrem ad „gratiam testimonium tulisse. Sed *deinde &* „*mihi Paulo inimico visus est:* quodnam autem „testimonium ab inimico prædicante sumtum „in dubium adducitur? qui prius persecutor „fui, nunc resurrectionem annuntio. Multi „sunt resurrectionis Salvatoris testes: nox & „plenilunii lumen: petra monumenti, & lapis „revolutus *Matth.* 28. *v.* 2. Angeli Dei testi„monium dicentes *Luc.* 24. *v.* 4. Petrus, Jo„annes & Thomas *Joan.* 20. *v.* 4. *sqq.* Mulie„res *Matth.* 28. *v.* 9. linteamina *Joan.* 20. *v.* 6. „milites & numerata illis pecunia *Matth.* 28. „*v.* 15. locus ipse adhuc conspicuus & isthæc „Ecclesiæ sanctæ domus a felicis recordationis „Imperatore ædificata & exornata. Testatur „etiam resurrectionem Jesu in nomine ejus a „mortuis excitata Tabitha *Act.* 9. *v.* 40. testis „est piscium captura *Joan.* 21. *v.* 6. *sqq.* Pe„trus confessus, & mons olivarum cœlestis „ascensionis janua.

7. „Jam vero doctrinæ fidei series, ut de „assumptione Christi dicamus, monet. De hac „aperte in Psalmis scriptum est: *ascendit Deus* „*in jubilatione Ps.* 46. *v.* 6. Et divinæ Potesta„tes ad se invicem ajebant: *Attollite portas* „*principes vestras &c. Ps.* 23. *v.* 7. & *Ps.* 67. „*v.* 19. dicitur: *Ascendit in altum, captivam*

De Christi ascensione.

„*duxit captivitatem.* Et Propheta Amos ait: „*qui ædificat in cœlum aſcenſionem ſuam. Amos* 9. „*v.* 6. Quando vero Judæi Salvatoris aſcenſio- „ni velut impoſſibili obnituntur, memineris „translationis Abbacum, ſi enim is ab Angelo „per comam ſui capitis translatus & portatus „eſt, *Dan.* 14. *v.* 35. multo magis & Prophe- „tarum & Angelorum Dominus de monte Oli- „varum nubem conſcendens propria virtute ſi- „bi in cœlos adytum parare potuit. Et ſimilia „quidem mira in mentem revoca, Domino ve- „ro mirabilium effectori ſingularem excellen- „tiam ſerva, illi enim portabantur, iſte vero „omnia portat. Memineris Enoch translatum „eſſe *Gen.* 5. at Jeſum aſcendiſſe: recordare, „quod Elias in igneo quidem curru adſumptus „ſit 4 *Reg.* 2. *v.* 11. Chriſti vero currus fuerit „decies millies multiplicata laudantium millia „*Pſ.* 67. *v.* 18. quodque ille *tanquam in cœlum* „adſcenderit 4 *Reg.* 2. *v.* 11. *juxta* LXX. Jeſus „vero *in cœlum*: & quod prior ille dixerit, datum „iri in Spiritu ſancto ſuo diſcipulo duplicia, „Chriſtus vero tantam ſuis diſcipulis S. Spiri- „tus gratiæ participationem concеſſerit, ut „etiam per impoſitionem manuum ſuarum „communicationem ejus credentibus imperti- „rent. Unde non te tuorum pudeat Apoſtolo- „rum, non ſunt Moyſe deteriores, nec Pro- „phetis inferiores, ſed boni ſunt cum bonis, „& bonis meliores.

De ſeſſione Chriſti ad dexteram Patris.

8. „Memento quoque eorum, quæ de Filii „a dextris Patris ſeſſione a me multoties dicta „ſunt, cujus ſedis rationem ne ſollicitius inqui-

„ra-

„ramus, captum enim excedit: neque perfera-
„mus eos, qui perverse asserunt, quod post
„crucem, & resurrectionem & regressum in
„cœlos tunc Filius a dextris Patris sedere cœ-
„pit: non enim ex profectu sedem hanc ade-
„ptus est, sed ex quo est, est autem ab æterno ge-
„nitus, etiam sedet una cum Patre: quem thro-
„num conspicatus Hesaias ait: *Vidi Dominum*
„*sedentem super thronum excelsum &c. If.* 6. *v.* 1,
„Patrem namque nemo vidit umquam *Joan.* 1.
„*v.* 18. qui ergo Prophetæ conspectus est, Fi-
„lius erat. Et Psalmista ait: *Paratus thronus*
„*tuus ex tunc, a sæculo tu es Ps.* 92. *v.* 2. Et
„Psalmus 109 aperte dicit: *Dixit Dominus Do-*
„*mino meo, sede a dextris meis*, quæ verba etiam
„citantur a Christo *Matth.* 22. *v.* 43. & a san-
„cto Petro *Act.* 2. *v.* 34. In Evangelio etiam
„secundum Matthæum scriptum est: *abhinc vi-*
„*debitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis*
„*Dei Matth.* 26. *v.* 64. his consentanea haben-
„tur 1. *Petr.* 3. *v.* 21. *Rom.* 8. *v.* 34. & alibi.
„Ipse vero omnium Deus Christi Pater & D.
„N. Jesus Christus, qui una cum Patre sedet,
„custodiat animas vestras, cui gloria in sæcu-
„la. Amen.



CATECHESIS DECIMA QUINTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore perorata in illud: Et venturum in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis, *ac de Antichristo. Et lectio ex Daniele c. 7. v. 9.* Aspiciebam donec throni positi sunt &c.

Duplex Christi adventus.

1. Sanctus Cyrillus in hac Catechesi tria pertractat, secundum Christi adventum, judicium novissimum, & regnum ejus numquam finiendum. Et quidem de primo capite ita exorditur: Christi adventum annuntiamus non unum duntaxat, sed & alterum priore multo speciosiorem, ille enim patientiæ significationem prætulit, iste vero divini regni diadema feret. Non igitur in primo tantum adventu acquiescimus, sed & secundum expectamus. Veniet Salvator, non ut iterum judicetur, sed ut in jus vocet eos, a quibus in judicium est vocatus. De utroque illo adventu loquitur Malachias Propheta *cap.* 3. *v.* 1. *Et statim veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis:* Ecce unus adventus. Et rursum de altero ita infit: *Ecce venit Dominus omnipotens, & quis sustinebit diem egressus ejus &c. Mal.* 3. *v.* 2. *sqq.* hos duos quoque adventus significat Paulus ad Titum scribens: *Apparuit gratia Dei Salvatoris, erudiens nos . . . ut pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & apparitio-*

„*tionem gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Je-*
„*su Christi. Tit.* 2. *v.* 11. Viden' quomodo pri-
„mum expressit adventum, de quo gratias agit,
„alterum vero quem expectamus.

2. „Veniet igitur D. N. Jesus Christus e cœ- *Futura*
„lis, veniet vero circa finem mundi hujus cum *mundi in-*
„gloria in postrema die ; fiet enim mundi hu- *novatio.*
„jus consummatio, & factus iste mundus rur-
„sum renovabitur : quoniam enim omne pec-
„catorum genus effusum est super terram, ut
„ne admirabile domicilium istud iniquitate op-
„pletum remaneat, pertransibit hic mundus,
„ut, qui sit pulchrior, excitetur; ita prædicit
„Hesaias: *Et convolvetur sicut liber cœlum Is.* 34.
„*v.* 4. Et Evangelium ait: *Sol obscurabitur &c.*
„*Matth.* 24. *v.* 29. Convolvet cœlos Dominus,
„non ut iis adferat interitum, sed ut rursus ex-
„citet pulchriores. Audi Davidem: *Ipsi per-*
„*ibunt, & omnes sicut vestimentum veterascent, &*
„*sicut amictum circumvolves eos, & immutabuntur.*
„*Ps.* 101. *v.* 17. Sed tempus nemo curiose in- *Tempus*
„quirat, *non enim*, inquit, *vestrum est, nosse* *ejus.*
„*tempora vel articulos temporum, quos Pater con-*
„*stituit in propria potestate Act.* 1. *v.* 7. neque
„audeas definire, quando hæc fient, neque
„iterum supine obdormias: *Vigilate* enim ait,
„*quia hora, qua non expectatis, filius hominis ve-*
„*niet. Matth.* 24. *v.* 42.

3. „Verum quoniam expediebat, nos sig- *Signa*
„na consummationis perspecta habere, ne a *eam præ-*
„mendaci Antichristo in errorem abducere- *cedentia.*
„mur, quæ scripta sunt signa declarabimus: tu

„vide apud te, quænam ex illis jam contige-„rint, quænam adhuc eventura restent, teque „præmuni. Primum proinde signum ostendit „Christus *Matth.* 24. *v.* 4. *Videte, nequis vos se-„ducat; multi enim venient in nomine meo, dicen-„tes: Ego sum Christus, & multos seducent.* Hæc „facta sunt ex parte, nam hoc dixit Simon „magus & Menander, & alii quidam ex hære-„sum principibus: dicent vero idem & nostris „temporibus & post nos alii. Signum *secun-„dum: audituri autem estis bella & rumores bello-„rum Matth.* 24. *v.* 6. Estne igitur in præsenti „tempore Persarum contra Romanos circa Me-„sopotamiam bellum, an non? consurget „gens contra gentem, *& erunt fames, pestilen-„tiæ & terræ motus per loca.* Hæc jam facta „sunt. Et iterum: *terriculamentaque de cælo, „& magnæ tempestates Luc.* 21. *v.* 11. *Tertium* „signum Salvator dicit: *& tunc scandalum pa-„tientur multi, & alius alium invicem tradent, se-„seque odio habebunt Matth.* 24. *v.* 10. Si audie-„ris, quod Episcopi adversum Episcopos, & „Clerici adversum Clericos, & populi in popu-„los ad sanguinem usque grassantur. Signum „*quartum* habes; Et prædicabitur Evangelium „hoc regni in toto orbe in testimonium omni-„bus gentibus, & tunc finis adveniet *ib. v.* 14. „Et fere, ut videmus, universus mundus do-„ctrina de Christo oppletus est.

De Antichristo & defectione ravia.

4. „*Quintum* signum dicit in consequenti-„bus. *Quando igitur videritis abominationem de-„solationis &c. Matth.* 24. *v.* 15. *sqq.* Frater-„num odium Antichristo dat deinceps locum.

„De

„De hoc scribens Apostolus perspicuum signum „dedit, dicens: *Quoniam nisi venerit prius defe-„ctio, & revelatus fuerit homo peccati &c. 2. Thess.* „2. *v.* 3. *sqq.* Nunc vero defectio est, defece-„runt enim homines a recta fide, & alii qui-„dem Filio-paternitatem prædicant, alii vero „Christum ex non extantibus ad esse perdu-„ctum dicere audent. Et prius quidem conspi-„cui erant hæretici, nunc autem hæreticis re-„pleta est Ecclesia. Hæc igitur defectio est, „& expectandus jam inimicus, qui jam ex par-„te præcursores mittere occepit. Christus ve-„rus Unigenitus Dei Filius non amplius de ter-„ra venturus est; ne imposterum ad terram & „ima respice, e cœlis enim descendet Dominus „non solus sicut antea, sed multo comitatu in-„numerabilium angelorum stipatus: neque ab-„scondite ut pluvia in vellus *Ps.* 71. *v.* 6. sed „ut fulgur conspicue collucens *Matth.* 24. *v.* 27.

Antichristi adventus & expeditiones.

5. „Cum ergo verus Christus secundo ven-„turus erit, simplicium & circumcisorum præ-„sertim expectationem adversarius in occasio-„nem sumens producet quemdam hominem „magum, qui & Romani imperii dominatio-„nem usurpabit, & falso se Christum appella-„turus est, & ita Judæos, qui Christum seu Mes-„siam expectant, decipiet, gentilesque magi-„cis præstigiis pertrahet. Veniet porro iste „Antichristus, cum Romani imperii completa „fuerint tempora, jam jamque finis mundi „proximus erit. Decem simul Romanorum re-„ges exurgent in diversis forte locis eodem „tamen tempore regnantes: post hos undeci-

„mus erit Antichristus. Tres eorum humilia„bit. septem reliquos suæ ditionis subjectos ha„bens. Ac primum quidem clementiam simu„labit, deinceps vero omnibus crudelitatis & „sceleris inscribetur notis, sanguinarium ad„versum omnes, tum vero maxime contra nos „Christianos animum gerens. Postquam vero „tres annos & menses sex duntaxat talia de„signaverit, a secundo Filii Dei, Domini & „Salvatoris Jesu, veri Christi glorioso de cœlis „adventu abolebitur, qui Spiritu oris sui Anti„christum interficiens illum igni tradet sem„piterno.

6. „Hæc autem docemus ex divinis, quas „legit Ecclesia scripturis, & maxime ex Danie„lis prophetia *cap.* 7. *v.* 23. Sicut & Gabriel „interpretatus est his verbis: *quarta bestia,* „*quartum erit regnum in terra, quod omnia regna* „*supereminebit.* Hoc autem Romanorum esse „Ecclesiastici auctores tradiderunt: Cum enim „primum sit Assyriorum imperium; alterum „Medorum & Persarum; tertium Macedonum; „quartum imperium est præsens Romanorum. „Tunc in consequentibus Gabriel ait: *decem* „*cornua ipsius, decem reges exurgent, & post ip*„*sos exurget rex alter, qui omnes se anteriores* „*malis superabit v.* 24. & ipse octavus regnabit „*v.* 25. Et verba contra Altissimum loquetur. „Quis autem iste est? Interpres esto Paule: „*cujus est,* inquit, *adventus secundum operationem* „*Satanæ, in omni potestate & signis & prodigiis* „*mendacii* 2. *Thess.* 2. *v.* 9. hoc innuens, Sata„nam eo tamquam instrumento usurum in pro„pria

„pria persona per ipsum operantem. Idola „etiam odio habiturus est Antichristus, *ita ut* „*ipse in templo Dei sedeat. Ib. v.* 4. templo scili„cet everso Judæorum, & initio quidem huma„nitatem simulans, postea vero feritatem ma„xime adversum Sanctos Dei demonstrans, „nam *erit afflictio, qualis non fuit, ex quo gens* „*extitit super terram Dan.* 12. *v.* 1. Idcirco ad„versarii hujus vim pernoscens piis veniam „concedit ajens: *tunc qui in Judæa erunt, fu*„*giant in montes Matth.* 24. *v.* 6. Siquis vero si„bi firmitatis conscius sit, ut adversus Satanam „repugnet, persistat, nam Deus afflictionis „magnitudinem paucis diebus circumscripsit, „dicit enim: *sed propter electos decurtantur dies* „*illi. Ib. v.* 22. regnabit quippe Antichristus „tres annos & dimidium duntaxat *Dan.* 7. „*v.* 25. *Et dabitur in manu ejus usque ad tempus*, „id est, annum unum, *& tempora*, scilicet an„nos duos, *& dimidium temporis*, seu sex men„ses. Fortassis etiam nonnulli in hanc senten„tiam interpretati sunt quod sequitur: *dies mil*„*le ducenti nonaginta Dan.* 12. *v.* 11. & illud: „*pervenit in dies, mille trecentos, triginta quinque* „*v.* 12. Porro ego super omnes martyres illius „temporis martyres esse dixerim; tum quia „cum Satana ipso in propria persona congre„dientur: tum quia hic conjuncta erit cum ter„roris tum deceptionis per falsa prodigia inci„tatio. Unde cautum te facit Apostolus di„cens: *propterea mittet*, id est fieri concedet, „*eis Deus operationem erroris, ut condemnentur,* „*quia non crediderunt veritati.* 2. *Thess.* 2. *v.* 10. „sed Antichristo.„ Teipsum igitur præmuni,

„habes signa Antichristi, neque solus ea recor„dare, sed & omnibus communica: Terrent „me bella nationum, terrent Ecclesiarum scis„siones, terret mutuum fratrum odium, & hæc „quidem dicantur tantum, absit vero ut no„stris temporibus compleantur. Cauti tamen „interim simus. Atque hactenus de Antichristo.

7. „Suscipiamus vero & expectemus Do„minum de cœlis in nubibus venturum. Tu„bæ Angelicæ tunc insonabunt. Qui mortui „erunt in Christo primum resurgent, pii qui „vivent, in nubibus rapientur hoc laborum „præmium recepturi, ut humana sorte subli„mius honorentur, quoniam supra vires hu„manas decertarunt. Quemadmodum Paulus „Apostolus scribit 1. *Thess.* 4. *v.* 15. Vidit „etiam hunc Domini adventum Ecclesiastes „*cap.* 11. *v.* 9. *sqq.* Futurum est autem ut illo „tempore post hyemem corpora nostra cœlesti „flore florescant. Sed quodnam est ejus adven„tus signum? *Et tunc*, inquit, *apparebit signum* „*Filii hominis in cœlo. Matth.* 24. *v.* 30. Signum „autem verum & Christi proprium Crux est. „Lucidæ crucis signum Regem præcedit, de„monstrans eum, qui prius crucifixus fuit, ut „videntes qui eum ante pupugerant Judæi de„plorent tribus contra tribus dicentes: hic est, „quem crucifixum prius contemtui habuere. „Quonam, inquient, fugiemus a facie iræ tuæ? „Angelicis vero exercitibus cincti nusquam „sane fugere poterunt. Signum crucis hostibus „terror erit, gaudium vero amicis, qui in eum „crediderunt.

Resurrectio generalis verno tempore fiet.

8. „Ut

8. „Ut autem cum inimicis non confun- *Congregatio ad judicium.*
„dantur electi, *mittet angelos suos cum tuba mag-*
„*na, & congregabunt electos ejus a quatuor ventis.*
„& dicet eis; *venite benedicti Patris mei. Matth.*
„24. *v.* 34. Sed inquiet aliquis: inops sum,
„& illo fortassis tempore infirmus in lecto in-
„veniar, aut ego mulier in pistrino anne ergo
„condemnemur? confide homo, judex perso-
„nas non respicit, etiamsi in agro fueris assu-
„ment te Angeli. Solummodo confide, ope-
„rare, alacriter decerta, nihil enim tibi deper-
„ibit: descripta est tua oratio, omnis eleemo-
„syna: descriptum omne jejunium, & con-
„jugium caste observatum. Primas vero coro-
„nas habet virginitas, & tamquam angelus
„collucebit. At sicut læta audivisti, sic eis
„adversa audito. Descripta est omnis tua ra-
„pina, scortatio, blasphemia, & reliqua, quæ
„nunc post Baptismum commiseris, nam quæ
„illum præcessere, delentur.

9. „*Quando autem venerit Filius hominis* *Judicium extremum.*
„*in gloria sua, & omnes Angeli cum eo Matth.*
„25. *v.* 31. Vide homo, quam multis testi-
„bus judicium ingrederis, aderit tunc univer-
„sum hominum genus, & omnes Angeli,
„quorum cœli cœlorum omni æstimatione supe-
„riorem numerum complectuntur. Aderit
„igitur tunc in judicio Deus omnium Pater,
„una sedente Jesu Christo, & simul præsen-
„te Spiritu sancto. Advocabit nos omnes an-
„gelica tuba, ea quæ gessimus ferentes. Non-
„ne jam ex hinc metu agi oportet? tam mul-
„tis testibus condemnari. Paveamus igitur,
„ne

„ne nos condemnet Deus, qui inquisitione „aut accusatoribus ad condemnationem opus „non habet. Nec dixeris: nocte scortatus sum, „aut aliud quid egi, nec aderat ibi hominum „quisquam. Ex tua conscientia judicaberis. „Terribilis judicis vultus veritatem te dicere „coget, seu potius convincet. Tremendum „vere judicium est, & propter ea, quae de„nuntiantur futura, verus timori locus. Reg„num coelorum proponitur, & ignis aeternus „paratus est. Quonam igitur modo, ajet „quispiam, ignem effugiemus? quove modo „regnum ingrediemur? *Esurivi* inquit, *& de„disti mihi manducare &c. Matth.* 25. *v.* 35. *seq.* „Haec si feceris, una regnabis; si praetermise„ris, condemnaberis. Jam nunc ergo haec „operari incipe, & persevera in fide, ne fa„tuarum virginum exemplo oleum emturus „abiens excludaris. Luceat lux tua bonorum „operum coram hominibus: feras indumen„tum incorruptionis in bonis operibus emicans, „& quodcunque a Deo rite administrandum „suscepisti negotium, e re administra. Tan„tum ne quis ex nobis condemnatus abjicia„tur, ut cum fiducia occurramus aeterno Re„gi Christo qui regnat in saecula.

Christi regnum aeternum.

10. „Regnat enim in saecula, qui judicat „vivos & mortuos pro vivis & mortuis mor„tuus, *ut & vivis & mortuis dominetur Rom.* 24. „*v.* 9. Quodsi forte aliquem audiveris dicen„tem, quod finem habeat Christi regnum, „hanc haeresin execrare, draconis alterum est „caput, quod novissime circa Galatiam suc„crevit

vit (*scilicet in Marcello Ancyrano*) non
m audivit Dominum dicentem: *Filius*
net, in sæculum Joan. 8. *v.* 35. non audivit
brielem ajentem: *regni ejus non erit finis*
:. 1. *v*, 32. Et Danielem: *regnum ejus non*
ruetur Dan. 7. *v.* 13. Vis autem cognosce-
unde in talem insaniam adversarii deve-
unt. Legerunt prave illud: *oportet ipsum*
iare, donec posuerit omnes inimicos suos sub
ibus suis 1. *Cor.* 15. *v.* 25. & dicunt per-
se & stulte, post hæc non regnabit: qui
m priusquam hostes debellaverit, regnat;
me multo magis post superatos hostes
naturus est? Ausi sunt & hoc dicere,
d illa sententia: *Filius subjicietur ei, qui*
ia ipsi subjecit Ib. v. 28. significet, Filium
lutum iri in Patrem. Verum Filius sub-
etur Patri non quasi tunc Patri parere
ipiat, ab æterno enim quæ placita sunt
facit semper, sed quia tunc quoque obe-
t non coactam præstans obedientiam, sed
ntaneam obsequendi voluntatem, non enim
rus est, sed Filius. Deinde Ly *donec*, seu
ue temporis finem non notat, uti patet
illo: *regnavit mors ab Adam usque ad Moy-*
Rom. 5. *v.* 14. nam etiam post Moysen
rtis sententia ad eos, qui eum sequuti
t pervenit. Tu ergo auditor illum solum
gem adora, depositum de Christo custo-
& in bonis operibus decore te gere, ut
num cœlorum consequaris cum fiducia ad-
is coram Judice, per quem, & cum quo
ria Deo cum sancto Spiritu in sæcula sæ-
rum. Amen.

CATE-

CATECHESIS DECIMA SEXTA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymæ ex tempore pronuntiata in illud: Et in unum sanctum Spiritum Paracletum, qui locutus est in Prophetis. *Et lectio ex* 1. *Cor.* 12. De spiritualibus autem fratres nolo vos ignorare &c.

Unus Spiritus sanctus. 1. Articulum Symboli de Spiritu sancto in hac Catechesi S. Cyrillus exponit, in quod præstandum ait: „Spiritali vere opus „est gratia, cum Christus aperte dixerit: *Qui-„quis dixerit verbum contra Spiritum sanctum, „non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in „futuro. Matth.* 12. *v.* 32. Unus igitur est so-„lus sanctus Spiritus Paracletus, quemadmo-„dum est unus Deus Pater, neque est secun-„dus Pater, & sicut unus est unigenitus Filius „& Verbum Dei, fratremque non habet, sic „unus solnmmodo est Spiritus sanctus, neque „est secundus Spiritus ipsi honore par. Et „proinde sanctus Spiritus maxima potestas, „divinum quiddam & investigabile, vivit enim „& rationabilis est, sanctificator rerum om-„nium a Deo per Christum effectarum. Ille „justorum animas illustrat, ille & in Prophe-„tis, ille & in Apostolis in novo Testamen-„to. Nemo igitur a novo Testamento vetus „dividat, nullus dicat, alium ibi, & alium „hic Spiritum esse, alioquin in ipsum offendet „Spiri-

„Spiritum sanctum, qui cum Patre & Filio „honoratur, & sancti baptismatis tempore in „sancta Trinitate simul comprehenditur. *Matth.* „28. *v.* 19. Spes nostra est in Patrem & Filium „& S. Spiritum. Non tres deos annuntiamus, „verum cum S. Spiritu per unum Filium unum „Deum prædicamus: neque separamus sanctam „Trinitatem, velut nonnulli (*id est Ariani*) „faciunt, neque confusionem juxta Sabellium „facimus: sed novimus unum Patrem, qui „nobis Salvatorem misit, novimus unum Fi„lium, qui se pollicitus est, missurum a Patre „Paracletum; novimus Spiritum sanctum, qui „locutus est in Prophetis, & in Pentecoste su„per Apostolos isthic in Hierusalem delapsus „est in superiore Apostolorum Ecclesia.

2. „Propositum est deinceps quædam de „Spiritu sancto proloqui, non quidem sub„stantiam seu naturam ejus accurate enuntia„re, impossibilis quippe res, sed diversas quo„rumdam circa eumdem aberrationes notare, „namque impiissimi circa omnia hæretici etiam „adversus sanctum Spiritum infanda dicere „sunt ausi, quemadmodum Irenæus auctor in „suis adversus hæreses libris scripsit. Alios „quidem non veritum est, seipsos Spiritum „sanctum dicere, quorum primus Simon ma„gus. Gnostici vero alia contra Spiritum san„ctum effati sunt, & rursus alii improbi Va„lentiniani. At confceleratissimus Manes seip„sum ausus est dicere paracletum a Christo mis„sum. Alteri vero alium in Prophetis alium„que in novo Spiritum commenti sunt. Hu„jus-

Hæreses contra Spiritum sanctum.

„jusmodi igitur homines oderis & fuge. Odio „sint & Marcionistæ, qui veteris Testamenti „verba e novo detraxerunt. Odio sint Cata„phryges & Montanus illis malorum auctor, „atque ambæ illius prophetissæ Maximilla & „Priscilla: Montanus enim ille furiosus au„sus est seipsum Spiritum S. dicere homo „omni lascivia coopertus, qui prætextu suo„rum mysteriorum mulierum parvulos filios „jugulans in nefastas epulas concidebat: prop„terea cum adhuc persecutio desæviret, nos „horum facinorum suspicione laborabamus, eo„quod Montanistæ communi nobiscum nomi„ne Christiani vocarentur.

Cur Spiritus S. aqua vocetur.

3. „Hæc a nobis de ejectis illis dicta sun„to: deinceps vero ad divinas Scripturas re„vertamur, & bibamus de aqua vivente, *quæ „salit in vitam æternam: hoc autem dixit Salva„tor de Spiritu, quem accepturi erant credentes in „eum Joan.* 7. *v.* 38. Quid autem causæ est, „quod Spiritus gratiam aquæ vocabulo nun„cupavit? Quod videlicet per aquam omnia „consistunt: quod herbarum & animantium ef„fectrix est aqua: quod ex cœlis imbrium „aqua descendit, multiformes vero parit effe„ctus, nam unus & idem imber in lilio can„didus efficitur, in rosa ruber. Et alius qui„dem existit in palma, & alius in vite, inque „omnibus omnia, non seipsum commutans, „sed suscipientium se structuræ accomodans. „Ad eumdem modum & Spiritus sanctus, „cum unus sit, & unius modi & indivisibilis, „unicuique gratiam prout vult dividit, &

„quem-

„quemadmodum lignum aridum aquam con„cipiens germina emittit, sic & anima pecca„trix per pœnitentiam Spiritus sancti dono „dignata justitiæ racemos portat: cumque il„le unius modi sit, multiplices tamen in „Christi nomine virtutes operatur: nam al„terius quidem utitur lingua ad sapientiam: „alterius mentem prophetia illustrat: huic fu„gandorum dæmonum potestatem impertit: „illi divinas Scripturas interpretandi donum „largitur: alterius castitatem corroborat, alium „misericordiam vel eleemosynam, alium je„junare & ascetica vitæ exercitationes tole„rare docet, alium res corporis contemnere: „alium ad martyrium præparat, sicut scrip„tum est 1. *Cor.* 12. *v.* 7.

Spiritus nomen diversis rebus tribuitur.

4. „Verum quoniam Spiritus appellatio in „divinis Scripturis diversis rebus attributa est, „optimum est videre, quinam sit is, qui peculia„ri ratione Spiritus sanctus appellatur: multa „enim vocantur spiritus, nam & Angelus no„minatur spiritus *Ps.* 103. *v.* 4. anima nostra „spiritus dicitur *Ps.* 145. *v.* 4. & ventus iste „qui spirat, spiritus appellatur *Ps.* 47. *v.* 8. „& bona doctrina vocatur spiritus *Joan.* 6. „Spiritus etiam vocabulo peccatum appella„tur *Oseæ* 4. *v.* 12. vocatur etiam spiritus dæ„mon, sed cum hac adjectione *immundus* „*Luc.* 12. *v.* 24. unicuique enim spiritui adje„ctum est cognomen, quod propriam notitiam „designet: si de anima dicit, *spiritus hominis* „dicit: si de vento, *spiritum procellæ* ait: si pec„catum notet, *spiritum fornicationis* dicit: si

„dæmonem significet, *spiritum immundum* ap-
„pellat, ne putes, de sancto Spiritu dici: istud
„enim spiritus nomen medium ac commune
„est, & quidquid spissum ac densum corpus
„non habet, spiritus universe dicitur; cum igi-
„tur dæmones huiusmodi corpora non ha-
„beant, spiritus appellantur. Sed grande in-
„tercedit discrimen: nam impurus dæmon,
„quando in animam hominis irruperit, alieno
„corpore & instrumento abuti vi facta cona-
„tur, stantem dejicit, linguam invertit, labia
„contorquet, sermonum loco spumam exprimit,
„tenebris mergitur homo, apertus oculus est,
„& per illum anima nihil videt, & palpitat
„tremebundus ante mortem homo miserabilis.

Effectus Spiritus sancti.

5. „Non est hujusmodi Spiritus sanctus:
„primum enim mansuetus & lenis ejus acces-
„sus, suavis & fragrans ejus sensio, jugum
„levissimum. Adventum ejus antevertunt præ-
„micantes scientiæ radii, venit salvare, sa-
„nare, docere, monere, roborare, consolari,
„illustrare mentem primum ejus, a quo susci-
„pitur, dehinc ejus opera aliorum, ita ut qui
„Spiritus S. dono illuminatur supra hominem
„evectus videat, quæ nesciebat: posito in ter-
„ra corpore anima cœlos tamquam in speculo
„contuetur. Videt ut Hesaias *Dominum seden-*
„*tem super thronum excelsum Is.* 6. *v.* 1. exi-
„guusque homo initium mundi & finem vi-
„det, & medium temporum spatium, & re-
„gum successiones cernit, quæ non addidicit,
„adest enim verus lucis præbitor. Parietibus
„includitur homo, vis tamen scientiæ longe pro-
„tendi-

„tenditur, ut ea etiam, quæ ab aliis fiunt, con„spiciat. Sic S. Petrus Ananiæ & Sapphiræ „*Act.* 5. *v.* 3. Et Elisæus Giezi avaritiam 4. *Reg.* „5. *v.* 25. absentes cognoverunt. Hesaias etiam „ante annos fere mille excidium Hierosoly„mæ prævidit, quod revera postea impletum „est. *Is.* 1. *v.* 8.

6. „Viden', quomodo Sanctos illuminat „Spiritus sanctus. Si aliquando sedenti tibi „de castitate aut virginitate succurrit cogita„tio, illius doctrina est. Nonne jam multo„ties puella ad nuptiales thalamos constitu„ta aufugit, illo de virginitate instruente? „nonne persæpe homo in palatiis conspicuus „opes & dignitatem conspuit a Spiritu sancto „edoctus? nonne plerumque adolescens spe„ciosam formam conspiciens oculos com„pressit, & inquinamentum effugit? quia Spi„ritus sanctus ejus mentem edocuit. Tot sunt „avaritiæ cupiditates in mundo, & paupertа„tem voluntariam sectantur Christiani: quam„obrem? propter Spiritus sancti intimam præ„ceptionem. Homo corpus adhuc circumfe„rens cum ferissimis multis luctatur dæmoni„bus, & sæpe dæmon ab illo per virtutem „Spiritus S. in eo existentem verbis precum „domitus est, ac simplex exorcizantis insuffla„tio invisibili hosti ignis efficitur. Magnum „igitur a Deo habemus auxiliatorem & prote„ctorem, magnum Ecclesiæ doctorem: ne „formidemus diabolum, major est enim, qui „propugnator noster est.

Spirit S. bon rum c tationi auctor

Exorc mi vis

Spiritus S. paracletus. 7. „Vocatur autem Paracletus, sive consolator, eoquod consoletur, hortatu erigat, „& sublevet infirmitatem nostram *Rom.* 8. „*v.* 26. Sæpe propter Christum contumeliis affectus quispiam injuste dedecori habitus est, „Martyrium imminet: sed Spiritus S. suggerit: „Sustine Dominum: exigua sunt, quæ in te „fiunt, magna, quæ donabuntur *Rom.* 8. *v.* 18. „ac Martyres dura illa quæ videntur conspuebant, & Spiritus S. *docebat eos in ipsa hora,* „*quæ oporteat dicere Luc.* 12. *v.* 11. Impossibile est namque pro Christi testimonio martyrium perpeti, nisi per Spiritum S. quis perpetiatur, si enim *nemo potest dicere Dominum* „*Jesum Christum, nisi in Spiritu sancto* 1. *Cor.* „12. *v.* 3. ecquis suam ipsius vitam pro Jesu „daturus est, nisi in Spiritu sancto?

Martyres roborat.

Spiritus S. omnia videt. 8. „Magnum quiddam & omnipotens in „donis Spiritus S. Unicuique convenienter „operatur, uniuscujusque compositionem videt, videt & cogitationem & conscientiam „quidquid & loquamur & mente agitemus. Vide magnum rectorem, donorumque largitorem, quomodo in omni mundo illi castitatem, „isti perpetuam virginitatem, huic misericordiam vel eleemosynæ studium, alii paupertatis studium, alteri adversantium spirituum „effugandi vim attribuit.

Omnium est magister & sanctificator. 9. „Sed & cogitatione ascende ad primum „cœlum, & contemplare tam multa Angelorum millia. Horum omnium a Deo datus „Præfectus & Magister & Sanctificator Para-

„cletus,

„cletus. Eo opus habent Elias, & Helisæus, „& Hesaias ex hominum ordine: eo ex Ange-„lorum forte Michael & Gabriel, nulla crea-„tarum rerum ipsi par, nam omnia angelorum „genera & exercitus simul collecti nullam cum „Spiritu S. paritatem æqualitatemque sustinent: „hæc omnia tegit & obscurat summe bona „Paracleti potestas; illi siquidem in ministe-„rium mittuntur, hic vero *scrutatur etiam pro-„funda Dei* 1. *Cor.* 11. *v.* 10. Hic de Christo „in Prophetis prædicavit, hic in Apostolis „operatus est, hic ad hodiernam usque diem „in Baptismate animas obsignat. Et Pater „quidem dat Filio, & Filius communicat Spi-„ritui sancto *Joan.* 16. *v.* 13. Pater per Fi-„lium cum sancto Spiritu omnia donat; non „alia sunt Patris dona, alia Filii, alia-„que Spiritus sancti, una enim salus est, una „potestas, fides una. Unus Deus Pater, „unus Dominus, unigena ejus Filius, unus „Spiritus sanctus Paracletus. Atque ista no-„bis scire sufficiat, naturam vero vel substan-„tiam ne sollicite inquirito, satis est salutem „nosse, quod est Pater & Filius & Spiritus „sanctus.

Pater Filio, hic Spiritui sancto dat.

10. „Hic Spiritus delapsus est in illos „septuaginta sub Moyse seniores *Num.* 11. „*v.* 24. non diviso Spiritu, sed gratia ejus „pro suscipientium potestate distributa. Signi-„ficatur autem & illud, quod in Pentecoste „apud nos futurum erat, nam & ipse apud „nos descendit. Eamdem ubique tam in ve-„teri tum in novo fœdere figuram designantem „vides.

Spiritus S. in justos & Prophetas delapsus.

„vides, Sub Moyse per impositionem manuum „dabatur Spiritus *Deut.* 34. *v.* 9. Et Petrus „per impositionem manuum largitur Spiritum „*Act.* 8. *v.* 17. In te quoque qui baptizandus „es perventura est gratia. Hic idem Spiritus „in omnes justos & Prophetas venit, Enos, „Noe, Enoch, Abraham, Isaac, Jacob, Jo„seph, Moysen, Job & reliquos. In hujus „Spiritus virtute Othoniel judicavit *Jud.* 3. „*v.* 10. Gedeon roboratus est *Jud.* 6. *v.* 34. „Jephtae victoriam reportavit *c.* 11. *v.* 29. „Debbora mulier bella tractavit *c.* 4. *v.* 4. Et „Samson, dum adhuc juste operabatur, „nec illum Spiritum contristabat, humanis „viribus superiora egit *Jud.* 13. Nam & „de Samuele & Davide in Regnorum libris „habemus, quomodo in Spiritu S. propheta„bant ipsi, & Prophetarum duces erant 1. *Reg.* „9. *v.* 9. 2. *Reg.* 23. Et quemadmodum in Pa„ralipomenis habemus Spiritu S. donati sunt „Azarias sub rege Asaph 2. *Paral.* 15. *v.* 1. & „Oziel sub Josaphat *Ib. cap.* 20. *v.* 14. & rur„sus alter Azarias, qui lapidatus fuit *Ib. c.* 24. „*v.* 20. Esdras vero ait: Et spiritum tuum „bonum dedisti &c. 2. *Esd.* 9. *v.* 20. De Elia „vero & Elisæo spiritiferis clarum est nobis „etiam tacentibus eos Spiritu sancto plenos „extitisse.

Testimonia Prophetarum de Spiritu sancto.

11. „Si vero quisquam omnes tum duo„decim tum aliorum Prophetarum libros per„currerit, plurima de sancto Spiritu testimonia „reperiet. Sic Michæas ex persona Dei ait: „*nisi ego impleverim fortitudinem in Spiritu Do„mini.*

„*mini. Mich.* 3. *v.* 8. Et Joel clamat: *effundam*
„*de Spiritu meo super omnem carnem. Joel* 2.
„*v.* 28. Et Aggæus ait: *Spiritus meus interest*
„*in medio vestri Agg.* 2. *v.* 5. Zacharias simi-
„liter: *mandata mea recipite, quæcunque ego præ-*
„*cipio in Spiritu meo servis meis Prophetis Zach.* 1.
„*v.* 6. Et Hesaias; *requiescet super eum Spiritus*
„*Dei; Spiritus sapientiæ &c. Is.* 11. *v.* 2. Et
„Ezechiel; *& cecidit super me Spiritus &c.*
„*Ezech.* 11. *v.* 5. Idem sapientem effecit Da-
„nielis animam in judicio castæ Susannæ
„*Dan.* 13. *v.* 45. Et in explicatione visionis
„imaginis. *Dan.* 2. *v.* 31. Deus igitur pacis
„per Dominum nostrum Jesum Christum & per
„charitatem Spiritus vos omnes spiritalibus &
„cœlestibus dignetur donis, cui gloria & im-
„perium in sæcula sæculorum. Amen.

CATECHESIS DECIMA SEPTIMA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis extemporalis dicta, quæ de Spiritu sancto reliqua erant, absolvens. Et lectio ex 1. *Cor.* 12. *v.* 8. Huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ &c.

1. In superiori Catechesi S. Cyrillus benefica Spiritus sancti opera solis vere veteris Testamenti testimoniis comprobavit, in hac vero novi Testamenti de sancto Spiritu testimonia exequitur, & inprimis notat: „Quod „unus sit & idem Spiritus, qui dona quidem „sua peculiariter unicuique prout vult, divi- „dit: *Spiritu S. unu indivis*

„dit: ipſe autem indiviſus manet, non enim „alius eſt Parcletus præter Spiritum ſanctum, „ſed unus & idem eſt diverſis ſignificationi„bus appellatus, vivens & ſubſiſtens & ope„rans angelorum atque hominum ſanctificator.

Varia nomina Spiritus ſancti.

2. „Ne autem ob diverſas ſancti Spiritus ap„pellationes nonnulli ex ignorantia diverſos hos „ſpiritus & non unum & eumdem arbitrentur, „de his appellationibus paucas ex multis recita„bimus. Vocatur quidem *Spiritus* 1. *Cor.* 12. *v.*8. „dicitur autem *Spiritus veritatis*, ſicut ait Salva„tor. *Joan.* 16. *v.* 13. Appellatur quoque Para„cletus, ut idem dixit *Ib. v.* 7. Quod autem una „res ſit Spiritus S. & Paracletus dictum eſt *Jo„an.* 14. *v.*26. Quod vero idem ſit Paracletus cum „Spiritu veritatis, dictum habetur *Ib. v.* 16. & „*Joan.* 15. *v.* 26 vocatur autem *Spiritus Dei*, ſicut „ſcriptum eſt *Joan.* 1. *v.* 32. Nominatur & *Spiri„tus Patris*, uti Servator ait: *Matth.* 10. *v.* 20. „Appellatur & *Spiritus Dei & Chriſti*, velut ſcri„bit Paulus *Rom.* 8. *v.* 9. Vocatur & *Spiritus Filii* „*Dei*, ſicut dicitur *Gal.* 4. *v.* 6. Nominatur etiam „Spiritus Chriſti, ſicut eſt ſcriptum 1. *Pet.* 1. *v.*11. „Vocatur etiam *Spiritus ſanctificationis Rom.* 1. „*v.* 4. Dicitur & *Spiritus adoptionis*. *Rom.* 8. *v.* 15. „Appellatur quoque *Spiritus revelationis Eph.* 1. „*v.* 17. Nominatur etiam *Spiritus promiſſionis* „*Ib. v.* 13. vocatur & *Spiritus gratiæ Heb.* 10. „*v.* 29. vocatur & *Spiritus bonus Pſ.* 142. *v.* 11. „Item *Spiritus principalis Pſ.* 50. *v.* 14. in Heſaia „vero *Spiritus ſapientiæ, & intelligentiæ &c. Iſ.* 12. „*v.* 1. *ſeqq.* Ex quibus omnibus conficitur, diver„ſas quidem appellationes eſſe, unum autem &

„eum-

„eumdem Spiritum sanctum, viventem, & sub- „sistentem, semperque Patri & Filio una præ- „sentem, qui non ab ore Patris aut Filii loquen- „do profertur, neque in aera diffunditur, sed hy- „postasi prædītus est, loquens ipse, operans, & „sanctificans, cum indivulsa sit, unicaque salu- „tis erga nos dispensatio, quæ ex Patre & Fi- „lio & sancto Spiritu existit. *Spiritus S. vivens & subsistens.*

3. „Hic Spiritus sanctus est, qui in sanctam „Virginem Mariam venit: cum enim Christus „esset Unigenitus, qui generabatur, Spiritus „sanctus adveniens in eam sanctificavit ad hoc, „ut posset capere eum, per quem omnia facta „sunt. Hic Spiritus sanctus in Elizabet efficaciam „suam prodidit, nam etiam conjuges novit, „modo legitimum sit conjugium. Et repleta „est Spiritu sancto Elizabet, & prophetavit. „*Luc.* 1. *v.* 41. Eodem spiritu repletus est, & „Zacharias Joannis Pater prophetavit *Ib. v.* 67. „*sqq.* Ab eodem Spiritu sancto responso ad- „monitus Symeon in templo, quæ ad eum at- „tinebant, palam testificatus est. *Luc.* 2. *v.* 26. „*sqq.* Joannes vero, qui Spiritu sancto reple- „tus est ex utero matris suæ ad hoc sanctifica- „tus est, ut Dominum baptizaret, non confe- „rens Spiritum, sed eum, qui Spiritum con- „ferebat annuntians, ait namque: *ipse vos ba-* „*ptizabit in Spiritu sancto & igni Matth.* 3. *v.* 12. „quia in igneis linguis Spiritus facta est de- „scensio. Hic Spiritus S. delapsus est, cum „Dominus baptizaretur, ne illius, qui bapti- „zabatur lateret dignitas: *ecce* enim, inquit, „*aperti sunt cœli, & vidit Spiritum Dei descen-* *Spiritus S. in B. V Mariam & alios descendit. Item in Baptismo Christi in specie columbæ.*

„*dentem sicut columbam & venientem super ip-*
„*sum. Matth.* 3. *v.* 16. descensu videlicet ex
„propria sui ipsius motione profecto. Oporte-
„bat enim, ut interpretati sunt nonnulli pri-
„ma Spiritus sancti dona, qui baptizatis tri-
„buitur, humanitati Salvatoris, qui ejusmodi
„gratiam confert, exhiberi. Descendit autem
„fortasse in specie columbæ, ut quidam ajunt,
„puræ, innocentis & simplicis suis precibus
„pro generatis filiis & peccatorum condona-
„tione cooperantis columbæ figuram demon-
„strans, cujus columbæ figuram aliqua ex
„parte præferebat illa columba, de qua in
„Noemi historia. *Gen.* 8. *v.* 10. descendit enim
„intelligibilis columba in tempore Baptisma-
„tis, ut ostenderet, eumdem esse, qui per li-
„gnum crucis salutem credentibus confert, &
„qui sub vesperam per suam mortem salutem
„esset collaturus.

Christi voces de Spiritu S. 4. „Ipsius vero nunc Servatoris præstat
„audire de Spiritu sancto sermones, ait enim;
„*nisi quis generatus fuerit ex aqua & Spiritu*, non
„*ingredietur in regnum Dei. Joan.* 3. *v.* 5. Et
„a Patre ea gratia sit, ait: *Pater dabit Spiritum*
„*sanctum flagitantibus a se. Luc.* 11. *v.* 13. Et
„quod Deus *in Spiritu adorandus* sit, ait *Joan.*
„4. *v.* 23. & v. 31. *Quicunque dixerit verbum*
„*contra Spiritum sanctum non remittetur ei &c.*
„Et rursus ait: *Et ego rogabo Patrem, & alium*
„*Paraclitum dabit vobis &c. Joan.* 14. *v.* 16. *sqq.*
„Rursumque ait: *Cum venerit Paraclitus . . .*
„*Spiritus veritatis . . . ille testimonium perhibe-*
„*bit de me &c. Joan.* 15. *v.* 26. Iterumque Salva-
„tor:

tor: si enim non abiero, Paraclitus non est venturus ad vos &c. Joan. 16. v. 7. sqq.

5. „Hujus sancti Spiritus communicationem Apostolis impertivit, dicens: *accipite Spiritum sanctum &c. Joan. 20. v. 21.* ubi quidem dat gratiam, adjiciet vero auctuarium abundantius in die Pentecostes, in quo e cœlo advenit Paraclitus custos & Sanctificator Ecclesiæ, animarum moderator, eorum qui tempestate jactantur gubernator, errantium collustrator, certantium pugnæ arbiter, & vincentium coronator. Descendit vero ut indueret virtute, & ut baptizaret Apostolos *Act. 1. v. 5.* non dimidiata, sed ex toto diffusa gratia, & Spiritu sancto in animæ interiora ingrediente; & ut tantæ gratiæ non ignoraretur magnitudo, factus est repente de „cœlo sonus, & apparuerunt illis dispertitæ „linguæ, ignem enim receperunt non urentem, „sed salutarem, qui peccatorum spinas exter„minans animam nitentem reddit & splendi„dam. Et cœperunt loqui alteris linguis, „quas Spiritus sanctus simul docuit, & illi „homines toto tempore ætatis non noverunt. „Facta autem est in eorum, qui audierant, „confusio, non illa Babelica linguarum, sed „adunatæ mentium sententiæ, & admiraban„tur dicentes: quomodo nos audivimus eos „loquentes? alii autem irridentes dicebant, „musto pleni sunt. Vera quidem dicebant, sed „joculariter, novum enim vere vinum erat no„vi Testamenti gratia. Antea quidem & in „Patres gratia pervenit, nunc vero cum exsu„pe-

Spiritus S. Apostolis datus.

„perantia, ibi siquidem sancti Spiritus parl
„pationem recipiebant, hic vero integre ac j
„ne baptizati fuere. Sed Petrus ait: E
„sunt sobria ebrietate, quæ peccatum in
„imit, & cor vivificat. Ebrii sunt epoto int
„gibilis vitis (Christi) vino, quodsi mihi
„creditis, ex ipsa temporis circumstantia q
„dico intelligite, est enim hora diei tertia.
„enim hora tertia crucifixus est, tertia n
„hora gratiam misit.

Spiritus S. operationes ex Act. Apostolor.

6. „Restant nobis multa ex Actis Apo
„lorum, in quibus gratia Spiritus sancti
„Petro, & in omnibus simul Apostolis effic
„citer operata est, nam in virtute Spi
„sancti stans Petrus spiritali sermonum
„animas circiter ter mille cepit *Act.* 2. *v.*
„In eadem Spiritus S. virtute Petrus & Jo
„nes, cum claudum ex utero matris sanass
„spirituali doctrinæ sagena, quinque cre
„tium millia comprehenderunt. *Act.* 4. *v*
„tantaque per duodecim Apostolos Spiritu
„in credentes operata est gratia, ut esset
„rum cor & anima una, & promiscuus b
„rum usus. *Ib. v.* 32. & Ananias & Sapp
„Spiritum S. fallere aggressi consentaneam
„stinuissent ultionem *Act.* 5. *v.* 1. *sqq.*]
„per manus Apostolorum fiebant signa &
„digia multa in populo, tantaque Apos
„circumfusa erat spiritus gratia, ut qua
„mites terrori essent *Act.* 5. Sane duod
„Apostoli propter Christi prædicationem
„carcerem conjecti, & ab angelo noctu e
„& ad tribunal protracti intrepide de Ch

„c

„dixerunt, cumque addidissent, quod etiam „*Spiritum sanctum dedit Deus obedientibus sibi*, „caesi abibant gaudentes, nec cessabant evan„gelizare Christum Jesum. Quin etiam in se„ptem Diaconis efficax fuit Spiritus sancti gra„tia, hi enim electi sunt *pleni Spiritu sancto* „*Act.* 5. *v.* 3. e quibus Stephanus Martyrum primitiae vir plenus fide & Spiritu sancto faciebat signa magna in populo, secumque disputantes debellabat, & postquam sapienti sui apologia Judaeos, qui Spiritui sancto resistebant, confutasset, coelos apertos conspexit, viditque Filium hominis stantem a dextris Dei, cum plenus esset Spiritu sancto. *Act.* 7. *v.* 1. *sqq.* In eadem Spiritus S. virtute Philippus in nomine Christi in civitate Samariae ejiciebat impuros Spiritus, paralyticosque ac claudos curavit, & multas turmas Christo adjunxit: quibus Petrus & Joannes per orationem & manuum impositionem Spiritus S. participationem tradiderunt: & Philippus a Spiritu S. vocatus Eunuchum Aethiopem docuit & baptizavit. *Act.* 8.

7. „Eodem Spiritu sancto repletus fuit Paulus, post suam a Domino nostro Jesu Christo vocationem, dicente Anania: Dominus misit me Jesus, ut implearis Spiritu sancto, qui eum vas electionis effecit, eumque qui prius persecutor extiterat, praeconem & servum bonum reddidit. *Act.* 9. In virtute ejusdem Spiritus sancti Petrus in Lydda, quae nunc Diospolis appellatur in Christi nomine paralyticum Aeneam sanitati restituit. *Spiritus S. operationes in Petro & Paulo.*

„*Act.*

„*Act.* 9. Tabitham a mortuis excitavit *A*
„& in mentis excessu cœlum apertum vid
„vas multis animantibus plenum, & nem
„etsi e Græcis foret, imundum dici d
„didicit; accersitus a Cornelio a Spiri
„audivit: surge descende: cumque Cæsa
„appulisset, & quæ Christum spectant,
„ret, cecidit Spiritus S. in omnes, qui
„audiebant, & qui ex circumcisis cum
„venerant, mirati sunt, quod & in gente
„num sancti Spiritus effusum est. *Act.* 10.
„ro in Antiochiam Syriæ missus est Bar
„vir plenus Spiritu sancto & fide, qui m
„credentium messem videns e Tarso Pa
„Antiochiam adduxit, ubi primum dis
„cognominati sunt Christiani, Spiritu S.
„novum credentibus nomen imponente. *A*
„Ibi etiam dixit Spiritus S. segregate
„Paulum & Barnabam in opus, ad quo
„vocavi eos, & emissi sunt a Spiritu s
„Idem Spiritus sanctus liberavit nos a di
„bus ad ferendum legis veteris oneribus. *A*

Gesta S. Pauli in Spiritu S.

8. „Quomodo vero pro dignitate ex
„verim admiranda Pauli in nomine Chri
„Spiritus sancti operatione gesta? quæ in
„pro erga Elymam magum *Act.* 13. & L
„in claudi curatione *Act.* 14. & in Cilicia *A*
„*v.* 41. & Phrygia & Galatia *Act.* 16. *v.* 6
„sia & Macedonia gessit: vel in Philippe
„vitate prædicationem ejus, & Pythoni
„ctionem, aut Thessalonicæ & in Are
„concionem *Act.* 17. vel ejus in Corint
„Achaja labores. Quomodo vero dicent

„s

sequar eas, quæ per Paulum Ephesi effectæ sunt a Spiritus S. operationes? quem quidem Spiritum S. antea nescientes per doctrinam Pauli cognoverunt, postquam vero imposuisset illis Paulus manus, & venisset super eos Spiritus S. loquebantur linguis, & delata a carne Pauli sudaria morbos curabant, malignos spiritus abigebant, & curiosas artes exercentes comportantes libros exurebant. *Act.* 19. Prætercurro gesta erga Eutychum a Paulo vitæ redditum *Act.* 20. iter ejus Hierosolymam & Cæsaream, ubi modo coram Felice, modo coram Festo & Agrippa rege ex Spiritu sancto victricem in gratia sapientiam habuit, & in Melitensi insula a vipera morsus nihil lædebatur *Act.* 23. *sqq.* Quod autem esset Spiritu S. plenus Paulus, audi ipsum scribentem: *prædicatio mea in ostensione spiritus* 1 *Cor.* 2. *v.* 4. Et: *dedit nobis anhabonem spiritus. Rom.* 8. *v.* 11.

9. „Quod autem subsistat, & vivat, & loquatur & prænuntiet, scribit ad Timotheum Paulus: *Spiritus definite dicit* 1. *Tim.* 1. *v.* 4. Et, *communicatio S. Spiritus cum omnibus vobis.* 2. *Cor.* 13. *v.* 13. Ubi & pluribus aliis commendatur subsistens, sanctificatrix & operatrix virtus Spiritus sancti. Ipse autem universorum Deus, qui locutus est in Spiritu sancto, qui illum in Apostolos misit in die Pentecostes, eumdem nunc quoque ad vos emittat, perque hunc & nos custodiat, communem omnibus nobis beneficentiam impertiens, ut omni tempore Spiritus sancti fru- *Spiritus S. subsist.*

„ctus

„ctus reddamus, charitatem, gaudium, pa-
„cem, lenitatem, benignitatem, bonitatem,
„fidem, mansvetudinem, continentiam in
„Christo Jesu Domino nostro, per quem, &
„cum quo una cum sancto Spiritu, gloria Pa-
„tri & nunc & semper, & in saecula saecula-
„rum. Amen.

CATECHESIS DECIMA OCTAVA ILLUMINANDORUM.

Hierosolymis ex tempore pronuntiata in illud: & in unam sanctam catholicam Ecclesiam: & in carnis resurrectionem: Et in vitam aeternam. *Et lectio ex Ezechiele c.* 37. *v.* 1. Et facta est super me manus Domini &c.

Resurrectionis spes ad bona opera incitat.

1. Tres hos Symboli Articulos S. Cyrillus in hac Catechesi explicans incipit a carnis resurrectione, quia, ait, „radix totius bonae „operationis est spes resurrectionis, reddendae „namque mercedis expectatio animam robo- „rat ad bona opera suscipienda. Qui vero re- „surrectioni non credit, se ultro in perditionem „dedit. Magna igitur sanctae catholicae Eccle- „siae praeceptio est fides de resurrectione mor- „tuorum, magna, inquam, & perquam neces- „saria, quae multorum contradictionibus op- „pugnatur, sed a veritate comprobatur plenis- „sime. Contradicunt Graeci, non credunt, di- „strahunt haeretici: multiplicis generis contra- „dictio est, sed simplex & uniformis veritas.

2. „Et

2. „Et hæc quidem nobis opponunt Græci „cum Samaritanis. Cecidit homo qui mortuus est, „putruitque, ipsi quoque vermes interierunt, quo„modo ergo resurgit? naufragos devoraverunt „pisces, ipsique ab aliis devorati sunt. Vul„tures comestis humi projectorum cadaverum „carnibus in orbem avolaverunt, unde colli„getur hoc corpus? Aliorum, qui flammis ex„usti sunt, ipsum quoque cinerem dissipavit „ventus, undenam hoc corpus coagmentabi„tur? Respondeo. Deo, qui terram omnem „in pugillo continet, omnia sunt proxima, ne „ergo illum arguas impotentiæ, sed ad illius „potentiam attende. Sol totum orbem sicut „& aer replet, an ergo Deus procul absit a „mundo? Semina varia in manu tua compre„hensa discernere potes, Deus vero res in sua „manu detentas discernere & restituere non „queat? considera numne id negare impium „sit? *Resurrectio probatur ex omnipotentia Dei*

3. „Respice etiam ad ipsam justitiæ ratio„nem. Diversos habes famulos, quorum alii „boni sunt, alii pravi. Bonos sane in pretio „habes, & cædis malos. Quodsi etiam Judex „fueris, bonos laudas, & improbos punis. An „vero apud Deum non erit rependens unicui„que justititiæ modus. Plerique homicidæ in „lege impuniti decessere, ubinam ergo Dei ju„stitia? Plerumque homicida quinquaginta „homicidiorum reus semel abscisso capite pœ„nas luit: ubinam ergo quadraginta novem cæ„dium pœnas daturus est? nisi post vitam hanc „fuerit judicium ac retributio, injustitiæ Deum „arguis. Verum ne tibi admirationi sit judicii *Ex ejus justitia.*

„mora. Quisquis certamine contendit, abso„luto certamine vel corona donatur, vel affi„citur ignominia. ita & Deus stante adhuc in „hoc mundo certamine justis interim suppetias „fert, postea vero præmia rependit, imo si re„surrectio mortuorum nulla sit, quam ob cau„sam supplicium subit tumulorum violator.

Probatur ab exemplis naturæ. 4. „Deinde vero excisa arbor reflorescit, „homo vero excisus non reflorescet. Sata „etiam demessa, vitis palmites & arborum ra„mi penitus amputati & transplantati vitam re„cipiunt, homo vero, propter quem illa sunt, „in terram lapsus non resurget? Item qui ex „nihilo nos fecit Deus, jam exsistentes sed col„lapsos non poterit iterum excitare? Semen „cadens in terram moritur & putrescit, sed „pulcherrimum excitatur. Hyberno tempore „arbores stant veluti mortuæ, in vere viren„tia sunt, & veluti ex mortuis excitatis reddi„tur vis vitæ. Muscæ etiam & apes in aquis „suffocatæ post horam reviviscunt, ac bufo„num genera cum hyeme immobilia maneant, „in æstate consurgunt; nonne idem nobis, prop„ter quos hæc fecit, concessurus est? Verum „Græci aperte videre cupiunt animal penitus „putrefactum, quod resurrexerit. Noverat hanc „Deus pervicaciam, atque ad id avem compa„ravit Phœnicem appellatam. Hæc ut scribit „Clemens Papa *ep.* 1. *ad Cor.* aliique complu„res, quæ in genere suo est unica & in Ægy„ptum quadringentis quibusque annis advenit, „& facto sibi ex thure cæterisque aromatibus „nido in hunc ingreditur palam & putrescit: „de-

Phœnicis.

deinde ex putrefacta ejus carne vermis nascitur, & in novum Phœnicem conformatur. An vero irrationabili animanti resurrectio dabitur, nobis vero, qui Deum glorificamus, non concedetur? Rursus ante ducentos annos ubi eramus omnes nos? & deinde ex imbecilli principio formati sumus. Qui autem ex imperfectis principiis fecit nos Deus, num casu dejectos excitare non poterit? Denique lunare corpus in totum deficiens, ita ut nihil ex ipso amplius conspiciatur, iterum in id, quod erat ante instauratur, & post annorum revolutiones in sanguinem conversa rursus lucidum corpus resumit; Deo provide molito, ut tu ex sanguine constitutus mortuorum resurrectionis fidem non derogares. His contra Græcos utere.

5. „Transi nunc ad Samaritas, qui solam legem recipiunt, non vero prophetas, quibus idcirco inefficax videtur Ezechielis lectio *c.* 37. unde ad scripta legis veniamus. Dicit igitur Deus ad Moysen: *Ego Deus Abraham, & Isaac, & Jacob Exod.* 3. *v.* 6. viventium dubio procul & subsistentium, si enim mortui sunt, Deus est non existentium: ecquando enim Rex dixit, regem se esse militum, quos non habeat, non autem dixit, *eram* eorum Deus, sed *sum*. Sed ad hoc ajunt Samaritæ, animas Abrahæ, Isaac & Jacob remanere, corpora autem resurgere non posse. Verum virgam justi Moysis draconem fieri possibile fuit: Virga Aaronis excisa & mortua refloruit *Num.* 17. *v.* 8. Mulier præter naturam *Resurrectio contra Samaritas probatur.*

„ſal effecta eſt. *Gen.* 19. *v.* 26. manus Mo
„unius horæ momento facta eſt velut nix
„iterum priſtino ſtatui reddita. Ergone im
„rium illud olim efficax, ſua jam vi in reſu
„ctione mortuorum cecidit? Unde vero ab
„tio factus eſt homo? nimirum pulvis in
„nem transmutatus eſt *Gen.* 2. *v.* 7. &
„in carnem rurſus non inſtauratur? Tam
„ta rerum millia ex nihilo ad exſiſtendi
„tem traducta ſunt, & nos homines, qui
„preſſam Dei imaginem habemus, non re
„gemus?

Solvuntur objectiones.

6. „Sed contra dicta proferunt nobis ill
„Davidicum: *non reſurgent impii in judicio. Pſ*
„*v.* 5. Illud quoque: *ſi deſcenderit homo in*
„*fernum, non amplius aſcendet Job* 7. *v.* 9.
„illud: *non mortui laudabunt te Domine Pſ.* 1
„*v.* 17. Verum illud: impii non reſurge
„hoc ſignificat, quod non in judicio, ſed
„condemnatione reſurrecturi ſint, non en
„Deo multa opus eſt indagatione, ſed ſin
„ut reſurgunt impii, conſequentur eos ſup
„cia. Et ſi dicitur: non mortui laudabunt
„hoc deſignatur, quod conſtituto tantum
„hac vita pœnitentiæ ac remiſſionis ſpatio,
„quo ii, qui fruentur, laudabunt te, mo
„obita, iis qui in peccatis deceſſerunt j
„non licebit tamquam beneficio affectis lau
„re, ſed deplorare duntaxat. Igitur tunc j
„ſti laudaturi ſunt, qui vero in peccatis ob
„rint, deinceps confeſſionis tempus non hab
„bunt. In illo contextu: ſi deſcenderit ho
„&c. vide conſequentia ſcriptum eſt namqu

„

non amplius ascendet, nec revertetur in propriam domum: cum enim universus mundus transiturus sit, & omnis domus destruenda, quomodo in propriam domum revertetur, facta tellure nova? oportebat vero illos audire Jobum ajentem: *Est enim arbori spes, nam si excidatur rursus reflorescet . . . Vir autem mortuus num abiit? cadens vero mortalis non est amplius? Job. 14. v. 7. sqq.* Et v. 14. pergit: *si enim mortuus fuerit homo, vivet:* statimque „subdit: *Expecto donec rursus fiam.* Et alibi „*cap.* 19. *v.* 25. *qui super terram resuscitaturus* „*est pellem meam.* Hesaias vero propheta ait: „*Resurgent mortui, & excitabuntur, qui in monu*„*mentis sunt Is.* 26. *v.* 19. Et Ezechiel dicit: „*Ecce ego aperiam sepulcra vestra, & educam vos* „*de monumentis vestris Ezech.* 37. *v.* 12. Et Da„niel dicit: *multi eorum, qui dormiunt, in ag*„*gesto terræ resurgent, alii in vitam æternam, alii* „*in ignominiam sempiternam. Dan.* 12. *v.* 2.

7. „Multæ quoque scripturæ de mortuo„rum resurrectione testantur, nunc vero cur„sim præterimus, uti Lazari post quatriduum „resurrectionem *Joan.* 11. viduæ filium exci„tatum. *Luc.* 7. principis Synagogæ filiam. „*Matth.* 9 corpora Sanctorum excitata. *Matth.* 27. „Inprimis vero in memoriam redeat, Christum „a mortuis resurrexisse: præterea Eliam & „filium viduæ ab ipso suscitatum 3. *Reg.* 17. „Et Elisæum qui semel & iterum suscitavit, „dum viveret, & post mortem: vivus resurre„ctionem per suam ipsius animam operatus est, „ut autem non animæ solum justorum hono„ra

Scripturæ exempla resurrectionis.

Reliquiarum Sanctorum vis.

„rarentur, sed crederetur etiam in justo
„corporibus jacere vim, projectus in me
„mentum Elisæi mortuus prophetæ corpus
„tingens vitam concepit. 4. *Reg.* 4. *&* 1
„ostenderetur, absente etiam anima inesse
„corpori Sanctorum propter animam just
„quæ in eo habitaverat. Sane si sudaria
„rum infirmos erigebant, quanto magis
„phetæ corpus mortuum excitavit? Mem
„etiam repetatur, quod & Apostoli mor
„excitarunt: Petrus in Joppe Tabitham *A*
„*v.* 39. Paulus Eutychum Troade *Act.* 20.
„Recordamini autem omnium, quæ in p
„ad Corinthios epistola *cap.* 15. scripsit
„lus: *Si mortui non resurgunt, neque Christu*
„*surrexit.* Et *Thessal.* 4. *v.* 15. *mortui in C*
„*sto resurgent primi.*

Corporum resurgentium dotes.

8. „Præcipue vero illud notate, quod
„to velut indicans ait Paulus: *oportet co*
„*ptibile hoc induere incorruptibilitatem.* 1. *Cor*
„*v.* 53. hoc enim ipsum corpus resurget,
„infirmum, quale est, manens, sed idem ip
„resurget, incorruptibilitate vero indu
„transformabitur: unde non amp ius ejus
„di qualibus utimur cibis ad vitam opus
„bebit, neque scalis ad adscensum, fiet e
„*spiritale,* & quale pro dignitate declarare
„sufficimus. *Tunc justi splendebunt ut sol. Dan*
„*v.* 3. Si enim Deus exiguissimis vermibus
„dit, ut æstate lucidos ex corpore radios e
„terent. multo magis justum hominem sp
„dere efficiet. Resurgemus igitur æterna
„dem, non omnes vero similia habentes

„P

„pora, verum siquis justus est, cœleste corpus „accipiet, ut possit cum angelis digne una „versari: siquis autem peccator est, corpus „accipiet æternum perpetiendæ peccatorum „pœnæ capax, ut in igne æternum combustus „numquam absumatur. Et merito quidem „utroque in ordine id præstat Deus, nihil enim „a nobis absque corpore est gestum; quando „ergo ad omnia subserviit corpus, in futuris „quoque obventuræ sortis est particeps. Tem-„peremus itaque fratres corporibus, oportet „enim nos Domino reddere rationem de om-„nibus, quæ per corpus egerimus. Ne dicito: „nemo me videt: qui enim nos finxit, videt, „quod agitur. Maculæ quoque peccatorum in „corpore manent, & præterita quidem animæ „& corporis vulnera sanat Deus per baptisma, „sed adversum futura deinceps nosmetipsos „muniamus omnes, ut mundam hanc corporis „vestem custodiamus, nec per alicujus peccati „perpetrationem cœlestis salutis jacturam sub-„eamus.

Ignis æternus

9. „Dicamus nunc, quæ hactenus super-„sunt, propter illud: ET IN UNAM SANCTAM „CATHOLICAM ECCLESIAM: quæ catholica „seu universalis vocatur, eo quod per orbem „totum diffusa est, & quia universe, & absque „defectu docet omnia, quæ in hominum noti-„tiam venire debent dogmata: tum etiam eo-„quod omne hominum genus recto cultui sub-„jiciat: ac denique quia generaliter quidem „omne peccatorum genus curat, eadem vero „omne possidet virtutis genus in factis & ver-

Ecclesia quare catholica.

„bis, & spiritualibus cujusvis speciei donis.
„Ecclesia vero aptissimo vocabulo appellatur,
„quod omnes convocet & una cogat, sicuti in
„Levitico ait Dominus: *Et omnem congregatio-*
„*nem convoca ἐκκλησίασον ante ostium tabernaculi*
„*Domini Lev.* 8. *v.* 3. Notatu porro dignum
„est, hanc vocem ἐκκλησίασον tum primum in
„scripturis usurpatam esse in hoc loco, cum
„Dominus Aaronem summum in sacerdotium
„constituit Ecclesiæ quoque nominis mentio-
„nem facit. *Deut.* 9. *v.* 10. Et Psalmista ait:
„*confitebor tibi Domine in ecclesia magna. Ps.* 34.
„*v.* 18. Duplex autem in scriptura memora-
„tur Ecclesia, scilicet altera Judæorum, qua
„repudiata in secunda Ecclesia *Deus posuit pri-*
„*mum Apostolos, secundo prophetas &c.* 1. *Cor.* 12.
„*v.* 28 & omnem cujuslibet virtutis speciem,
„sapientiam, justitiam &c. quæ quidem pri-
„mum in persecutionibus sanctos Martyres pa-
„tientiæ coronis redimivit, nunc vero in pacis
„temporibus debitos honores recipit a regibus
„& omni hominum genere, nam sola est san-
„cta catholica Ecclesia, quæ per orbem totum
„indeterminata gaudet potestate: unde si-
„quando peregrinatus fueris in civitatibus, ne
„requiras, ubi sit simpliciter Ecclesia nam &
„hæretici Ecclesiæ nomine gloriantur, sed ubi
„sit catholica Ecclesia, hoc enim proprium no-
„men est, hujus sanctæ & matris omnium no-
„strum, & Sponsæ D. N. Jesu Christi unigeniti
„Filii Dei.

De vita æterna. 10. „In hac sancta catholica Ecclesia cum
„præceptis tum moribus præclaris instructi
„hære-

„hæreditate adipiscemur vitam æternam. Ita „vita reipsa & in veritate Pater est, qui per Fi- „lium omnibus in Spiritu sancto cœlestia dona „tamquam ex fonte profundit, & per ejus be- „nignitatem nobis quoque hominibus æternæ „vitæ bona promissa sunt. Neque ei rei tam- „quam impossibili detrahenda fides, credere „enim nos oportet non ad imbecillitatem no- „stram, sed ad illius potentiam respicientes. „Quod autem id possibile sit, æternamque vi- „tam expectemus, dissertissime Salvator in „Evangeliis dicit: *abibunt justi in vitam æter-* „*nam. Matth.* 25. *v.* 43.

11. „Porro vitam æternam obtineri divinæ „Scripturæ dicunt per fidem: scriptum est „enim, *qui credit in Filium, habet vitam æter-* „*nam. Joan.* 3. *v.* 36. & *Joan.* 5. *v.* 24. Alias vero „obtineri dicunt per Evangelii prædicationem: „*Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fru-* „*ctum in vitam æternam Joan.* 4. *v.* 36. Ali- „quando etiam per Martyrium: dicit enim: „*qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam* „*æternam custodit eam Joan.* 12. *v.* 25. Iterum- „que, Christum pecuniis & propinquitati gene- „ris anteponendo: *quicunque reliquerit fratres* „*aut sorores, vitæ æternæ sortietur hæreditatem.* „*Matth.* 19. Et per observantiam mandato- „rum *ib. v.* 18. Præterea recedendo a malis „operibus, & Dei servitio se mancipando. „*Rom.* 6. *v.* 22. *Modi obtinendi vitam æternam.*

12. „Quod superest fratres gaudete in Do- „mino, appropinquavit enim redemtio vestra *Epilogus*

 „cla-

„clamat vobis propheta: sitientes venite ad „aquam. Ipse autem Deus, & Pater Domini „nostri Jesu Christi, Pater gloriæ det vobis spi„ritum sapientiæ & revelationis in agnitione „sui, illuminatos oculos mentis, & custodiat „vos per omne tempus in operibus & sermoni„bus & cogitatis bonis: cui gloria, honor & „imperium per D. N. Jesum Christum cum san„cto Spiritu nunc & semper & in universa in„finita sæcula sæculorum. Amen.

CATECHESES MYSTAGOGICÆ QUINQUE.

CATECHESIS DECIMA NONA.

MYSTAGOGICA PRIMA.

Ad eos qui nuper illuminati seu baptizati sunt. Et lectio ex 1. *Petr.* 5. *v.* 8. Sobrii estote &c.

1. Sequuntur hic novi argumenti Catecheses quinque mystagogicæ dictæ, quasi mysteriorum sanctiorum Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ explanatrices, in quarum prima S Cyrillus eas cæremonias explicat, quæ in „Baptisterii vestibulo observabantur, & ita ba„ptizatos instruit. „Primum ingressi estis in „ædem, quæ baptisterio est pro atrio, atque „occidentem versus stantes jussi estis manum „extendere, & tamquam præsenti abrenuntia„stis Satanæ. Cujus rei figura in veteri histo„ria continetur in Israelitis ab Ægyptiaca ser„vitu-

Abrenuntiatio Satanæ.

„virtute liberatis *Exod.* 14. ſicut enim Pharao „veterem illum populum ad mare usque „inſecutus eſt, ita te dæmon ad ſalutares us„que aquas inſequebatur; & ſicut ille in mari „demerſus eſt, ita iſte in ſalutari aqua evane„ſcit.

2. „Verum tibi præcipi audis, ut extenſa „tamquam ad præſentem manu dicas: *abre„nuntio tibi Satana*: ſtas autem ad occiden„tem, quia ſenſibilium tenebrarum locus eſt „occidens, Satanas vero in tenebris impe„rium habet. Quid ergo ſtans dixit unusquis„que veſtrum: abrenuntio tibi Satana, tibi „maliguo & diriſſimo tyranno, non amplius „vim tuam formido, hanc enim diſſolvit Chri„ſtus. Abrenuntio tibi callido & vaferrimo „ſerpenti: qui inſidiator es primisque noſtris „parentibus defectionem inſpiraſti, abrenuntio „tibi cujusvis improbitatis & authori & ad„miniſtro. *Cur ad occidentem fiat.*

3. „Deinde pronuntias: *& omnibus operi„bus tuis*, opera Satanæ quodcunque pecca„tum eſt, cui abrenuntiare neceſſum eſt. Ve„rumtamen illud te ſcire oportet, quæcunque „illa formidabili hora dicis, in Dei libris ſcrip„to conſignata haberi. Quando igitur cun„que his quidpiam contrarii admiſeris, tam„quam fœdifragus judicaberis. Renuntias „itaque Satanæ operibus, omnibus inquam, „& actionibus & cogitationibus, quæ a ratio„ne diſcedunt. *Abrenuntiatio operibus*

4. „Po-

Pompa illius. 4. Postea dicis: *& omni pompæ illius*: pompa vero diaboli est theatrorum insania, equorum cursus in hippodromis, venationes in circo, & reliqua hujusmodi vanitas. Tum vero & illa, quæ in idolorum solemnitatibus suspendi solent sive carnes sive panes & alia hujusmodi, quæ impurissimorum dæmonum invocatione polluta est. Quemadmodum panis & vinum Eucharistiæ invocatione adorandæ Trinitatis fit corpus & sanguis Christi.

Cultui illius. 5. „Post hæc dicis: *& omni cultui tuo*: „cultus diaboli est habita in deorum delubris „supplicatio, accendere lucernas aut suffitus „ad fontes & fluvios adolere &c. ne igitur „te illis immisceas. Augurium, divinatio, „amuleta, aut in laminis inscriptiones magiæ „cultus sunt diaboli. Hæc igitur fuge, si „enim illis succubueris post renuntiationem, „crudeliorem experieris tyrannum.

Confessio fidei fit ad orientem. 6. „Quando igitur Satanæ renuntias, om„ne cum illo pactum dissolvens aperitur tibi „Dei paradisus, quem ad orientem plantavit, „ex quo primus noster parens expulsus est. „Et hujus rei symbolum est, quod ab occasu „ad orientem te convertisti, tunc tibi impe„ratum est, ut diceres: *Credo in Patrem, &* „*in Filium, & in sanctum Spiritum, & in unum* „*Baptisma pœnitentiæ.* His itaque præmunitus „sermonibus advigila, adversarius enim noster „diabolus tamquam leo rugiens obambulat, „quærens quem devoret. Et hæc quidem in „exteriori æde sunt gesta, Deo autem volen-

„te

„te cum in sequentibus mystagogiis in san„cta sanctorum ingrediemur, ibi eorum, quæ „illic peraguntur symbola cognoscemus, Deo „vero Patri sit gloria, imperium, magnifícen„tia cum Filio & sancto Spiritu in sæcula sæ„culorum. Amen.

CATECHESIS VIGESIMA. MYSTAGOGICA SECUNDA.

De Baptismo: & lectio ad Romanos cap. 6. v. 3. An ignoratis, quod quicumque baptizati sumus &c.

1. Sanctus Cyrillus hic exponit arcanam rationem cæremoniarum in interiori æde baptisterii & ait: „Statim ut ingressi estis, „tunicam exuistis, quæ veteris hominis cum „actibus expoliati imago erat. Exuti, nudi „fuistis, in hoc quoque nudatum in cruce „Christum imitantes, qui ea nuditate Princi„patus & Potestates exspoliavit, deque illis „in ligno propalam triumphum egit *Coloss.* 2. „*v.* 15. quoniam enim in membris vestris stabu„labant adversariæ potestates, non licet vobis „amplius illam tunicam gestare, seu veterem „hominem, qui corrumpitur in desideriis er„roris *Eph.* 4. *v.* 12. O rem admirandam! nu„di fuistis coram oculis omnium, nec pudore „tangebamini, revera enim primi parentis „Adam imaginem ferebatis, qui in paradiso „nudus erat, nec verecundabatur.

Deposi vestium Baptis ejusque symbol

2. „Dein-

Unctio corporis & significatio. 2. „Deinde vero sic exuti exorcizato per„uncti estis oleo a summis verticis capillis us„que ad infima, & participes facti estis sin„ceræ oleæ Jesu Christi. Igitur exorcizatum „oleum symbolum erat communicationis pin„guedinis Christi, quod quidem omne adver„sariæ potestatis vestigium extemplo fugat, „quemadmodum etiam insufflationes Sancto„rum & invocatio nominis Dei dæmonem urit, „& effugat.

Insufflatio Sanctorum dæmones fugat.

Interrogatio de fide. 3. „Postea ad sanctam divini Baptismatis „piscinam deducti estis, uti Christus ad posi„tum coram sepulcrum, & interrogatus est „unusquisque, utrum crederet in nomen Pa„tris, & Filii, & Spiritus sancti: confessique „estis salutarem confessionem, ac demersi estis „tertio in aquam, rursumque emersistis, at„que hic in imagine & symbolo triduanam „significastis sepulturam, & in prima emersio„ne primam, quam in terra Christus diem, „& immersione noctem imitati estis, eodem„que momento & mortui & nati estis.

Trina immersio. 4. „Nemo ergo existimet, Baptisma in re„missionem peccatorum duntaxat, & in re„missionis gratia consistere, sicut erat Joan„nis baptisma, quod solam remissionem pec„catorum conferebat, cum contra noverimus, „illud, sicut peccatis expurgandis valet, & „Spiritus S. donum conciliat, ita & Christi „passionum antitypum esse, uti Paulus docet „*Rom.* 6. *v.* 3. Ut igitur discamus, Christum, „quæcunque pertulit, hæc propter nostram sa„lutem

„autem vere sustinuisse, nosque passionum ejus „participes effici, Paulus clamabat: *Si enim „insititii illi facti sumus similitudine mortis ejus, „& resurrectionis ejus* participes *erimus. Rom.* 6. „*v.* 5. Adverte vero animum Apostoli verbis, „*similitudine mortis*, vere enim mors apud „Christum: at in vobis mortis est & passio„num similitudo, salutis vero non similitudo „sed veritas. Hæc a nobis sufficienter edocti „memoria retinere laboretis, ut ego indignus „licet de vobis dicam: *Diligo autem vos, quod „semper mei memores estis, & traditiones, quas „vobis tradidi retinetis* 1. *Cor.* 11. Potens vero „est Deus, qui vos tamquam ex mortuis vi„ventes repræsentavit, vobis dare, ut in no„vitate vitæ ambuletis, quoniam ipsi gloria „& imperium nunc & in sæcula sæculorum. „Amen.

CATECHESIS VIGESIMA PRIMA.

MYSTAGOGICA TERTIA.

De Chrismate. Et lectio ex Catholica prima Joannis Epistola cap. 2. *v.* 10. *ab his verbis:* Et vos Chrisma (*sive unctionem*) habetis a Deo &c.

1. Chrismatis seu Confirmationis Sacramentum, quod baptizatis statim atque e fonte ascenderant, conferebatur, hic exponit S. Cyrillus, & ait: „In Christum baptizati & „Christum induti participes Christi effecti, „Christi non immerito appellamini, deque vo„bis

Chris[...] seu Co[...] firmat[...] neoph[...] post [...] tismu[...] collat[...]

„bis dixit Deus: *Nolite tangere Christos meos*
„*Ps.* 104. *v.* 15. Christi autem facti estis,
„dum Spiritus sancti antitypum accepistis, sci-
„licet Chrisma illius antitypum, quo unctus
„est Christus, quod est nimirum Spiritus san-
„ctus, de quo B. Hesaias ex persona Domini
„dixit: *Spiritus Domini super me, quapropter un-*
„*xit me &c. Is.* 61. *v* 1. oleo enim corporali
„Christus ab hominibus unctus non est, sed Pa-
„ter eum totius mundi Servatorem praestituens
„Spiritu sancto unxit *Act.* 10. *v.* 38. & *Ps.* 44.
„*v.* 7. Sicut ergo Christus intelligibili exulta-
„tionis oleo perunctus est, id est, Spiritu san-
„cto, qui exultationis oleum ita appellatur,
„quod ipse spiritualis exultationis auctor ex-
„istat, ita & vos unguento uncti estis Christi
„participes effecti.

Confirmatio est Sacramentum.

2. „Caeterum vide, ne nudum & vile su-
„spiceris unguentum hoc esse, nam sicut pa-
„nis Eucharistiae post invocationem sancti Spi-
„ritus non est communis panis, sed corpus
„Christi, ita & sanctum istud unguentum non
„amplius commune unguentum est post invo-
„cationem, sed Christi donarium, & Spiritus
„sancti, praesentia divinitatis ejus efficiens fa-
„ctum. Quod quidem symbolice fronti, aliis-
„que sensibus tuis illinitur, ac dum unguen-
„to visibili inungitur corpus, sancto & vivi-
„fico Spiritu anima sanctificatur.

Unctio in fronte, auribus & naribus.

3. „Ac primum in fronte peruncti estis,
„ut ab ea verecundia liberaremini, quam pri-
„mus homo transgressor ubique circumferebat,
„utque

„utque retecta facie gloriam Domini tamquam „in speculo contemplaremini. Deinde in auri„bus, ut aures acciperetis divinorum myste„riorum audientes. *Matth.* 11. *v.* 15. Postea ad „nares, ut divinum amplectentes unguentum „diceretis: *Christi bonus odor sumus Deo &c* „2. *Cor.* 11. *v.* 15. tum vero & pectus perun„cti estis, ut induentes thoracem justitiae sta„retis adversus insidias diaboli. *Eph.* 6. *v.* 14. „Hoc sancto Chrismate digni habiti vocamini „Christiani, cujus etiam in veteri Scriptura „symbolum extat, quando Moyses fratrem „suum constituens Sacerdotem ablutum aqua „perunxit, vocatusque est Christus ab unctio„ne figurativa. *Lev.* 8. *v.* 1. *seqq.* Sic & Salo„monem summus Pontifex in regem promo„vens, unxit eum postquam lavisset in Gihon „3. *Reg.* 1. *v.* 39. *seqq.* At haec in figura con„tingebant illis, vobis vero in veritate, siqui„dem a Spiritu sancto vere inuncti estis. Hoc „igitur sancto unguento peruncti illud imma„culatum in vobis custodite, est enim spiritua„le corporis amuletum, & animae salutare „praesidium, ut per bona opera proficientes „placeatis auctori salutis vestrae Christo Jesu, „cui gloria in saecula saeculorum. Amen.



CATECHESIS VIGESIMA SECUNDA.

MYSTAGOGICA QUARTA.

De Corpore & Sanguine Christi. Et lectio ex Pauli ad Corinthios epistola: Ego enim accepi a Domino &c. 1. *Cor.* 11. *v.* 23.

Realis præsentia Christi in Eucharistia & transsubstantiatio.

1. Tertium Sacramentum Baptizatis collatum erat Euchristia, cujus vim, rem, effectus & figuras in veteri Testamento hic dilucide explicat S. Cyrillus, dicens: „Vel hæc sola B. Pauli institutio abunde sufficiens est, ut certam vobis de Divinis mysteriis fidem faciat, quibus digni habiti concorporei & consangues Christi facti estis: ille „enim modo clamabat: *Quod in ea nocte qua „tradebatur Dominus noster Jesus Christus, sumto pane & gratiis actis fregit, & dedit suis discipulis dicens: accipite, manducate, Hoc est „Corpus meum. Et sumto calice, ac gratiis actis „dixit: Accipite, bibite; Hic est sanguis meus.* „1. *Cor.* 11. *v.* 23. *seqq.* Cum igitur ipse pronuntiaverit & dixerit de pane: *Hoc est Corpus meum*: quis audebit deinceps ambigere? „& cum adseveraverit & dixerit: *Hic meus „est sanguis*: quis umquam dubitaverit, ajens, „non esse ejus sanguinem. Aquam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilææ transmutavit, & eum parum dignum „existimabimus cui credamus, cum vinum in „sanguinem transmutavit. Ad nuptias corporales vocatus stupendum hoc miraculum „effe-

„effecit, & non eum multo magis filiis tha-„lami nuptialis corpus suum & sanguinem „fruenda donasse consitebimur.

2. „Quare cum omni persuasione tam-„quam corpus & sanguinem Christi illa su-„mamus, nam in figura panis datur tibi cor-„pus, & in figura vini datur tibi sanguis, „ut cum sumseris corpus & sanguinem Chri-„sti, concorporeus & consanguis ipsi efficiaris: „sic etenim Christiferi efficimur, distributo in „membra nostra corpore ejus & sanguine; sic „juxta Beatum Petrum 2. *Petr.* 1. *v.* 4. divinæ „simus consortes naturæ. *Christif. efficimur*

3. „Olim Christus cum Judæis disserens „ajebat: *Nisi manducaveritis meam carnem, & „biberitis meum sanguinem, non habebitis vi-„tam in vobismetipsis. Joan.* 6. *v.* 54. Cum „autem illi ea, quæ dicebantur, non spiritua-„liter accepissent, (*illud ad crudam carnium „manducationem & ad alendum corpus detorquen-„tes*) offensi abierunt retro, existimantes, quod „eos ad manducandas carnes adhortaretur. „Erant & in antiquo fœdere panes propositio-„nis: verum illi cum ad vetus Testamentum „attinerent, finem acceperunt: in novo vero „Testamento panis est cœlestis & poculum sa-„lutaris (seu Salvatoris) animam & corpus „sanctificantia: quemadmodum enim panis cor-„pori conveniens est, ita & verbum animæ „consentaneum. *Figura Euchari stiæ pan propositi nis.*

In Euchar. rist. sensibus non credendum.

4. „Quamobrem ne tamquam nudis & communibus elementis pani & vino Eucharisticis adtende, sunt enim corpus & sanguis Christi secundum Domini asseverationem: nam etiamsi illud tibi suggerat sensus, fides tamen te certum & firmum efficiat. Ne judices rem ex gustu, sed ex fide citra ullam dubitationem certus esto, te corporis & sanguinis Christi dono dignatum fuisse: cujus rei quæ sit vis, explicabit tibi David dicens: *Parasti in conspectu meo mensam ex adverso iis qui affligunt me* „*Ps.* 22. *v.* 5. id est mysticam & intelligibilem mensam, quam Deus nobis apparavit oppositam mensæ dæmoniorum. *Impinguasti in oleo caput meum*, oleo caput tuum impinguavit in fronte per signaculum, quod habes Dei, ut efficiaris effigies signaculi, sanctificatio Dei: *Et calix tuus inebrians, quasi optimus.* Vides hic, eum calicem dici, quem cum sumsisset Jesus in manus dixit: Hic meus est sanguis. Icirco & Salomon eam gratiam significans ait, *Veni comede in lætitia panem tuum* (spiritualem) *&* *bibe vinum tuum* (spirituale) *in corde bono: & oleum super caput tuum effundatur.* Viden', quemadmodum mysticum chrisma designet: *& omni tempore sint vestimenta tua candida, quia Deo accepta sunt opera tua. Eccl.* 9. *v.* 7. *seqq.* Postquam enim exuisti vetera vestimenta, & ea, quæ sunt spiritualiter candida induisti, semper te candidis vestitum esse oportet.

Vestes candidæ neophytorum.

5. „Isthæc edoctus, quod qui videtur panis, panis non est, tametsi gustu sensibilis „sit,

„sit, sed corpus Christi, & quod videtur vi-„num, vinum non est, etiamsi ita gustui vi-„detur, sed sanguis Christi; confirma cor tuum „panem illum tamquam spiritualem sumens, „& animæ tuæ faciem exhilara. Quam uti-„nam faciem retectam habeas in pura conscien-„tia, gloriam Domini velut in speculo contem-„plans ex gloria in gloriam in Christo Jesu Do-„no nostro, cui honor & potestas & gloria in „sæcula sæculorum. Amen.

CATECHESIS VIGESIMA TERTIA.

MYSTAGOGICA QUINTA.

De sacra Liturgia & Communione. Et Lectio ex Epistola Petri catholica: Idcirco deponentes omnem immunditiam &c.

I. *Petri* 2. *v.* I.

I. Exponit in hac Catechesi ultima S. Cyrillus singulas sacrificii incruenti partes omissis illis, quae ad ad initium liturgiæ pertinebant, ea solum recensens, quæ pulsis iis, quibus sacro interesse non licebat, Missæ Fidelium & communioni propria erant, & inchoat a lotione manuum dicens; „Vidistis Dia-„conum Sacerdoti & Presbyteris altare Dei „circumstantibus aquam abluendis manibus „porrigentem, quæ ablutio symbolum est, „mundos vos ab omnibus peccatis esse debe-„re: cum enim manus symbolum sit actionis, „iis lavandis puritatem operum, eorumque „ab omni reprehensione immunitatem signifi-

Explicatio Liturgiæ Sacrificii. Lotio manuum

„camus. Non audisti B. David hoc nobis my„sterii aperientem, dicentemque: *Lavabo in„ter innocentes manus meas, & circumdabo alta„re tuum Domine Ps. 25. v. 1.*

Osculum pacis. 2. „Deinde clamat Diaconus: VOS INVICEM „SUSCIPITE, OSCULAMINIQUE MUTUO. Quod „osculum signum est, animas sibi invicem admi„sceri, & omnem injuriarum memoriam ablega„re juxta præceptum Christi: *Si offeras munus „tuum ad altare... vade prius ac reconcilie„ris fratri tuo Matth. 5. v. 23.* Et beatus Pau„lus clamat: *Salutate invicem in osculo sancto „1. Cor. 16. v. 20.*

Sursum corda &c. 3. „Postea clamat Sacerdos: SURSUM COR„DA: ac si præciperet, ut omnes curas vitæ „hujus, & domesticas sollicitudines deponant, „habeantque sursum in cœlo cor ad clementem „Deum. Deinde respondetis: HABEMUS AD DO„MINUM: nam omni tempore memores esse nos „oportet Dei, quod si propter humanam imbe„cillitatem impossibile sit, illa tamen maxime „hora hoc studiose enitendum est.

Gratias agamus. 4. „Post hæc Sacerdos ait: GRATIAS AGA„MUS DOMINO. Vere enim grates agere debe„mus, quod inimici cum essemus, nos recon„ciliavit, quod spiritu adoptionis nos est digna„tus. Ad hæc vos subjicitis: DIGNUM ET JU„STUM. Dum enim gratias agimus, dignam „rem agimus & justam, ipse autem non juste, „sed præter justum agens nos tantis bonis „dignos effecit.

5. „Fa-

5. „Facimus deinde mentionem cœli & „terræ, & maris, solis & lunæ, & totius „creaturæ tam ratione præditæ quam caren„tis, visibilis & invisibilis, Angelorum, Arch„angelorum, Virtutum, Dominationum, Prin„cipatuum, Potestatum, Thronorum, Cheru„bim, & Seraphim dicentium: SANCTUS, SAN„CTUS, SANCTUS DOMINUS SABAOTH *Is.* 6. *v.* 2. „Propterea enim traditam nobis a Seraphinis „hanc Theologiam, seu Dei celebrationem reci„tamus, ut communi laudum modulatione cum „superioribus mundo exercitibus conjungamur. *Trisag. Sancti*

6. „Deinde postquam nosmetipsos sanctifi„cavimus, Deum benignum exoramus, ut „emittat sanctum Spiritum super dona propo„sita, ut faciat panem quidem corpus Christi, „vinum vero sanguinem Christi, omnino enim „quodcunque attigerit Spiritus sanctus, id san„ctificatum & transmutatum est (*scilicet per* „*verba consecrationis*) *vid. Comp. Theol. t.* 3. „§. 985. *Sch.* 2. *Invoca ad co crationem.*

7. „Postquam vero perfectum est spirituale „sacrificium, incruentus cultus, super illam „propitiationis hostiam obsecramus Deum pro „communi Ecclesiarum pace: pro recta mundi „compositione, pro Imperatoribus, pro mili„tibus & sociis, pro iis, qui infirmitatibus la„borant, pro his, qui afflictionibus premun„tur, & universim pro omnibus, qui opis in„digent, precamur nos omnes, & hanc victi„mam offerimus. *Oratio pro vi*

Intercessio Sanctorum.

8. „Postea recordamur eorum quoque, „qui obdormierunt: primum Patriarcharum, „Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut „Deus eorum precibus & legationibus oratio„nem nostram suscipiat. Deinde & pro defun„ctis sanctis Patribus & Episcopis, & omni„bus generatim, qui inter nos vita functi sunt, „oramus, maximum hoc credentes adjumen„tum illis animabus fore, pro quibus oratio „defertur, dum sancta & tremenda coram ja„cet victima: si enim rex quispiam viros, a „quibus offensus fuerit, relegarit in exilium, „posteaque illi, ad quos attinet, coronam „plectentes Regi pro suis pœna ab ipso affli„ctis obtulerint, nonne ipsis suppliciorum re„laxationem gratificaturus est? ad eumdem „modum & nos pro defunctis, etiamsi pecca„tores sint (*sed pœnitentes in statu gratiæ mor„tui*) preces Deo offerentes non coronam ple„ctimus, sed Christum mactatum pro pecca„tis nostris offerimus clementem Deum cum „pro illis, tum pro nobis demereri & propi„tiare satagentes.

Oratio pro defunctis.

Oratio Dominica explicatur.

9. „Tunc vero illam recitamus orationem, „quam Salvator suis discipulis tradidit, Deum „cum pura conscientia Patrem nuncupantes, „dicentesque PATER NOSTER QUI ES IN COE„LIS. O maximam Dei junctam cum amore cle„mentiam! tantam his, qui a se defecerunt, in„juriarum oblivionem, & gratiæ participatio„nem indulsit, ut & Patrem appellarent. Cœli „autem etiam fuerint illi, qui cœlestis imaginem „ferunt, in quibus est Deus inhabitans.

10. „SAN-

10. „SANCTIFICETUR NOMEN TUUM. Sanctum „est natura nomen Dei, sive id dicamus, sive „non: quia vero per peccantes quandoque pro„fanatur *Is.* 52. *v.* 3. oramus, ut in nobis sanctifi„cetur nomen Dei cum sanctificamur ipsi, & „sanctificatione digna facimus.

11. „VENIAT REGNUM TUUM. Mundae animae „est dicere cum fiducia: veniat regnum tuum, „si non regnet peccatum in mortali suo corpo„re, & seipsam opere, cogitatione ac sermone „puram praestiterit.

12. „FIAT VOLUNTAS TUA QUEMADMODUM „IN COELO, SIC ETIAM IN TERRA. Beati angeli „voluntatem Dei faciunt *Ps.* 102. *v.* 20. tua igitur „hanc significationem habet, quasi dicas: quem„admodum in Angelis voluntas tua fit, sic & „super terram fiat in me Domine.

13. „PANEM NOSTRUM SUBSTANTIALEM „DA NOBIS HODIE. Panis iste communis non est „substantialis: panis vero iste, qui sanctus est sub„stantialis est ad substantiam animae directus. „Hic panis non in ventrem vadit, & in seces„sum ejicitur, sed in omnem tui compagem „dividitur ad corporis & animae emolumen„tum: illud autem *hodie* dicitur pro quotidie.

14. „ET REMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, „SICUT ET NOS REMITTIMUS DEBITORIBUS NO„STRIS. Multa enim peccata habemus; offen„dimus quippe verbo, & cogitatione, & mul„ta condemnatione digna agimus. Pactum ita-

„que cum Deo inimus orantes, ut nobis condonet „peccata, quemadmodum & nos proximis debita „remittimus. Ne ergo cunctemur, mutuas inter „nos offensiones remittere: Quæ in nos comit- „tuntur offensæ parvæ sunt, & dissolutu faciles, „quas vero in Deum committimus, magnæ sunt, „& solius ejus benignitatis auxilio diluendæ: „cave igitur, ne propter parva in te admissa, „gravissimorum tibi peccatorum remissionem „apud Deum præcluseris.

15. „Et ne nos inducas in tentationem „Domine. Idne Dominus orare nos docet, ne ul- „latenus tentemur, & quomodo alicubi dictum „est; *summum gaudium existimate, cum in tentatio- „nes incideritis varias Jac.* 1. *v.* 2. verum in- „gredi in tentationem nonne fuerit a tentatio- „ne submergi?

16. „Sed libera nos a malo. Malus vero est „adversarius dæmon, a quo liberari oramus, „Tum vero expleta oratione dicis: *Amen*, per „illud *Amen*, quod significat, *fiat*, quæcunque „in hac tradita a Deo oratione continentur, „obsignas, & assentis.

Sacerdos clamat: Sancta Sanctis.

17. „His peractis dicit sacerdos sancta san- „ctis. Sancta sunt, quæ in Altari proposita ja- „cent, recepto Spiritus sancti superventu. San- „cti vos quoque Spiritus sancti dono dignati. „Sancta igitur Sanctis conveniunt. Deinde vos „subjicitis: Unus sanctus, unus dominus, je- „sus christus: revera enim unus Sanctus est, „natura Sanctus, nos autem etiam Sancti, ve- „rum

„rum non natura, sed participatione, & ope-
„rum exercitio ac voto.

18. „Audivisti deinde vocem psallentis vos „ad sanctorum mysteriorum communionem invitantis ac dicentis: Gustate et videte, quod bonus est Dominus. Ne corporeis faucibus hujus rei judicium permittite sed fidei omnis dubitationis experti: qui enim gustant, non panem & vinum degustare jubentur, sed antitypum seu Sacramentum corporis & sanguinis Christi.

Invitatio ad communionem.

19. „Adiens igitur ne expansis manuum volis, neque disjunctis digitis accede, sed sinistram velut thronum subjiciens dexteræ utpote regem excepturæ, & concava manu suscipe corpus Christi respondens; Amen. Postquam caute oculos tuos sanctificaveris sancti corporis contactu, illud percipe advigilans, ne quid ex eo tibi depereat, quod enim intercidere patieris, ibi tibi tamquam ex propriis membris deminutum puta. Tunc vero post communionem corporis Christi accede & ad sanguinis poculum, non extendens manus, sed pronus & adorationis in modum dicens; Amen. sanctificeris ex sanguine Christi quoque sumens, & cum adhuc labiis tuis ex eo adhæret mador, manibus attingens, & oculos & frontem & reliquos sensus sanctifica. Postremo expectans orationem gratias age Deo, qui de tantis mysteriis impertire dignatus est. A communione autem ne vos abscindite, neque propter peccatorum inquinamentum sa-
„cris

Communio quomodo sumenda.

„cris istis & spiritualibus defraudate mysteriis.
„Deus autem pacis sanctificet vos totos & in-
„tegrum vestrum corpus servetur in adventu
„D. N. Jesu Christi, cui gloria cum Patre &
„Filio & S. Spiritu, nunc & semper, & in sæ-
„cula sæculorum. Amen.

SANCTI CYRILLI
HIEROSOL. ARCHIEP.
HOMILIA
IN PARALYTICUM JUXTA PISCINAM JACENTEM.

Jesus ubique benefacit.

1. Homiliæ hujus auctorem esse S. Cyrillum multis argumentis probat D. Touttee, qui eam anno 345 ab eo adhuc presbytero extemporaliter peroratam esse putat. Explicat autem illam Joannis Evangelii partem, qua continetur miraculum Christi paralyticum triginta annis ad probaticam piscinam jacentem verbo sanantis die Sabbati, Judæis obmurmurantibus, & statim a principio monet: „Ubicunque apparuerit Jesus, ibi etiam adest „salus, nam etsi publicanum in telonio sedentem viderit, hunc Apostolum & Evangelistam facit, & tametsi inter mortuos sepeliatur, mortuos exsuscitat. Hierosolymis ergo „probatica piscina erat, in qua jacebat multitudo ægrotantium: Medicus vero qui tum „corporum tum animorum morbos sanat, ordine quodam medicinam adhibuit, priorem „sanans

„sanans eum, qui diutino morbo laborabat, „ut citius doloribus levaretur, octo enim & „triginta annis ibi jacebat.

2. „Circumiens igitur Jesus piscinam vidit „& cognovit, qui & antequam videret, pro„be noverat. Vidit autem jacentem, pecca„torum enim onus grave & diutinus morbi „dolor ei incubuere. Huic quæstio proposi„ta: *Vis sanus fieri?* O magnam medici pote„statem, qui auxilium ex sola voluntate su„spendit! nam cum ex fide salus sit, idcirco „audivit: *Visne?* ut voluntas hæc Christi ope„rationem eliceret. Vox hæc unius Jesu pro„pria est, qui solus ipsum etiam velle dat, „& fidem acceptam habet, & donum gratis „impertit. Sic etiam interrogat cæcos: *Quid* „*vultis, ut faciam vobis? Matth.* 20. non igno„rans, quid vellent, sed ex eorum verbis suum „adducturus donum, ut ex suis ipsi verbis ju„stificarentur, & interrogatio illis proposita „operationem suam eliceret.

Auxilium suum ex voluntate petentis suspendit.

3. „Respondit paralyticus: *Etiam Domine:* „*verum hominem non habeo.* Ne animo deji„ciaris: Deum habes adstantem tibi, qui alia „parte homo est, alia vero Deus, utrumque „enim confiteri debemus, non enim confessio „humanitatis a confessione divinitatis sejuncta „est utilis, maledictus enim, qui spem habet „in hominem: nunc vero & Deum & homi„nem confitemur, Deum vere ex vero Patre „natum, hominemque non specie tantum, sed „veritate factum adorantes veram salutem ex„pectamus.

Spes in Deo homine Christo collocanda.

4. „Ad-

Jesus paralyticum verbo sanat.

4. „Aderat igitur juxta aquas piscinæ aquarum auriga & factor, cui paralyticus ait: *hominem non habeo, qui postquam turbata aqua fuerit, in piscinam me injiciat. Joan.* 5. Dicit „ei Servator: Quid expectas, donec turbatæ „sunt aquæ, circa turbationem ullam sanus „esto. *Surge*, ait tibi ipsa resurrectio: *tolle grabatum tuum & ambula*. Sed primum *surge*, „primum abjice morbum, postea fidei robur „assume: vires prius experire adversus illud, „quo gestabaris grabatum: ubi ligneum ferculum (*seu gestatorium*) portare præcepit il„le Salvator, de quo dictum est: *Ferculum sibi fecit Rex &c. Cant.* 3. *v.* 9. Passionis sunt

Cantica casta sunt.

„symbola, quæ consignata sunt in Canticis „sponsalibus: non enim secundum multorum „opinionem amatoria & turpium affectuum „cantica esse putes, verum sponsalia modestiæ „ac temperantiæ plena.

Sabbati violati falsum, judicium.

5. „In hoc ergo per id verbum: Surge, „tolle grabatum tuum & ambula, quantum „putas stuporis cernentes invasit? At id, quod „videbatur, revera mirandum fuit, incredulitas vero inæstimabilis, nam plurimorum annorum sanata est ægritudo, incredulitas vero „longinqua sanata non fuit. Nam si id, quod „factum fuerat, stupere oportebat, medicum „quoque corporum & animarum oportebat ad„orari: illi autem murmuraverant. Jesus vero prudentissimo consilio operabatur in Sab„bato, ea nempe, quæ Sabbatum transcen„dunt operatus, ut illos operatio persuaderet. „Ajebant illi: *Sabbatum est, non licet tibi tol-*

„lere

„*lere grabatum tuum.* Legislator aderat ipse, „& ausus est alius quisquam dicere, non ti„bi licet: ille vero corpore & animo sanatus „statim respondet: Qui me sanum fecit, ille „mihi dixit: verbo dixit, & effectus extem„plo secutus est, imperavit, & ego impera„tum facio, qui suis imperiis medicinam præ„stitit.

6, „Non noverat is, qui sanatus fuerat, „quis esset, qui eum sanaverat. Inde maxima „Salvatoris nostri commendatur vanæ gloriæ „fuga, cum enim sanavit, declinavit, ut ne „ex ea sanatione celebraretur. Nos vero con„trarium facimus, si enim aliquando continge„ret, nos somnia cernere, aut impositione ma„nuum opem alicui ferre, aut dæmonem per „invocationem effugare, tantum absumus a „celando recte facto, ut etiam non interroga„ti glorianter prædicemus. Jesus vero factis suis „nos docens, nequis de seipso loquatur simul ut „curationem præstitit, declinavit, ne agnoscere„tur. Postquamvero turba recessit, ut una cum „corporali simul & animæ medicinam adhibe„ret, tunc præsentem se sistens dixit: *Ecce sanus* „*factus es, ne pecces amplius, ne tibi deterius ali*„*quid contingat.* Per unum docet multos: si enim „aliquando in morbos aut ærumnas incideri„mus, nemo adscribat Deo, nostrum enim „unusquisque peccatorum catenis constrictus „flagellatur. *Ne amplius pecces, ne aliquid* „*tibi deterius contingat.* Audiat hanc sen„tentiam quivis homo, & qui ante scortator „erat, vitiosum affectum abjiciat, & sic de

Christi humilitas.

Jactantia vitanda.

„cæte-

„cæteris peccatis. Maxima est Dei injuria„rum oblivio, profusa gratia; at tu cave ne „nimiam patientiam in occasionem contemtus „vertas, neve, quia longanimis Deus est, id„circo pecces, verum deinceps carnales tuos „affectus da operam, ut sanes.

Exhortatio ne peccemus.

7. „*Ne amplius pecces, ne quid deterius tibi „contingat.* Omnibus hic denuntiat sermo; „utinam vero omnes aures audiant, non „enim omnis auris corporea verbum immis„sum intra cogitationem admittit. Audiat „itaque Jesum omnis homo, & ne amplius „peccet, sed accurramus ei, qui peccata con„donat, & sive morbo laboramus, ad eum „confugiamus, sive animæ malo cruciamur, „medicum scientiæ auctorem sequamur, cui „gloria nunc & semper, & in sæcula sæcu„lorum. Amen.

SANCTI CYRILLI HIEROSOLYMITANI EPISTOLA AD CONSTANTIUM IMPERATOREM DE VISO HIEROSOLYMIS LUCIDAE CRUCIS SIGNO.

Inventio S. Crucis sub Constantino.

1. Epistolam hanc a S. Cyrillo initio sui Episcopatus ad Constantium Imperatorem circa annum 351 revera datam fuisse probat D. Touttee, quæ ostentum lucidæ crucis Hie-

roso-

solymis die septima Maji conspectae ita nart: „Tempore Deo amicissimi ac felicis recordationis Constantini Patris tui salutare crucis lignum in Hierosolymis est repertum, divina gratia viro pietatem recte quaerenti hoc largiente, ut absconditos sanctos locos inveniret. Tuo vero Domine omnium piissime Imperator! qui avorum pietatem majore in Deum religione superas, non e terra jam, sed e coelo data prodigia, & Domini ac Servatoris nostri Jesu Christi Unigeniti Filii Dei tropaeum victoriae ex morte reportatae, beata inquam crux lucis splendoribus coruscans Hierosolymis apparuit.

2. „Nam in his sanctis sanctae Pentecostes diebus Nonis Maji circiter horam tertiam crux permagna e luce constructa in coelo super sanctam Golgotham, & usque ad sanctum olivarum montem expansa apparuit, non uni & alteri tantum conspecta, sed universae civitatis multitudini evidentissime ostensa. Neque celeriter in imagine praetervolavit, sed compluribus horis desuper terram conspecta fuit solares radios fulgoribus exsuperans, ita ut universa civitas illico in sanctam Ecclesiam confertim accureret, immissae a Deo visionis metu cum laetitia conjuncto perculsa juvenum simul ac seniorum turba, indigenarum atque exterorum, Christianorum ac gentilium ex diversis partibus huc adventantium. Qui omnes unanimiter Christum Jesum Dominum nostrum Filium Dei Unigenitum mirabilium effectorem laudibus „cele-

Narratio conspectae in aere S. Crucis.

„celebrabant, reipsa cognoscentes Christiano„rum piissimum dogma non in persuasoriis sa„pientiæ verbis, sed in demonstratione spiri„tus ac potentiæ consistere. 1. *Cor.* 2.

3. „Cum igitur nos Hierosolymæ incolæ „Deo cum gratiarum actione convenientem ad„orationem exsolverimus & exsolvemus, assi„duasque pro tuo Deo dilecto imperio in his san„ctis locis preces effuderimus & effundemus, „oporteret vero cœlestes has visiones minime si„lentio tradere, sed faustum illud tuæ pietati „nuntium perferre, illico per has litteras ma„turavimus, ut tu firmiorem in D. N. Jesum „Christum assumas fiduciam, simulque con„sueta tua fortitudine plenus, tamquam ipsum „Deum tecum militantem habens, crucis tro„pæum alacerrime proferas. Valentem te, & „omni ornatum virtute, consuetamque cum „sanctarum Ecclesiarum, tum Romani impe„rii curam gerentem, & amplioribus pietatis „præmiis exsplendentem multos nobis anno„rum curriculos Deus universorum concedat, „una cum tota familia Auguste Imperator Deo „carissime, glorificantem semper sanctam & con„substantialem Trinitatem, verum Deum no„strum, quem decet omnis gloria in sæcula „sæculorum. Amen.



SAN-

SANCTI HILARII
PICTAVORUM EPISCOPI
OPERA.

§. I.

Vita & Scripta S. Hilarii.

Hilarium Pictavis in Aquitania Galliarum provincia ortum fuisse tradit S. Hieronymus *præf. ad l. 2. comment. ep. ad Gal.* Ab idolorum superstitione ad fidei veritatem per sacrarum Scripturarum lectionem provecta jam ætate vocatus fuit. Licet autem connubio junctus fuerit, vitæ tamen probitate præstans omnique scientiarum genere excultus concordi populi voce, ait Fortunatus *in ejus vita* circa annum 355 Episcopus Pictaviensis electus fuit. Anno 356 in conciliabulo Bitterensi Arianorum artibus in exilium ejectus in Phrygiam deportatus fuit, ubi complura pro fidei veritate scripsit. Interea indicto apud Seleuciam concilio adesse compulsus, mox vero Constantinopolim profectus summum fidei periculum advertens tribus libellis ab Imperatore Constantio petiit, ut de ea coram adversariis disceptaret: quod Ariani Hilarii eruditionem veriti recusantes Constantio persuaserunt, ut eum in Galliam dimitteret, qua ab hæresi liberata S. Præsul in Italiam ad S. Eusebium Vercellen-

ſem Epiſcopum ſe contulit, cum quo tum ad compeſcendum Luciferi ſchisma, tum ad eliminandam hæreſin Arianam, ejusque patronum Auxentium Mediolanenſem Epiſcopum ejiciendum circa annum 364 ſtrenue laboravit, & Pictavos reverſus circa annum 367 ad ſuperos evolavit, a S. Hieronymo, Auguſtino & aliis ſummis laudibus celebratus.

Scripta S. Hilarii genuina quæ nobis ſuperſunt, ſequentia ſunt: 1. De Trinitate libri XII. 2. Adverſus Conſtantium vita defunctum Liber unus. 3. Ad eumdem Liber uuus. 4. Ad eumdem Liber unus. 5. Contra Arianos vel Auxentium Mediolanenſem Liber unus. 6. Auxentii Mediolanenſis Epiſtola. 7. De Synodis fidei Catholicæ contra Arianos & prævaricatores Arianis acquieſcentes. 8. Fragmenta ex opere hiſtorico edita ex Bibliotheca Pithoei. 9. Hilarii in Evangelium S. Matthæi canones ſeu commentarius. 10. Pſalmorum explanatio ſeu commentarius in pleroſque Pſalmos, 11. Liber de Patris & Filii unitate. 12. Apologeticum adverſus reprehenſores libelli ſui de Synodis. 13. Tractatus de titulo Pſalmi IX. XCI. & XIII. Denique Epiſtola ad Auguſtinum de reliquiis Pelagianæ hæreſeos. Item altera Epiſtola ad eumdem proponens illi aliquot quæſtiones, & metrum in Geneſin, quæ in operibus S. Hilarii reperiuntur non ſunt illius, ſed S. Hilarii Arelatenſis.

Opera S.Hilarii impreſſa ſunt Pariſiis anno 1500. quæ Eraſmus emendata evulgavit Baſi-

Basileæ an. 1535. Ibidem recognita a Lipsio recusa sunt an. 1550. Gillotius anno 1572 novam editionem cum præfatione dedit, cum vita S. Hilarii & notis nonnullis, quæ 1605 Parisiis a Fabro & Bongartio emendata denuo prodiit, in qua editione fragmenta S. Cyrilli & commentarius in nonnullos Psalmos adjecti sunt. Præstantissima demum Editio operum S. Hilarii illa est, quam cum notis omnigena eruditione refertis anno 1693 in fol. R. D. Coutant Congregationis S. Mauri Benedictinus Parisiis evulgavit.

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI DE TRINITATE LIBER I.

§. I.

Argumentum.

Duodecim libri de Trinitate a S. Hilario compositi opus sunt præstantissimum, quo explicatio & probationes hujus Mysterii continentur. In iis statuit fidem Ecclesiæ modo maxime demonstrativo, hæreticorum errorem manifeste aperit, solide refellit, maxime Arianorum, & omnibus ipsorum objectionibus respondet, ita ut non prolixius nec majori conscriptum ordine in tota antiquitate reperias. Gillotius illos in suo exilio cir-

ca annum 356 scriptos putat, alii vero eos jam antea confectos arbitrantur.

§. II.

ANALYSIS LIBRI I.

Beatitudo non consistit in otio & opulentia.

1. Primus hic liber velut prologus est in totum opus, in quo primo ostendit, quibus gradibus mens humana ad cognitionem rerum divinarum perveniat: deinde argumenta singulorum librorum explicat. Ab initio igitur observat: „Multa adesse, quae opinione communi efficere utilem atque optandam „vitam videbantur, maxime vero otium simul „& opulentia, quod alterum sine altero mali „potius materies quam boni esset occasio, quia „& quies inops quoddam prope vitae ipsius „intelligatur esse exilium, & opulens inquie„tudo tanto plus calamitatis afferat, quanto „majore indignitate his caretur, quae maxi„me & optata & quaesita sunt ad utendum. „Verum haec vitae blandimenta non multum „videntur a consuetudine esse belluinae ob„lectationis aliena, quibus in saltuosa loca, „ac pabulis laeta evagantibus adest & securi„tas a labore & satietas ex pascuis.

Beatitudo non consistit in generali cognitione boni.

2. „Ac mihi plerique hanc belluinae vitae „consuetudinem ideo respuisse videntur, quod „indignum homine existimarent, in officium „tantum se ventris & inertiae natos arbitrari, „& in hanc vitam non in aliqua bonae artis „studia esse deductos, & hanc ipsam vitam „non ad profectum aeternitatis esse indultam.

„Unde

„Unde bene agere & intelligere, id demum „bene vivere opinabantur: vitam autem ip„sam non ad mortem tantum ab immortali „Deo tribui existimandam, cum boni largito„ris non esse intelligeretur, vivendi jucundis„simum sensum ad tristissimum metum tribuis„se moriendi. Et quanquam non ineptam „hanc eorum sententiam existimarem, con„scientiam ab omni culpa liberam conserva„re, & omnes vitæ humanæ molestias vel „providere prudenter, vel vitare consulte, vel „ferre patienter, tamen hi ipsi non satis mihi „idonei ad bene beateque vivendum authores „videbantur, communia tantum & convenien„tia humano sensui doctrinarum præcepta sta„tuentes.

3. „Festinabat ergo animus beatæ vitæ „muneris Deum parentem cognoscere, cui se „totum deberet, ad quem omnem spei suæ opi„nionem referret, & in cujus bonitate inter „tantas præsentium negotiorum calamitates, „tamquam tutissimo portu requiesceret. Ad „hunc igitur cognoscendum studio flagrantissi„mo accendebatur: cum vero plures numero„sas incertorum Deorum familias introduce„rent, & virilem ac muliebrem sexum in Di„vinis naturis agere existimantes ortus & suc„cessiones deorum ex diis assererent: alii mi„nores ac majores & differentes pro potestate „deos prædicarent, nonnulli nullum omnino „Deum esse affirmantes, eam tantum quæ for„tuitis motibus in aliquid existeret, naturam „venerarentur: plerique vero Deum quidem *Sed in cognitione veri Dei.*

„esse loquerentur, sed hunc incuriosum rerum „humanarum pronuntiarent, aliqui vero ipsas „creaturarum corporeas formas in elementis „terrenis & cœlestibus adorarent: postremò „quidam in simulacris hominum, pecudum, „volucrum, ferarum, serpentum deos suos col„locarent, dignum jam non erat, authores „eos veritatis existere, qui ridicula & fœda „sectantes ipsis illis inanissimarum sententiarum „suarum opinionibus diffiderent.

Qui Deus unus est. 4. „Sed inter hæc animus sollicitus utili „ac necessaria ad cognitionem Dei sui via ni„tens, divinum & æternum nihil nisi unum „pro certo habebat, quia id, quod ad id, „quod est, autor est, nihil extra se præstan„tius reliquisse debet, atque ita omnipotentiam „æternitatemque nonnisi penes unum esse, „quia neque in omnipotentia validius infir„miusque, neque in æternitate posterius an„teriusve congrueret, in Deo autem nihil ni„si æternum potensque esse venerandum.

Et a se. 5. „Hæc igitur multaque alia animo re„putans cum incidi in eos libros, quos a Moy„se & Prophetis scriptos esse Hebræorum re„ligio tradebat, in quibus creatore Deo testan„te de se, hæc continebantur: *Ego sum, qui „sum Exod* 3. admiratus sum plane tam ab„solutam de Deo significationem, non enim „aliud proprium magis Deo, quam esse intel„ligitur, quia idipsum quod est, neque desi„nentis est aliquando, neque cœpti, sed perpe„tuum. Et ad hanc quidem infinitatis signi-

„fica-

„ficationem sermo dicentis: Ego sum, qui sum,
„satisfecisse quidem videbatur, sed & virtu-
„tis suæ erat a nobis opus intelligendum:
„unde Dei hic rursum auditus est sermo: *cœ-*
„*lum mihi thronus est, terra autem scabellum pe-*
„*dum meorum, nonne manus mea fecit hæc? Is.* 66.
„ita ut in his cunctis originibus creaturarum
„Deus intra & extra, circumfusus & infusus
„in omnia nosceretur. Id quod etiam a Pro-
„pheta hæc dicente confirmabatur; *Quo ibo a*
„*Spiritu tuo, aut a facie tua quo fugiam? Si*
„*ascendero in cœlum, tu illic es &c. Ps.* 138.
„Nullus sine Deo, neque ullus non in Deo
„locus est.

6. „Quamquam igitur hujus inexplicabilis *Deus ex*
„intelligentiæ sensu animus gauderet, quod *creaturis*
„hanc in creatore suo immensæ æternitatis *cognosci-*
„infinitatem veneraretur, tamen studio adhuc *tur.*
„intentiore ipsam illam infiniti & æterni Do-
„mini sui speciem quærebat. Et tunc hunc
„de Deo pulcherrimæ sententiæ modum pro-
„pheticis vocibus apprehendit, de magnitudi-
„ne & pulchritudine creaturarum generatio-
„num conditor conspicitur. Atque ita pulcher-
„rimus Deus est confitendus. His itaque piæ
„opinionis & doctrinæ studiis animus imbutus
„majus conditori suo officium se præstare non
„posse existimabat, quam ut tantum eum in-
„telligeret, quantus & intelligi non potest, &
„potest credi.

7. „Suberat autem omnibus his naturalis *Immorta-*
„adhuc sensus, ut pietatis professionem spes *litas ani-*
mæ.

„Respuit autem captiosas & inutiles Phi- *Fides in Christum.*
hiæ quæstiones fides constans, spolium
debet veritas falsitati, non secundum
ma communis intelligentiæ Deum reti-
t, neque de Christo secundum mundi ele-
ta decernens, qui nos ad Divinitatis suæ
iram trahens non etiamnum corporali
ceptorum observatione destrinxit, neque
legis umbram ad solennia desecandæ car-
imbuit, sed ut circumcisus a vitiis spiri-
omnem naturalem corporis necessitatem
inum emundatione purgaret, cujus mor-
nsepeliremur in Baptismo, ut in æter-
tis vitam rediremus, & immortalitati re-
eremur, ipso pro nobis ex immortalita-
noriente, ut ad immortalitatem una cum
excitaremur ex morte.

„In hoc ergo conscia securitatis suæ *Ariana hæresis vitanda.*
mens spebus suis læta requieverat, in-
essionem mortis hujus usque eo non me-
is, ut etiam reputaret in vitam æternita-
Sed inter hæc emerserunt desperata in
e sæva in omnes impiæ temeritatis inge-
potentem Dei naturam ex naturæ suæ in-
itate moderantium, qui ita Evangelicæ
i corrumpunt Sacramentum, ut sub unius
pia tantum professione nativitatem Uni-
iti Dei abnegent, ut protensio sit potius
hominem, quam descensio. Alii vero,
 salus nulla sit fine Christo, qui in prin-
o apud Deum erat Deus Verbum, nati-
tem negantes, creationem solam profes-
int, ne nativitas veritatem Dei admitte-

„ret,

„ret, ſed creatio falſitatem doceret. Hor „igitur furori reſpondere animus exarſit, n „colens hoc præcipue ſibi ſalutare eſſe, no „ſolum in Deum crediſſe, ſed etiam in Deu „Patrem; neque in Chriſto tantum ſperaſſe, „ſed in Chriſto Dei Filio, neque in creatur „ſed in Deo creatore ex Deo nato, ita ut Pa „ter & Filius unum ſint, non unus, quia De „ex Deo nato neque eundem nativitas permit „tit eſſe, neque aliud. Siqua vero nos de na „tura Dei & nativitate tractantes comparatio „num exempla afferemus, nemo ea exiſtimet „abſolute in ſe rationis perfectionem contine „re, comparatio enim terrenorum ad Deum „nulla eſt, ſed infirmitas intelligentiæ noſtræ „cogit ſpecies quasdam ex inferioribus tam „quam ſuperiorum indices quærere, ut ex ſen „ſus noſtri conſcientia ad inſoliti ſenſus opi „nionem educeremur. Pergimus itaque de „Deo locuturi Dei verbis, ſenſum tamen no „ſtrum rerum noſtrarum ſpecie imbuentes.

Argumentum ſingulorum librorum.

10. „Ac primum quidem ita totius operis „modum temperavimus, ut aptiſſimus legen„tium profectibus connexorum ſibi libellorum „ordo ſuccederet. Sed quia nullus ad præ„rupta aſcenſus eſt, niſi ſubſtratis gradibus, „arduum hoc intelligentiæ iter clivo quaſi mol„liore lenivimus. Poſt hunc enim primum ſer„monis libellum *ſequens* ita Sacramentum edo„cet divinæ generationis, ut baptizandi in „Patre & Filio & Spiritu ſancto non ignorent „nominum veritatem, ſed unumquodque ita „ſenſu concipiant, ut eſt ac nuncupatur. Poſt „hunc

hunc *tertius* liber illud explicat: Ego in Patre & Pater in me. *Quartus* liber demonſtrat, quod ſine Deo Chriſto Deum confiteri irreligioſitas ſit, & confeſſo Deo unigenito Chriſto non unum Deum prædicare perfidia ſit. *Quintus* liber Divinitatem Verbi ex auctoritatibus propheticis demonſtrat. *Sextus* eamdem ex novo Teſtamento confirmat. *Septimus* idem argumentum proſequitur. *Octavus* probat unionem eſſentialem Patris & Filii, & hæreticorum reſponſa confutat. *Nonus* aliis objectionibus hæreticorum reſpondet. *Decimus* in eodem argumento verſatur: ſicut & *Undecimus* & *Duodecimus*.

LIBER II.
De Trinitate.

In hoc libro S. Hilarius explicat doctrinam Eccleſiæ circa tres divinas Perſonas, & licit: „Sufficiebat quidem credentibus Dei „ſermo cum dicit Dominus: *Euntes nunc doce-„te omnes gentes, baptizantes eos in nomine Pa-„tris & Filii, & Spiritus ſancti. Matth.* 28. Sed „compellimur hæreticorum vitiis ſermonis no-„ſtri humilitatem ad ea quæ inenarrabilia ſunt, „extendere. Extiterunt enim plures, qui cœ-„leſtium verborum ſimplicitatem pro volun-„tatis ſuæ ſenſu, non pro veritatis ipſius ab-„ſolutione ſuſciperent, aliter interpretantes, „quam dictorum virtus poſtularet: de intelli-„gentia enim hæreſis, non de Scriptura eſt, „& ſenſus, non ſermo fit crimen. Numquid „corrumpi veritas poteſt, cum Patris nomen „auditur? Numquid natura filii non continetur „in

Hæreſis contra Trinitatem.

in nomine? Numquid Spiritus S. non erit, qui „nuncupatur? Sed homines mente perversi „omnia confundunt, & afferunt doctrinas no-
Sabellius. „vas & hominum commenta, ita ut *Sabellius* „Patrem extendat in Filium, idque nomini-„bus potius confitendum putet esse, quam re-„bus, cum ipsum sibi Filium ipsum proponat & „Patrem: & *Hebion* omne initium Filii Dei ex
Hebion. „Maria concedens, non ex Deo hominem, „sed ex homine Deum proferat, neque subsi-„stens antea, quod in principio apud Deum „erat Deus Verbum virgo in carne susceperit, „sed carnem genuerit per Verbum, quia in „Verbo non antea existentis Unigeniti Dei na-„turam dicit, sed sonum vocis elatum. Et
Ariani. „aliqui (*scilicet Ariani*) qui ex nihilo at-„que a tempore formam & sapientiam & „virtutem Dei provehunt. Praetermitto reli-„qua humani periculi nomina, Valentinos, „Marcionitas, Manichaeos, pestesque caeteras, „quae interdum imperitorum mentes occupant. „Horum igitur infidelitas in anceps nos peri-„culum protrahit, ut necesse sit de tantis, & „tam reconditis rebus aliquid ultra praescrip-„tum coeleste proferre. Immensum est autem „quod exigitur, incomprehensibile est, quod „audetur, ut ultra praefinitionem Dei de Deo „sermo sit, verborum significantiam rei ipsius „natura consumit, intelligentiae capacitatem „quidquid fine nullo continetur excedit. Sed „nos necessitatis hujus ab eo, qui haec omnia „est, veniam deprecantes audebimus, quaere-„mus, loquemur, & quod solum in tanta re-„rum quaestione promittimus, ea, quae erunt „significata, credemus.

2. „Pa-

2. „Pater ergo eſt, ex quo omne, quod *Dei Patris natura.*
„eſt, conſiſtit: ipſe in Chriſto & per Chriſtum
„origo omnium, cæterum eſſe in ſeſe eſt, non
„aliunde quod eſt ſumens. Infinitus, quia non
„ipſe in aliquo, ſed intra eum omnia: ſemper
„extra locum, quia non continetur in loco;
„ſemper ante ævum, quia tempus ab eo eſt.
„Curre ſenſu, ſiquid ei putas ultimum eſſe,
„eum ſemper invenies, quia ſine fine eſt, ubi-
„que eſt, & totus ubique eſt: Deus inviſibi-
„lis, ineffabilis, infinitus, ad quem eloquen-
„dum ſermo ſileat, & inveſtigandum ſenſus
„hebetetur, & complectendum intelligentia
„coarctetur. Habet tamen naturæ ſuæ no-
„men in Patre, ſed Pater tantum eſt, & non
„habet aliunde quod Pater eſt, ſed in ſemet-
„ipſo. Ipſe ingenitus, æternus Pater ſemper
„eſt, ſoli Filio notus, illis ſcientia mutua eſt,
„illis viciſſim cognitio perfecta. Cæterum ip-
„ſum quod in ſemetipſo & a ſemetipſo ſit, &
„ipſe per ſe ſit, quod inviſibilis, & incom-
„prehenſibilis, in his quidem honoris confeſ-
„ſio eſt, & quædam circumſcriptio opinandi,
„ſed naturæ ſermo ſuccumbit, & rem ut eſt,
„verba non explicant. Perfecta ſcientia eſt,
„ſic Deum ſcire, ut licet non ignorabilem,
„tamen inenarrabilem ſcias. Credendus eſt,
„intelligendus eſt, adorandus eſt, & his offi-
„ciis eloquendus eſt.

3. „Filium mens conſternatur attingere, *Natura Filii Dei.*
„& trepidat omnis ſermo ſe prodere; eſt enim
„progenies Ingeniti, unus ex uno, verus a
„vero, vivus a vivo, perfectus a perfecto,
„virtu-

„virtutis virtus, sapientia sapientiæ, gloria
„gloriæ, imago invisibilis Dei, forma Patris
„ingeniti. Quam autem progeniem opinabi-
„mur unigeniti ab ingenito? clamat enim sæ-
„pe pater de cœlis: *Hic est filius meus dilectus*
„non est abscissio aut divisio, impassibilis est
„enim, qui genuit, & invisibilis imago Dei
„est, qui natus est, & testatur: quia *Pater in*
„*me & ego in Patre Joan.* 10. Non est as-
„sumptio, verus enim Filius Dei est, qui cla-
„mat: *qui me videt, videt & Patrem*: sed ne-
„que ut cætera jussus est esse, nam Unigeni-
„tus ex uno est, & *in se habet vitam*, uti ha-
„bet ille, qui genuit. *Joan.* 5. Sed neque
„pars Patris in Filio est, testatur enim Fi-
„lius: *Omnia quæ Patris sunt, mea sunt Joan.* 15.
„Habet nativitatis hujus uterque secretum.
„Ego nescio, non requiro, & consolabor me
„tamen: Archangeli nesciunt, Angeli non
„audierunt, sæcula non tenent, Propheta
„non sensit, Apostolus non interrogavit, Fi-
„lius non edidit: nonne æquanimiter ignora-
„bis creatoris nativitatem ignorans nativita-
„tem creaturæ. Nullum ergo dicis officium
„est fidei, si nihil poterit comprehendi: imo
„hoc officium fides profitetur, id unde quæ-
„ritur incomprehensibile sibi esse se scire.

Filii æternitas. 4. „Superest de inenarrabili generatione „Filii adhuc aliquid, imo illud aliquid adhuc „totum est: nescio quidem quando natus sit „Filius, & nefas est mihi scire, quod natus „est. Ex quibus libris ad tantarum difficul- „tatum enarrationem verba præsumam? So- „phistæ

„phistæ & Sapientes mundi in hoc muti sunt:
„Scribis legis crux Christi scandalum est: ad
„venerationem ejus qui prædicatur satis erit,
„leprosos mundatos fuisse, surdos audiisse, sed
„hæc hæretici confitentur & pereunt. Consi-
„stit mecum in patrocinium piscator egens,
„ignotus, indoctus, & ait: *In principio erat*
„*Verbum Joan. 1.* vicit omne principium, erat
„enim quod est, neque in tempore aliquo con-
„cluditur ut cæperit, quod erat potius in prin-
„cipio, quam fiebat. Sed piscator noster Ver-
„bum tempore liberavit, & sumit sibi, quod
„obtemperans nemini est, verum ait: *Et Ver-*
„*bum erat apud Deum.* Jam sine principio est
„apud Deum, quod erat ante principium. Sed
„dices, Verbum sonus vocis est, & elocutio
„cogitationum, & hoc in principio apud Deum
„erat. Respondet piscator meus, & adjicit:
„*Et Deus erat Verbum.* Cesset sonus vocis,
„& cogitationis eloquium: Verbum hoc res
„est, non sonus, natura, non sermo, Deus,
„non inanitas est. Sed audio: *Et Deus erat*
„*Verbum*, cum unum Deum Prophetæ nuntia-
„verint. Verum reddit Sacramenti tanti di-
„spensationem piscator meus, & refert ad unum
„omnia sine tempore, ait enim: *hoc erat in*
„*principio apud Deum:* & apud ingenitum
„Deum, ex quo ipse unus unigenitus est, Deus
„prædicatur. Expectamus adhuc a te pisca-
„tor plenitudinem Verbi: Erat quidem in prin-
„cipio, sed potuit non esse ante principium.
„Sed quid pro se ille? *Omnia per ipsum facta*
„*sunt*: Ergo nihil sine illo est, per quem uni-
„versa cæperunt, & in infinitum est, per quem

„quod eſt omne ſit factum; & cum ab eo ſint „omnia, & tempus ab eo eſt. Sed dicitur „tibi ab aliquo piſcator meus: Eſt ingenitus, „qui a nemine factus eſt, eſt & ipſe genitus „ab innato. Verum occurrit: *Et ſine eo fa-„ctum eſt nihil.* Cum enim nihil ſine eo, in-„telligo non ſolum, quia alius eſt per quem, „& alius ſine quo, ubi ne in eo quod omnia „dicit, nihil eſſet exceptum, ſolvit objectio-„nem dicendo: *Et ſine eo factum eſt nihil.* Sed „infero: Eſt ergo aliquid per alterum factum, „quod tamen non ſit ſine eo factum, & ſi ali-„quid per alterum, licet non ſine eo, jam „non per eum omnia, quia aliud eſt feciſſe, „aliud interveniſſe facienti. Verum reſpondet „illud: *Omnia per ipſum facta ſunt*, ſi hoc, „enarra, quid non ſine eo factum ſit, quod „factum ſit. *Quod factum eſt in eo, vita erat.* „Hoc igitur non ſine eo, quod in eo factum eſt, „nam & id, quod in eo factum eſt, etiam per „ipſum factum eſt, omnia per ipſum & in ipſo „creata ſunt: in ipſo autem creata, quia naſce-„batur creator Deus.

Teſtimonia contra Hæreticos.

5. „Patrem autem & Filium, ſi audet, Sa-„bellius eumdem prædicet, audiet ſtatim de „Evangeliis: *Hic eſt Filius meus dilectus Matth.* 17. „audiet: *Pater major me eſt:* Et: *ego vado ad „Patrem.* Subrepat Hebion omne initium Fi-„lio Dei ex Maria concedens: relegat: *In prin-„cipio erat Verbum &c.* Exiſtant novelli Apo-„ſtolatus Antichriſti prædicatores omni contu-„melia Dei Filium illudentes, & audient: *Ego „de Patre exivi.* Et: *ego & Pater unum ſumus.*

„Unum

ium igitur hoc est immobile fundamentum, *Fidei confessio petra.*
a hæc est felix fidei petra Petri ore confes-
: *Tu es Filius Dei vivi*, tanta in se sustinens
gumenta veritatis, quantæ infidelitatis ca-
mniæ movebuntur.

6. „Jam in cæteris dispensatio voluntatis *Incarnatio.*
ternæ est, virgo, partus, & corpus, post-
e crux, mors, inferi, salus nostra. Hu-
ani enim generis causa Dei Filius natus ex
rgine est, & Spiritus sancti inumbrante vir-
te corporis sibi initia consevit: ut homo
ctus ex Virgine naturam in se carnis acci-
ret, perque hujus admixtionis societatem
nctificatum in eo universi humani generis
rpus existeret. Dei quippe imago invisibilis
dorem humani exordii non recusavit, &
r conceptionem, partum, vagitum, & cu-
s omnes naturæ nostræ contumelias trans-
rit. Quid tandem dignum a nobis tantæ
gnationis affectui rependetur? Unigenitus
eus in corpusculi humani formam sanctæ
irginis utero insertus accrescit: humani par-
s lege profertur, vagitu infantiæ auditur.
æc siquis indigna Deo reputet, tanto se ma-
ris beneficii obnoxium confitebitur, quan-
minus hæc Dei convenerint majestati: non
e eguit homo effici, sed nos eguimus, ut
eus caro fieret. Humilitas ejus nostra no-
litas est, contumelia ejus honor noster
t. Sed ne forte detineant scrupulosas men-
s cunæ, vagitus, partus, & conceptio,
ddenda est singulis Dei dignitas. Videa-
us ergo ministeria conceptus: Angelus Za-

„chari'e loquitur, matrem Filii Dei virginem „pollicetur, Spiritus S. eam obumbrat. Hæc „conceptionis dignitas. Videamus partum, „vagitum & cunas quæ dignitas sequatur. Lo„quitur ad Joseph angelus parituram virginem, „& natum vocandum Emmanuel nobiscum „Deus, & pastoribus angelus natum Christum „nuntiat. Parit virgo, partus a Deo est: in„fans vagit, laudantes angeli audiuntur: pan„ni sordent, Deus adoratur. Ita potestatis di„gnitas non amittitur, dum carnis humilitas „adoptatur. Par est reliquæ cursus ætatis: „nam omne tempus, quod in homine egit, „Dei operibus explevit, illud contuendum est, „in carnis assumtione hominem, Deum vero „in gestis rebus existere.

itus tio. 7. „De Spiritu autem sancto nec tacere „oportet, nec loqui necesse est, quia de Pa„tre & Filio autoribus (*id est spirantibus*) est, „& qui confessioni Patris & Filii connexus „est, non potest a confessione Patris & Filii „separari: de quo in Apostolo legimus: *Quo„niam estis filii Dei, misit Deus Spiritum Filii „sui &c. Gal.* 4. Et: *nolite contristare Spiritum „sanctum Eph.* 4. & multoties alibi. Unde „quia est, & donatur, & habetur, & Dei est, „cesset sermo calumniantium, cum dicunt, „per quem sit, & ob quid sit, vel qualis sit. „Quod autem sit officium ejus in nobis verbis „ipsius Domini audiamus: *Ipse me clarificabit „Joan.* 14. nimirum fidem nostram de Dei in„carnatione difficilem sancti Spiritus donum „illuminat. Est autem nunc consequens, ut

„&

„& Apostolum explicantem doni hujus virtu-„tem & officium audiamus: ait enim: *Quot-„quot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei. Rom.* 8. „Et: *alii datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii „sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii „fides in eodem Spiritu, alii dona sanitatum &c.* „1. *Cor.* 12. Habemus ipsius causam, habe-„mus effectus. Utamur ergo tam liberalibus „donis, & usum maxime necessarii muneris „expectamus, nam animus humanus nisi per „fidem donum Spiritus hauserit, habebit qui-„dem naturam Deum intelligendi, sed lumen „scientiæ non habebit: munus autem, quod „in Christo est, omne omnibus patet unum, „& quod ubique non deest, in tantum datur „in quantum quis volet sumere: hoc usque in „consummationem sæculi nobiscum: hoc expe-„ctationis nostræ solatium, mentium lumen, „splendor animarum est. Hic ergo Spiritus S. ex-„petendus est, promerendus est, & deinceps præ-„ceptorum fide & observatione retinendus.

LIBER III.
De Trinitate.

1. Sanctus Hilarius in hoc libro probat divinitatem Filii Dei ex illis verbis: *Ego in Patre & Pater in me Joan.* 10. „Ut autem, „ait, facilius intelligentiam difficillimi hujus „textus consequi possimus, prius Patrem & Fi-„lium, secundum divinarum Scripturarum do-„ctrinam cognosci a nobis oportet. Æternitas „Patris locum, tempus, & omnia excedit. „Hic ergo ingenitus ante omne tempus unige- *Quomodo Filius in Patre.*

„nitum ex his, quæ ingenita in se erant pro„creavit, omne quod Deus est, per charita„tem atque virtutem nativitati ejus impartiens, „& sic ab ingenito perfecto æternoque Patre „unigenitus & perfectus & æternus est Filius, „quia dum ab eo, qui habet omnia, accepit „omnia, Deus a Deo, Spiritus a Spiritu, lu„men a lumine confidenter ait: *Pater in me & „ego in Patre*, quia uti Spiritus Pater, ita & „Filius Spiritus: uti Deus Pater, ita & Filius „Deus: uti lumen Pater, ita & Filius lumen. „Ex iis ergo, quæ in Patre sunt, ea in qui„bus est Filius, id est, ex toto Patre totus Fi„lius natus est, non aliunde, quia nihil ante „quam Filius, non ex nihilo, quia ex Deo Fi„lius, non in Patre, quia plenitudo Deitatis „in Filio, neque in aliquibus, quia in omni„bus, sed ut voluit, qui potuit, ut sit, qui „genuit, quod in Patre est, hoc & in Filio „est, alter ab altero, & uterque unum, „non duo unus, sed alius in alio, quia non „aliud in utroque, Pater in Filio, quia ex eo „Filius, Filius in Patre, quia non aliunde, „quod Filius, ita in se invicem, quia uti om„nia in ingenito Patre perfecta sunt, ita om„nia in Filio unigenito perfecta sunt.

Fides supra captum.

2. „Sunt igitur ejusmodi in Deo potestates, „quarum cum ratio intelligentiæ nostræ in„comprehensibilis sit, fides tamen per verita„tem efficientiæ in absoluto est. Nec hoc in „spiritualibus tantum, sed etiam in corpora„libus deprehendimus. Nuptiarum die vinum „in Cana Galilææ ex aqua factum est, num-

„quid

„quid consequitur aut sermo noster aut sensus, „quibus modis natura demutata sit, ut aquæ „simplicitas defecerit, vini sapor natus sit? „Ratio facti & visum frustratur & sensum, vir„tus tamen Dei in his, quæ sunt gesta senti„tur. Sed & de quinque panibus quinque mil„lium virorum & innumerabilium mulierum „ac puerorum fames vincitur: fugit oculos sen„sus nostri operis intelligentia, solum superest, „ut Deus omnia posse credatur, qui cum nihil „eguit a nobis, ut hæc eum apud nos inintel„ligibilia opera tamquam egentem laudis orna„rent, providens tamen stultitiæ humanæ er„rorem & infidelitatem eo prorupturam esse, „ut sibi de Dei rebus judicium præsumeret, „audaciam nostram earum de quibus ambige„retur rerum vicit exemplis.

3. „Sunt enim plures sæculi prudentes, „quorum prudentia Deo stultitia est, qui cum „audiunt Deum ex Deo, unum ab uno natum „tamquam impossibilia nobis prædicantibus „contradicunt, & dicunt: nasci nihilpotuit ab „uno, sed ex duobus, & si ab uno natus est „hic Filius, partem ejusdem qui genuit acce„pit, & si pars, neuter ergo perfectus est, de„est enim ei unde decessit. Hanc mundi sa„pientiam per Prophetam damnat Deus dicens: „*Perdam sapientiam sapientium &c.* Item in Apo„stolo: *Stultam fecit Deus prudentiam hujus mun„di &c.* Curam ergo humani generis habens „Dei Filius, ut sibi crederetur, homo factus „est, ut testis divinarum rerum nobis esset „ex nostris, perque infirmitatem carnis Deum „Patrem nobis carnalibus prædicaret. *Confutatio rationes humana.*

Quomodo Pater Filium & vicissim clarificet.

4. „Ait ergo: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te Joan.* 17. „hora hæc passionis est, in qua licet crucifixus „Pater clarificavit Filium suum, nam sol refugit, terra intremuit, rupes & saxa rupta sunt, „Centurio clamat: *vere Dei Filius erat iste.* Prædicationi effectus consentit. Dominus dixerat, clarifica Filium tuum. Non solum autem nomine contestatus est esse Filium, sed „& proprietate, qua dicitur, *tuum*, hic enim „& verus & proprius est Filius origine non adoptione, veritate, non nuncupatione, nativitate, non creatione. Ne autem infirmus „putetur Filius, vicem clarificationis reddit, „& postulatio clarificationis dandæ, vicissimque reddendæ, nec Patri quidquam adimit, „nec infirmat Filium, sed eamdem divinitatis „ostendit in utroque virtutem, cum clarificari „se Filius a Patre oret, & clarificationem Pater non dedignetur a Filio, sed hæc in Patre & Filio virtutis unitatem per vicissitudinem dandæ & referendæ clarificationis ostendunt. Clarificatur autem per Filium Pater, „in eo, quod sit a nobis per Filium intelligendus; Claritas autem hæc erat, quod ab eo Filius potestatem omnis carnis acceperat, caro „enim factus ipse vitæ æternitatem erat mortalibus redditurus. *Joan.* 12.

Pater & Filius clarificatur.

5. „Sed in quo tandem æternitas vitæ est, „ait ipse: *Ut cognoscant te solum verum Deum, „& quem misisti Jesum Christum.* Debitus Patri a Filio honor redditur, cum dicit: *Te solum verum Deum*, non tamen se Filius a Dei

„veri-

„veritate secernit, cum adjungit: *Et quem misisti Jesum Christum.* Non habet intervallum „confessio credentium, quia in utroque spes „vitæ est, nec verus Deus ab eo defecit, qui „in conjunctione succedit. Ergo absolute Pa„trem Filius clarificat in eo, quod sequitur: „*Ego te clarificavi super terram opere consum„mato, quod dedisti mihi ut faciam.* Laus Pa„tris omnis a Filio est, quia in quibus lau„dabitur Filius, laus erit Patris, consummat „enim omnia quæ Pater voluit.

6. „Videamus nunc, quid Filius clarifica„tionis a Patre expectet: hoc nempe, quod „habuit apud eum, *priusquam mundus esset.* „Habuit plenitudinem Divinitatis atque ha„bet, namque Dei Filius est, sed qui erat „Dei Filius, & hominis cæperat esse Filius: „erat enim Verbum caro factum, non amise„rat, quod erat, sed cæperat esse quod non „erat. Ergo quia Filius est Verbum, & „Verbum caro factum, & Deus Verbum, & „hoc in principio apud Deum, & Verbum „ante constitutionem mundi Filius; Filius „nunc caro factus orabat, ut hoc Patri ca„ro inciperet esse, quod Verbum, ut id, „quod de tempore erat, gloriam ejus, quæ „sine tempore est, claritatis acciperet, ut in „Dei virtutem & spiritus incorruptionem „transformata carnis corruptio absorberetur. *Clarifi- tio Fil*



LIBER IV.
De Trinitate.

Hæreticorum opiniones de consubstantialitate.

1. In hoc libro S. Hilarius refert errores hæreticorum circa consubstantialitatem Verbi, quibus Ecclesiæ fidem opponit, & locis, quos pro se allegant, respondet, & Divinitatem Verbi ex veteri Testamento probat. „Ajunt ergo hæretici, non ex Deo esse Christum, id est, Filium non ex Patre natum, „neque Deum ex natura, sed ex constitutione esse, adoptionem scilicet ejus esse in nomine, quia sicut plures Deo filii, ita & hic „Filius sit; & sicut plures dii sunt, ita & hic „Deus sit, indulgentiore tamen in eo adoptionis & nuncupationis affectu, ut & præ cæteris sit adoptatus, & adoptivus aliis major sit „Filius, & excellentius cunctis naturis creatus, creaturis ipse cæteris præstet. Ajunt „etiam quidam eorum Dei omnipotentiam „confitentes, in similitudinem eum Dei creatum, & ex nihilo ut cætera, in æterni illius „Creatoris sui imaginem constitisse. Quin etiam „id adjiciunt, anteriores Episcopos, verbi hujus, id est, unius substantiæ, quod Græce „dicitur homousion, hoc sensu usurpare, tamquam ipse sit Pater, qui & Filius, ex infinitate videlicet sua protensus in Virginem; ex „qua corpus assumens sibi Filii nomen addiderit. Et hæc quidem de homousio eorum „falsitas prima est.

2. „Se-

2. „Sequens illa est, quod affirment, id „enuntiationem homousii significare, quod rei „anterioris atque alterius communio sit duo„bus, & tamquam prior substantia, vel usia „materiæ alicujus extiterit. quæ participata „duobus, & in utroque consumpta utrumque „illum & naturæ anterioris & rei esse testetur „unius. Atque icirco improbare se homousii „ajunt confessionem, quod enuntiatio ejus ne„que Filium a Patre distinguat, & posterio„rem Patrem materia, quæ sibi de Filio sit „communis, ostendat.

3. „Tertio hanc improbandi homousii cau„sam comminiscuntur, quod secundum verbi „hujus significationem ex divisione paternæ „substantiæ Filius existimetur. Præterea Fi„lii nativitatem intra tempora prædicant. Re„spuere autem se id quod semper Filius fue„rit, ob eam causam affirmant, ne per id, „quod semper fuit, sine nativitate esse creda„tur, tamquam per id, quod semper fuisse di„citur, innascibilis prædicetur.

4. „Verum hæc Ecclesia abominatur, re„spuit, damnat. Novit enim unum Deum, „ex quo omnia: novit & unum Dominum no„strum Jesum Christum, per quem omnia: „Unum ex quo, & unum, per quem: ab uno „universorum originem, per unum cunctis crea„tionem: in uno ex quo autoritatem innasci„bilitatis intelligit; in uno, per quem potesta„tem nihil differentem ab autore veneratur: „novit unum innascibilem Deum, novit & „unum

„unum unigenitum Dei Filium. Confitetur „Patrem æternum & ab origine liberum, „confitetur & Filii originem ab æterno, non „ipsum ab initio, sed ab ininitiabili: non per „seipsum, sed ab eo, qui a nemine semper est: „natum ab æterno, nativitatem videlicet ex „paterna æternitate sumentem.

Hæreses de Filio Dei.

5. „Sed hæretici conantur sola Dei Patris „æternitate celebrata Filio auferre, quod Deus „est, quia scriptum est: *Dominus Deus tuus*, „*Deus unus est Deut.* 6. Item 1. *Tim.* 2. *Joan.* 17. „unus solus Deus *Rom.* 16. solus sapiens Deus „1. *Tim.* 6. solus potens Deus dicitur, ubi per „verbum *solus* a communione dictorum secun- „dum hæreticos Filius separatur, soli enim „propria non participantur ab altero, quæ si „in Patre solo, non etiam in Filio esse existi- „mabuntur, Filius Deus falsus credatur, qui „ab his omnibus, cum in his Pater solus sit, „excipitur. Condunt ergo omnem irreligiosi- „tatis suæ doctrinam, dicentes: Novimus „unum Deum solum infectum, solum sapien- „tem, solum sempiternum, solum sine initio, „solum verum, immortalem, optimum, po- „tentem, omnium creatorem: & hunc Deum „genuisse Filium Unigenitum ante omnia sæ- „cula, per quem & sæculum & omnia fecit, „natum autem non putative, sed vere obse- „cutum voluntati suæ, immutabilem, creatu- „ram Dei perfectam, sed non sicut unum crea- „turarum; facturam, sed non sicut cæteræ „facturæ; nec ut Valentinus prolatione natam „Patris commentatus est: nec sicut Manichæus „partem

„partem unius ſubſtantiæ Patris natum expo„ſuit. Nec ſicut Sabellius, qui unionem in„ducit, ipſum dixit Filium, quem & Patrem. „Nec ſicut Hierachas lucernam inducit de lu„cerna, vel lampadem in duas partes: nec „eum, qui fuit ante, poſtmodum natum, vel „ſupercreatum in Filium, & voluntate Dei an„te tempora & ſæcula creatum, & vivere & „eſſe accipiens a Patre, & glorians cum ſub„ſiſtente Patre. Quapropter tres ſubſtantiæ „ſunt Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Et „quidem Deus Pater cauſa eſt omnium omni„no ſine initio ſolitarius, Filius autem ſine „tempore editus eſt a Patre & ante ſæcula „creatus & fundatus: Non erat, antequam „naſceretur, ſed ſine tempore ante omnia na„tus ſolus a ſolo Patre ſubſiſtit, nec enim eſt „æternus aut coæternus, aut ſimul non factus „cum Patre, nec ſimul cum Patre habet eſſe, „cum ſit ante ipſum. Hic eorum error eſt.

6. „Verum omnia hæc editis ſimul & di„cendi cauſis & dictorum virtutibus proſeque„mur. Igitur ſingula ſecundum propoſitionis „ordinem retractantur. Novimus, inquiunt, „unum ſolum Deum *Deut* 6. Nec numquid „hic quiſquam auſus fuit ambigere, ſed non „per id quod Deus unus eſt, Dei Filio accidit „negari poſſe, quod Deus eſt: Moyſes nam„que, vel potius Deus per Moyſen populo & in „Ægypto & in deſerto deorum religionibus „occupato hoc conſtituit principale mandatum, „ut unum Deum crederet, ex quo omnia: ſed „videamus, an idem Moyſes eum quoque, „per

Filii ... nitas ... batur Genes

„per quem omnia, Deum esse confessus sit. „Ait ergo: *Et dixit Deus fiat firmamentum* . . . „*& factum est sic. Gen.* 1. Habes ergo Deum „ex quo, habes Deum, per quem, aut si id „negabis, necesse est id quod factum est, per „quem factum sit, doceas, aut certe naturam „ipsam creandorum Deo obedientem esse de„monstres, quæ ad id, quod dictum est, fiat „firmamentum, seipsam Dei Verbo jussa fir„maverit. Sed hæc divinæ Scripturæ ratio „non recipit, omnia enim secundum Prophe„tam facta ex nihilo sunt: per quem? audi „Evangelistam: omnia per Verbum facta sunt. „Qnod ergo dictum est: *fiat firamamentum*, in „eo quod Pater sit locutus ostenditur; quod „antem adjicitur: *& factum est sic*, & quod fe„cisse Deus dicitur, in eo persona efficientis „est intelligenda, qui faciat, dixit enim & „facta sunt, non utique solum voluit & fecit, „sed dicit fieri Deus, ex quo omnia sunt, & „fecit Deus, per quem omnia sunt.

Aliud testimonium V. T.

7. „Deinde cum perfecto mundo ejus inco„la formandus esset, talis de eo sermo est: „Et dixit Deus: *Faciamus hominem ad imagi„nem & similitudinem nostram.* Et rursum: *fe„cit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.* „*Gen.* 1. Quæro nunc, solumne sibi Deum „locutum existimes, an vero sermonem ejus „ad alterum extitisse? Si solum fuisse dicis, „ejus voce argueris dicentis: *faciamus homi„nem &c.* ac superfluus sermo existimaretur, „si sibi ipsi dixisset, ut fieret, & rursum ipse „fecisset, cum voluntate tantum opus esset,

„ut

„ut fieret: absolutius ergo voluit intelligi, „significationem hanc non ad se solum pertinere, „consortium enim aliquod esse solitario sibi ipsi „non potest. Neque rursum recipit solitarii soli„tudo, *faciamus*, neque quisquam alieno a „se, *nostram*, uterque sermo, & *faciamus*, & „*nostram*, uti solitarium eumdemque non pa„titur, ita neque diversum a se significat. In „solitario ergo solitarius, in non eodem vero „non solitarius reperitur, solitario convenit, „*faciam* & *meam*, non solitario vero *faciamus* „& *nostram*. Quare nec solitarius tantum nec „diversus est confitendus, cognita per id, „quod *nostram imaginem* dicit, non etiam ima„gines nostras, unius in utroque proprietate „naturæ. Video proinde hic tripartitam signi„ficationem, & facientis, & facti, & exem„pli. Qui factus est, homo est, Deus autem „fecit, & quem fecit, ad imaginem Dei fecit: „si de solitario Genesis esset locuta dixisset „utique: & fecit ad imaginem suam: sed Sa„cramentum Evangelicum annuntians non „duos deos, sed Deum & Deum elocuta est, „cum hominem per Deum effectum ad imagi„nem Dei dicit.

8. „Rursus Deus ad Noe inter multa man„data ita loquitur: *ad imaginem Dei fecit homi„nem Gen.* 9. Etiam hic distinguitur exem„plum, opus, & operans; neque rursum con„fundit de solitario ac non solitario intelligen„tiam, cum hominem Deus faciens ad imagi„nem Dei fecerit. Si autem Deum Patrem „solitarium sibi hæc locutum fuisse affirmes,

„pri-

„primum ipse testimonio tuo redargueris, di„xisti enim: Ex Patre omnia, sed per Filium „omnia. Deinde Sapientia, quam tu ipse „Christum confessus es, contraibit dicens: „*Ego eram apud illum, cuncta componens.* Pa„ter ergo in eo quod loquitur efficit, Filius in „eo, quod operatur, quæ fieri sunt dicta, „componit. Personarum autem ita facta di„stinctio est, ut opus referatur ad utrumque, „& in eo, quod scribitur, eram apud illum „componens. *Prov.* 8. non solitarium se sibi es„se in operatione significat. Lætatur autem „ante eum, quem sibi significat aggaudere læ„tanti ob lætitiam scilicet Patris in perfectione „mundi & in filiis hominum lætantis.

Aliud argumentum.

9. „Præterea *Gen.* 1. *dixit Angelus Domini* „*ad Agar: redi ad Dominam tuam &c.* Et di„*xit ei Angelus Domini: multiplicans multiplica*„*bo semen tuum.* Et rursum: *Et vocavit nomen* „*Domini, qui loquebatur secum: Tu Deus, qui* „*aspexisti me.* Angelus Deus loquitur. Du„plex autem in Angelo Dei significatio est, „ipse qui est, & ille, cujus est: & loquitur „non res secundum nomen officii sui, nam „ministerium Angeli potestas multiplicanda„rum gentium excedit, & Sciptura de hoc „Angelo testatur, quod Dominus Deus sit, „Deus ex Deo, ipse est & Angelus Dei, qui „etiam *Gen.* 17. absolute ad Abraham loquens „Deus dicitur. Deus igitur est, & qui Ange„lus Dei est, ob id ita dictus, quia est magni „consilii Angelus.

10. „Idem

10. „Idem Deus ad Abraham loquitur, qui „conspectis tribus viris unum adorat, & Do„minum confitetur. Indiscreta assistentium „species est; sed ille Dominum suum fidei ocu„lis cognovit. Ita qui sub mysterio magni con„silii nuntiandi Dei Angelus est, & ipse natu„ra & nomine Deus est, nomen enim naturæ „non nomini natura componitur. Dehinc ad„est in Sodomam & Gomorram justa pœna „judicii, & quid tandem momenti in eo est? „*Dominus ignem & sulphur pluit a Domino*, uti „Dominus a Domino, ita non discrevit natu„ræ nomine, quos significatione distinxerat: „legimus namque in Evangelio: Pater *omne* „*Judicium dedit Filio*. Item Jacob vidit Do„minum incumbentem scalæ, qui postea illi „dixit: *fac altare Deo, qui apparuit tibi*: ubi „iterum Deus Deo honorem postulat, & po„stulat, cum alterius significatione personæ; „qui inquit apparuit tibi, ne personæ ejusdem „confusio nasceretur. *Probatur ulterius*

11. „Item *Exodi* 35. habes angelum qui „de rubo apparuit, & *Dominum & Deum*. Et „*Deut.* 32. Angelus Dei, filius Dei & Deus „dicitur. Deinde *Ps.* 44. dicitur: *unxit te* „*Deus Deus tuus*. Ubi discretio tantum perso„næ in *te* & *tuus* posita est, in nullo tamen na„turæ divinæ distincta confessione. Item *Isa.* 45. „absoluta Dei Patris de Domino nostro Jesu „Christo professio est, ait namque: *in te est* „*Deus*, ubi non solum eum, qui præsens est, „sed etiam eum, qui maneat in præsenti, de„monstrat, habitantem ab eo, in quo habitat. *Probatur ulterius*

„discernens personæ tamen tantum distinctio-„nem, non generis: Deus enim in eo est, & in „quo est Deus, Deus est, non enim Deus in „diversæ a se naturæ habitaculo est, sed in suo „atque ex genito manet Deus in Deo, quia „Deus ex Deo est. Item *Baruch* 3. dicitur: „*hic Deus noster est . . . post hæc super terram vi-„sus est, & inter homines conversatus est.* Pater „certe nonnisi Filio visibilis est *Joan.* 1. Quis „ergo iste qui visus est? Deus certe noster est, „& invisibilis in homine, & contrectabilis Deus, „*&* non deputabitur alter ad eum, unus est „enim hic in Deum ex Deo natus, per quem „creata sunt omnia. Hic ergo unus est dispo-„nens ad Abraham, loquens ad Moysen, per „Virginem natus ex Spiritu sancto, ad hunc „non deputabitur alius, soli enim hæc Unige-„nito Deo propria sunt, non alter ad eum „Deus deputatur, non enim ex alia substantia, „sed ex Deo Deus est; nihil in eo novum, ni-„hil extraneum est: absolute Pater Deus, & „Filius Deus unum sunt, non unione perso-„næ, sed substantiæ unitate, quia Filio Dei „Deo deputari ad alterum Deum non sinit Pro-„pheta dicens, quod Deus unus est.

LIBER V.

De Trinitate.

Filius Dei verus Deus probatur.

1. Præcedens argumentum in hoc libro S. Hilarius pertractat, & probat Verbum Divinum apparuisse Abrahamo, Jacobo, Moysi & aliis Patriarchis, illumque propter officium, non vero propter naturam angelum esse appellatum.

latum. Et primo quidem probat, „quod Fi„lius Dei verus Deus ſit, nam cum omnia per „eum, & omnia ex nihilo, & nihil non per „eum, quæro, in quo ei veritas Dei deſit, cui „non deſit Dei nec natura nec virtus? Non „eſt itaque Dei Filius Deus falſus, nec Deus „adoptivus, nec Deus nuncupativus, ſed Deus „verus, & non neceſſe eſt, aliquid a diverſo de„monſtrare, per quod non ſit verus Deus, mi„hi enim ſufficit in eo Dei nomen & natura, „Deus enim eſt, per quem facta ſunt omnia. „Imo an iſte verus Deus non ſit, cui verus „Deus dixerit: faciamus hominem ad imagi„nem & ſimilitudinem noſtram? unum enim „ſunt ad quorum imaginis & ſimilitudinis unum „eſt homo factus exemplum, ſcilicet ad ima„ginem Dei. Si igitur ad imaginem Dei Pa„tris per Filium Deum homo conditur, con„ditur quoque ad imaginem Filii.

2. Secundo Verbi vera divinitas probatur. *Prob. II.* „Angelus Dei ad Agar loquitur, & idem Ange„lus Deus eſt: ſed forte icirco non verus Deus „eſt, quia Angelus Dei eſt. Verum non affert „demutationem naturæ nomen officii, qui enim „Angelus Dei eſt, Deus eſt. Non ſit plane „verus Deus, ſi non res Dei & locutus fuerit, „& geſſerit: in gentem enim magnam Iſmael „adauget: & quæro, ſi hoc Angeli opus eſt? „ſin vero poteſtas Dei eſt, quid naturæ aufers „veritatem, cui veritatis non adimis poteſta„tem? Et primum quæro, quid ſignificationis „habeat Deus, & non Deus verus? quod enim „ignis eſt, non poteſt eſſe, ne verus ignis

 „ſit,

„sit, nec natura manens eo potest carere, quod „vera sit. Aut Deus verus est Filius Dei, ut „Deus sit, aut si non est verus Deus, non „potest etiam id esse, quod Deus est, quia si „natura non sit, non naturæ competit nomen, „si autem naturæ in eo nomen est, non po„test ab eo veritas abesse naturæ.

Verbum Div. Abraha apparens Deus adoratur.

3. „Sed cum Angelus Dei Deus dicitur, „adoptionis nomen forte indulgeatur, & sit in „eo nuncupatio Dei potius, quam veritas. Ve„rum si parum in se naturam Dei tunc, cum „Angelus Dei dictus est, edocuit, in inferio„ris adhuc ab angelo naturæ nomine intelli„ge, an ex se Dei præstiterit veritatem, nam„que ad Abraham homo locutus est, sed Abra„ham Deum adoravit, & quid illi desit de „vero? Quis enim hic Deus est Sodomæ & „Gomorræ eversor? pluit enim Dominus a „Domino: numquid non verus Dominus a ve„ro Domino? vel quid præter significationem „personæ in Domino ac Domino coaptabis? „Et memento, quod hic idem Dominus & ju„stus judex sit: qui Judex est Filius Dei est, „Dominus est, Abrahæ Deus est, ab ipso ad„oratus est in homine & visus, & creditus, & „adoratus est. Visus est autem tum tantum „Deus in homine, non natus est, mox etiam „hoc quod est visus, & natus est.

Item a Jacobo.

4. „Adesto nunc sancte Patriarcha Jacob: „tenes in gestis luctæ tuæ hominem infirmum, „sed hic tibi homo Deus verus est, non ex „nuncupatione, sed ex natura; non enim ad-

„opti-

„optivis benedictionibus benedici te postulas, „sed veris. *Gen.* 2. cum homine luctaris, sed „Deum facie ad faciem vides; non hoc ocu„lis tui corporis cernis, quod visu fidei tuae „sentis: subditur tibi secundum carnem ho„mo ad mysterium passionis in carne, Deum „in carnis infirmitate non nescis, nec homo „efficit, quin qui homo est, Deus verus sit, „quia non potest non Deus verus esse, qui „Deus est & benedicendo, & transferendo, „& nuncupando. Deus Jacobo visus est, Deus „de viso Deo in summitate scalae loquitur, „non potest Deus nisi per Deum intelligi: „non aliud uterque quam Deus est, & inter „Patris & Filii naturae unius nomen unum. „Quaero quomodo Deus Filius a se possit de„generare, ne verus sit?

5. „Item Angelus Dei est, qui in igne de „rubo Moysi apparuit, & de rubo in igne „Deus loquitur. Habes dispensationem in An„gelo, quia in Angelo officium est, non natu„ra, habes in naturae nomine Deum, quia „Angelus Dei Deus est. Sed forte non verus „est. Numquid non verus est Deus Abrahae, „& Deus Isaac & Jacob, horum enim angelus „de rubo loquens Deus in aeternum est. *Exod.* 3. „Et ne adoptivi nominis fureris occasionem, „loquitur ad Moysen Deus ille, qui est. Cae„ptus autem ab angelo Dei sermo est, ut Sa„cramentum intelligatur humanae salutis in „Filio.

Item a Moyse.

Prophetæ Filium Dei verum Deum vocant.

6. Item „Esaias prophetat: *benedicent Deum* „*verum, & qui jurant super terram, jurabunt in* „*Deum verum.* Porro nunc omne os creden„tium Christianorum, te Christe Deum loqui„tur, omnis credentium fides in te Deum ju„rat, Deum verum esse te confitens. Hæc si „impietas hæretica dicta esse ex persona Dei „Patris mentietur, ne in Deum Filium dicti „hujus intelligentia suscipi possit, audiat men„dacii sui reatum ab Apostolo dicta *Isaiæ c.* 62. „ad Sacramentum passionis dominicæ & evan„gelicæ fidei tempora prædicante, tunc cum „infidelitatem Israelis adventum Domini in „carne non intelligentis exprobrat *Rom.* 10. „Apostolus interpretatur, Propheta loquitur, „Evangelium testatur, Ecclesia confitetur ve„rum Deum esse, qui visus sit, & eo hæretici „furoris prorupit insania, ut dum confiteri se „simulat, denegaret.

Filius unus Deus cum Patre.

7. „Reliquus nunc sermo omnis ad id pro„ficiet, ut qui verus Deus esse intelligitur, „non in Deum alterum deputetur, & quod in „alterum non proficit, id unum intelligatur. „Unum autem illud non subsistentem naturam „perimat in Filio, sed in Deo & Deo natu„ram Dei conservet unius. Nativitas igitur Dei „non potest non eam ex qua profecta est tenere „naturam, neque enim aliud, quam Deo sub„sistit, quod non aliunde quam ex Deo Deus „subsistit, neque est natura divinitatis alia, ut „præter se Deus ullus sit. Deus est Pater, „Deus est & Filius, in Deo Deus est, & præ„ter eum Deus non est. In his ergo si unum

„magis

„magis quam solitarium Deum intelligis, Ec„clesiæ religionem profiteberis, quæ Patrem „in Filio confitetur; sin vero unum Deum ad „solitarii significationem Sacramenti cœlestis „ignarus obtendis, extra cognitionem Dei „etiam Deum in Deo esse non confiteris.

LIBER VI.
De Trinitate.

1. In hoc libro Jesum Christum esse Filium Dei S. Hilarius probat ex testimonio ipsius Patris, declaratione ipsius Jesu Christi, Apostolorum prædicatione, confessione Fidelium, dæmonum, Judæorum & gentilium. Et quidem *Primo* hoc probat ex testimonio Patris, „qui *Matth.* 3. de unigenito suo loquitur, ne „sub consummandi Baptismi Sacramento Chri„stus ignorabilis possit esse per corpus: *Hic est* „*Filius meus dilectus, in quo bene complacui.* Pa„ter de cœlo loquitur, & ita loquitur: Hic est „Filius meus. Proprietatis autem significatio „est, ubi & *hic est*, dictum esse auditur, & „*meus est.* Ne igitur per communionem adop„tivæ hæreditatis cognomentum Filii unigeni„to Deo adderetur, naturæ veritas per signi„ficationem proprietatis ostensa est. Et hæc „quidem paternæ vocis significatio ea fuit, ne „qui ad implendam omnem justitiam bapti„zandus esset, quid esset ignoraretur, quo „ut qui ad Sacramentum salutis nostræ homo „cernebatur, Dei voce nosceretur Dei Filius. „Et quia in fidei hujus confessione credentium „vita esset, non enim alia æternitatis via est, *Christu Filius probat. Imo.*

 „nisi

„nisi ut Jesum Christum unigenitum Deum „sciamus esse Dei Filium, vox e cœlis rursum ab Apostolis iterate hujus significationis „auditur: nam cum Dominus in monte maje„statis suæ habitu constitisset Moyse atque Helia „assistentibus, ac ad visionis ac vocis fidem tri„bus columnis Ecclesiarum testibus assumtis, „hæc vox de cœlo paterna est: *Hic est Filius „meus dilectus, in quo bene complacui, hunc au„dite Matth.* 17. Adest hic iterum autoritatis „paternæ professio, & Filius hic per proprie„tatem significationis ostenditur, neque solum „veritas Filii per hoc, quod & *hic*, & *meus* „est, intimatur, sed additur: *hunc audite*. Te„stimonium quidem Patris e cœlo est, sed te„stimonium Filii confirmatur in terra, nam „audiendus ostenditur.

Prob. II. ex testimonio Filii. 2. „Igitur quia Paternæ voluntatis hæc „vox est, ut Filius audiatur, audiamus Fi„lium de se, quid sit ipse profitentem. Ne„minem autem tam alienum a communi sensu „existimo esse, ut cum in Evangeliis ex pro„fessione Filii assumtionem corporeæ humili„tatis intelligat, tamen in hac humilitatis con„testatione Patrem Deum dicat, cum ait: *om„nis plantatio quam non plantavit Pater meus cœle„stis &c. Matth.* 13. nec pari temeritate, qua „Patrem nuncupat, se quoque Filium profite„tur, dicens: *nec enim misit Deus Filium suum „in hunc mundum, ut judicet mundum &c. Joan.* 3. „vel iterum: *Tu credis in Filium Dei Joan.* 9. „Ne autem adoptionis nomen in Filio sit, aut „honoris in Patre, videamus, quæ proprieta„tes

„ nes per Filium ad Filii nomen adjectæ sint. „ Ait: *Omnia mihi tradita sunt a Patre, & nemo novit Filium, neque Patrem quisquam novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare Luc.* 10. „ Si potestas exæquata est, si secretum cognitionis æquale est, si natura in nominibus est, „ quomodo quod vocantur, non sunt, quorum „ vis in potestate, & difficultas in cognitione non differt? Ideo autem soli sibi Patrem „ esse cognitum dicit: *quia ab eo sit Joan.* 7. Quod„ si creatus potius quam natus videbitur in eo, „ quod a Deo est, cum ab eo cuncta sint, quomodo non cum cæteris creatis Patrem ignorant. Deinde idem ait: *neque me scitis, neque unde sim nostis.* Numquid non omnis homo in carne licet natus ex Deo est? & quomodo negat ab his vel seipsum, vel unde „ ipse sit, sciri, nisi id, unde est, ad naturæ „ suæ referret autorem, qui icirco ignorabilis „ esset, quia ipse esse Dei Filius ignoraretur, „ utpote *qui ex Deo exivit Joan.* 16. ne in eo „ alia, quam nativitatis natura esse existimaretur, cum exire a Deo id est, ex nativitate „ subsistere, quid aliud quam Deus possit?

3. „ Tertio nunc doceamus Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum ab Apostolis traditum non ex nuncupatione, sed ex natura, neque ex adoptione, sed ex nativitate. „ Sic *Joan.* 16. dicunt ei discipuli ejus: *In hoc credimus quia a Deo existi.* Non hic sancti „ Apostoli a Deo exisse, id est, a Deo missum „ esse intellexerunt, sed audientes a Deo exisse naturam in eo Dei ex operibus cernentes *Prob. ex testimonio Apostolorum.*

„naturæ veritatem per id, quod a Deo exit „recognoſcunt. Si enim adoptionis hæc nun„cupatio eſt unde beatus Simon Bar Jona „confeſſus: *Tu es Chriſtus Filius Dei vi* „*Matth.* 17. anne cum omnibus poteſtas fit „per Sacramentum regenerationis in filio „Dei naſci, ſi ſecundum hanc nuncupatione „Filius Dei Chriſtus eſt, cur Petro non car „& ſanguis revelavit, ſed Pater, qui in cœ „lis eſt? Si ex adoptione Filius eſt, unde hæ „in Petro beata confeſſio eſt, hoc Filio def „rente, quod eſt commune Sanctorum? lo„quitur ergo, quod vox humana nondum pro„tulerat, quia Petrus non Chriſtum ſolum „ſed Chriſtum Dei Filium eſſe confeſſus e „& ſuper hanc confeſſionis Petram Eccleſi „ædificatio eſt. Numquid nuncupatio potiu „quam natura Petro revelata eſt? ſi nuncupa„tio, jam hanc frequenter a Domino audierat „ſe eſſe Dei Filium confitente: in quo ergo re„velationis eſt gloria? naturæ ſcilicet, no „nominis. Hæc fides Eccleſiæ fundamentum „eſt, per hanc infirmæ adverſus eam ſunt por„tæ inferorum; hæc fides regni cœleſtis habe „claves; hæc fides quæ in terris ſolverit, aut „ligaverit, & ligata ſunt in cœlis & ſoluta.

Super confeſſionis Petram Eccleſiæ ædificatio.

4. „Proferamus nunc omnes Apoſtolicæ fi„dei profeſſiones, in quibus Dei Filium conf„tentes non adoptionis in eo nomen, ſed na„turæ proprietatem confitentur, neque crea„tionis ignobilitatem, ſed nativitatis gloriam „proteſtantur. Loquatur Joannes ſua voce: „*Deum nemo vidit umquam, niſi Unigenitus Fi*„*lius*

Prob. IV. teſtimonio S. Joannis.

qui est in sinu Patris Joan. 1. Filium au-
unigenitum cognominans suspicionem ad-
lenis penitus execuit. & Deum ungenitum
dixit, non vero creaturam perfectam,
Domino suo audiens: *Sic Deus dilexit*
mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut
qui credit in eum non pereat &c. Joan. 3.
dilectionis suae in mundum testimonium
tulit, ut unigenitum Filium suum daret.
vero dilectionis hinc fides est, creaturis
stitisse, non facit magni meriti fidem vilis
tura. Idem Evangelista afferens scribendi
angelii rationem: *hæc scripta sunt*, ait,
credatis, quoniam Jesus est Christus Filius
Joan. 20. Si sufficit ad salutem Christum
dere, cur adjicit Filium Dei. Deinde juxta
ndem: *Omnis, qui diligit Patrem, diligit*
qui ex eo natus est 1. *Joan.* 2. Quid est
eo nasci? numquid per eum creari? aut
Evangelista mentitur, ut ex eo natum
at, quem creatum hæreticus doceat? Sed
diamus, quis sit hic doctor: dictum nam-
e est: *Hic est Antichristus, qui negat Patrem*
Filium. Denique idem ait: *Scimus, quod*
ius Dei venit, & concarnatus est propter nos,
passus est, & resurgens a mortuis assumsit nos,
dedit nobis intellectum optimum, ut intelliga-
s verum, & simus in vero Filio Jesu Chri-
hic est verus Deus, & vita æterna & resur-
tio nostra, Cum ergo hic verus Dei Filius
bis sit, & vita æterna & resurrectio, nec
a æterna est ei, nec resurrectio, cui ille
n verus est. Et hæc quidem Joannes disci-
lus a Domino dilectus.

5. „Sed

Prob. V. ex S. Paulo. 5. „Sed nihil ab his diffimile Apostolus „vas electionis prædicavit. Quæ enim epist „non de Sacramento veritatis istius cæpta est „Cum enim dicitur: *reconciliati sumus Deo* „*mortem Filii sui.* Et rursum: *Deus Fili* „*suum misit in similitudinem carnis peccati.* „rursum: *Fidelis Deus, per quem vocati estis* „*communionem Filii ejus Rom.* 5. 8. & 1. *Cor.* „Quid hic hæreticorum furto loci relictum e „Filius suus est, Filius ejus sit, non adep „est, non creatura ejus est: nomen natura „quitur, veritatem proprietas enuntiat, fid „confessio testatur. Nec magister gentium „biguæ doctrinæ suæ errorem reliquit, n „*Rom.* 8. de regeneratis per Sacramentum r „generationis ait: *Accepistis Spiritum adoptio* „*in quo clamamus: Abba Pater*, quia extra „turæ proprietatem est hujus vocis (*Abb* „officium. At vero de Filio Dei ait: *qui pro* „*prio Filio non pepercit &c.* ubi naturæ verit „tem, & Dei dilectionis magnitudinem sign „ficanter expressit.

Prob. VI. testimonio fidelium. 6. „Eadem fuit semper fidelium fides: na „Martha conscientiæ suæ fidem elocuta est, d „cens: *Ego credidi, quia tu es Christus Fili* „*Dei, qui in hunc mundum venisti. Joan.* 11. E „cum Christus cæcum illuminatum interroga „set: *Tu credis in Filium Dei?* respondit: *cre* „*do Domine. Joan.* 4. Id quod Christo pro „prium est, ad fidem poscitur, id est, u „credatur in Dei Filium: credidisse autem „in Dei Filium, quid proficit, si credatu „in creaturam, cum a nobis fides in Chri

„st

ho non creaturæ Dei, sed Filii Dei postuletur.

7. Deinde *septimo*: „Anne hujus nominis proprietatem dæmones nescierunt? clamant enim, & sæpe clamant: *Quid mihi & tibi est Jesu Fili Dei altissimi Luc.* 8. Invitis veritas elicuit confessionem, & naturæ potestatem testatur dolor obediendi. Virtute vincuntur, cum possessa diu corpora deserunt, honorem reddunt, dum naturam confitentur; & quomodo hæreticus præsumit nomen creaturæ, & indulgentiam adoptionis. *Prob. VII. ex confessione dæmonum.*

8. *Octavo*. „Cum Judæi Christum corporeum nescirent, scirent tamen, eum qui Christus esset, esse Filium Dei, cum falsis adversus eum testibus uterentur, Sacerdos ita eum interrogat: *Tu es Christus Filius Dei benedicti Marc.* 14. Sacramentum nescientes, naturam tamen non ignorant, neque interrogant, an Christus Filius Dei sit, sed an hic sit Christus Filius Dei: error in homine est, non in Dei Filio. Et qua tandem tu istud fide denegas, quod ne ipsi quidem negant, qui nesciunt? cum enim imperfecta scientia sit, Christum Dei Filium ante sæcula manentem etiam ex Virgine natum nosse, ipsi quoque, qui de Maria natum nesciunt, Dei tamen Filium esse non nesciunt. Habueras in confessione eorum, quibus in verbi jussu erat restituta maris tranquillitas, ut & tu verum Dei Filium confitereris, & eorum voceutereris: *Vere Filius Dei est. Matth.* 14. *Prob. VIII. confessione Judæorum.*

9. No-

Prob. IX. confessione Gentilium.

9. *Nono.* „Verumtamen etiam gentiu „eo fidem sume; audi enim inter sævas „cis custodias Romanæ cohortis edomitu „fidem militem: loquitur namque confi „tantæ virtutis operationibus centurio: „*Dei Filius erat iste.* Hoc post emissum spiri „discissum templi velum, & mota terra „scissa saxa, & sepulcra patentia, & m „resurgentes testantur, & homo gentilis „fidiæ confitetur: virtutis naturam agi „in gestis, naturæ veritatem profitetur i „mine. Tanta ratio veritatis, & tanta „fidei est, ut vincat voluntatem veri ne „tas, & Christum Dominum gloriæ æt „vere Dei Filium esse nec qui crucifixera „negaret.

LIBER VII.

De Trinitate.

Fallaciæ hæreticorum.

1. Ostendit S. Hilarius in hoc libro ult Filium Dei esse verum Deum ex Testamento, in quo nomen Dei illi impo & ex illis, quæ de ejus nativitate, na potentia, & gestis narrantur: & inprimi tat, „quod incredibilibus se corrupti in „artibus hæretica subtilitas circumegit, „mum ut fingeret religionem, deinde simpli „aurium securitatem verbis falleret, tum „terea ut se prudentiæ sæculi coaptaret, „stremo ut veritatis intelligentiam per spe „editæ rationis averteret: nam protestata I „unum mentita pietatem est: professa r „Dei Filium, audientes fefellit in nomine

tens etiam, non fuisse, antequam nasceretur, mundi sapientiæ satisfecit: indemutabilem quoque & incorporeum Deum confitens nativitatem Dei ex Deo per demonstrationem subdolæ rationis exclusit, nostris adversus nos usa doctrinis, & Ecclesiæ fide contra Ecclesiæ fidem pugnans. Cum vero secundum ea, quæ anteriori libro edita sunt, ambigi non possit, quin Dei Filius cessante adoptionis nomine verus Filius ex nativitatis veritate sit, eam nunc quoque ex Evangeliis proferimus, ut qui Filius verus est, quoque Deus esse noscatur, quia neque verus Filius erit, nisi verus & Deus est, neque verus Deus, nisi verus & Filius est.

2. „Porro hæretici omnes contra Ecclesiam *Sabellii, Arii & Photini hæreses.*
„veniunt, sed dum omnes invicem vincunt, „nihil tamen sibi vincunt, victoria enim eo„rum Ecclesiæ triumphus ex omnibus est. „Unum Deum Sabellius prædicat, filii nati„vitate sublata, & dum audit: *Qui me videt, „videt & Patrem Joan.* 14. indiscretæ in Patre „& Filio naturæ impie arripit unionem, non „intelligens naturalem unitatem sub nativita„tis sanctificatione monstrari: cognitio quippe „alterius in altero est, quia non differt alter „ab altero natura. Eodem modo cum dici„tur: *Ego & Pater unum sumus Joan.* 10. illud „unum sumus non nativitatem adimit, sed „naturam non discernit in genere, dum ne„que *unum* diversitatis est, nec *sumus* unius est. „Contra Sabellium clamant Ariani dissimilem „Deo Patri Filium prædicantes: Hebion ve-

„ro,

„ro, qui Photinus est, aut vincit aut vinci„tur? dum Sabellium arguit, cur hominem „neget Filium Dei, dum ab Arianis confuta„tur, in homine nesciat Filium Dei. Sed in„ter hæc Ecclesiæ fides adversum Sabellium te„net Filii professionem, & adversus Dei na„turam, & adversus Photinum sæculi creato„rem. Sed nunc demonstrandum est, eum, „qui vere ex natura Filius Dei est, vere quo„que per naturam Deum esse, ita tamen, ut „neque ad singularem, neque ad alterum „Deum fides nostra depereat, cum neque „unum Deum sic sit prædicatura, quasi solum, „neque quasi non unum sit confessura, ut „solum.

...ristus ...us ex ...mine ...batur. 3. „Deum igitur Dominum nostrum his „modis novimus, nomine, nativitate, natura, „potestate, professione. Sed de nomine nihil „puto ambiguitatis remansisse, legimus enim: „*In principio erat Verbum, & Verbum erat* „*apud Deum, & Deus erat Verbum. Joan.* 1. „non est hic deputatæ aut assumptæ nuncupa„tionis relicta suspicio, ut ei quod Deus est, „non ex natura sit nomen; respice ad cæteras „assumptivas appellationes. Ad Moysen di„ctum est: *dedi te Deum Pharaonis Exod* 10. „Sed Moyses Pharaoni Deus datus est, dum „prodigia faciens timetur, dum oratur, dum „punit, dum medetur: & aliud est Deum dari, „aliud est, Deum esse. In Pharaonem enim „Deus datus est, cæterum non ei est & natura „& nomen, ut Deus sit. Memini quoque & al„terius nuncupationis, ubi dicitur: *Ego dixi,*

„dii

„*dii estis Ps.* 81. sed in eo indulti nominis signi-
„ficatio est, & ubi refertur: *ego dixi*, loquen-
„tis est potius sermo, quam rei nomen intel-
„ligentiam rei affert, & ubi se nuncupationis
„autor ostendit, ibi per sermonem autoris est
„nuncupatio, non naturale nomen in genere.
„At vero hic Verbum Deus est, res exiftit in
„Verbo, Verbi res enuntiatur in nomine, Ver-
„bi enim appellatio in Dei Filio de Sacramen-
„to nativitatis est. Cum ergo audio: *Et Deus*
„*erat Verbum*, non dictum solum audio Ver-
„bum, sed demonstratum intelligo esse, quod
„est. Et videamus, an hanc Evangelistæ præ-
„dicationem Apostoli Thomæ confessio conse-
„quatur, cum ait: *Dominus meus & Deus meus*
„*Joan.* 20. Deus igitur suus est, quem
„Deum confitetur, & quia non ignorabat,
„Deum unum esse, & illud audisset: *Ego &*
„*Pater unum sumus*,, sine fidei periculo natu-
„ræ nomen confessus est, quia ab unius Dei
„Patris professione religio non excideret, Deum
„confessa Dei Filium, cum in Filio Dei non-
„nisi Paternæ naturæ veritas crederetur: ne-
„que sub alterius Dei impia confessione fides
„naturæ periclitaretur, quia non alterius Dei
„naturam perfecta Dei nativitas attulisset.

4. „Est itaque Dei Filio nomen ex nativi- *Prob. ex nativitate.*
„tate, hic enim nobis secundus ad demonstra-
„tionem gradus est, ut Deus sit ex nativitate,
„& primum quæro, quam nativitas Filii natu-
„ræ nativitatem potuerit inferre, ne Deus sit?
„intelligentiæ istud humanæ sensus excludit,
„ut aliquid a natura originis suæ nascendo di-

„versum sit. Nativitas igitur Dei Deum perficit, ut Deus non cæptus esse intelligatur, sed natus; Dei enim Filius neque ex nihilo Deus cæpit esse, sed natus est, neque aliud aliquid fuit, antequam Deus esset. Tenet itaque nativitas eam ex qua subsistit naturam, & Filius Dei non aliud quam quod Deus est, subsistit. Unde merito Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo *Joan.* 5. Anne naturalis nativitas non est, ubi per nomen Patris proprii naturæ æqualitas demonstratur. Æqualitas vero numquam ibi esse credetur, ubi unio est, nec tamen illic reperietur, ubi differat: ita similitudinis æqualitas nec solitudinem habet, nec diversitatem, quia omnis æqualitas nec diversa nec sola est.

Ex natura & potestate.

5. „Quia vero nativitatis natura in se & nomen & naturam, & potestatem, & professionem sola complectitur, Christus volens & nativitatem suam confirmare, & naturæ virtutem profiteri, ait: *non potest quidquam a se facere Filius, nisi quod viderit Patrem facientem Joan.* 5. ne ergo exæquatio illa per nomen naturamque Filii fidem nativitatis auferet, ait, Filium nihil a se facere posse, nisi quod Patrem facientem vidisset; cum enim Unigenitus paternæ virtutis operationibus operaretur, tantum sibi ad faciendum præsumebat, quantum in conscientia sua erat, inseparabilem a se Patris, quam per legitimam nativitatem obtinebat, posse naturam. Atque ita in natura eadem est, cui eadem omnia posse naturæ est, ubi vero similiter

„per

per Filium eadem omnia fiunt, similitu-
do operum solitudinem operantis exclu-
dit; ut omnia, quæ Pater facit, eadem
omnia similiter faciat & Filius. Hæc vera
est nativitatis intelligentia, & fidei nostræ,
quæ ex naturæ divinæ unitate unius divi-
nitatis veritatem in Patre & Filio confite-
tur, Sacramentum, ita ut similiter facta na-
tivitatem, & eadem facta naturam testen-
tur. Demonstratio ergo operum nobis na-
tivitatis fidem ingerit, ut subsistentem Fi-
lium ex subsistente Deo Patre credamus.
Similiter in eo, quod Pater *omne judicium
dedit Filio*, & natura & nativitas demon-
stratur, quia & omnia habere sola natu-
ra possit indifferens, neque nativitas ali-
quid possit habere, nisi datum sit. Judicii
autem dati ea causa est, ut Filius exæqua-
ti honoris ad Patrem sit, & inhonorificus
Filio inhonorificus & Patri sit. *Joan.* 5.
Filius ergo est, quia a se nihil potest, Deus
est, quia quæcunque Pater fecit, & ipse
eadem facit, non alia, non est Pater ipse,
quia missus est. Habet igitur hoc Sacra-
menti sola nativitas, ut complectatur in se
& nomen, & naturam, & potestatem, &
professionem, quia universa nativitas non
potest non in ea esse natura, unde nascitur,
non affert externi generis substantiam, quia
ex uno non subsistit alienum: quod autem alie-
num a se non est, id unum est genere naturæ,
& quidquid unum est per nativitatem, non ha-
bet solitudinem, quia & solitudo singularis est,
& nativitatis est unitas ad utrumque.

X 2 6. „Præ-

Probatur ex potentia Christi. 6. „Præterea *Joan.* 10. Christus testatur „primum naturæ suæ virtutem, cum de ovi„bus suis ait: *nec quisquam rapiet eas de manu „mea.* Conscix potestatis hæc vox est. At „vero ut in natura licet Dei, naturæ tamen „ex Deo intelligenda sit nativitas, subjecit: „*Pater quod dedit mihi, majus omnibus est.* & „quia accepit, est in eo, quod accepit, nascen„do: sed qui ex alio accipit, ne aliud quid „potius, & non in ejus intelligeretur natura, „a quo accipit, existere, ait: *nemo poterit rape„re de manu Patris mei:* de manu sua nemo rapit, „quia a Patre, quod est omnibus majus acce„pit. Filii manus est, quæ accepit a Patre, „Patris manus est, quæ dedit Filio: & quo„modo, quod non rapitur de manu Filii, non „rapitur de manu Patris? quia *Ego & Pater „unum sumus:* manus Filii manus Patris est, „non enim degenerat per nativitatem natura, „ne eadem sit, neque quia eadem est, intel„ligentiam nativitatis offendit, unde dictum „est: Ego & Pater unum sumus, ut quod „unum sunt, nec diversum nec solitarium cre„deretur; non alia in utroque per nativitatis „proprietatem existente natura. Nam per il„lud: Ego & Pater unum sumus, se Dei Fi„lium ostendit primum nomine, deinde natu„ra, postremo nativitate: quippe *Ego & Pa„ter* rerum nomina sunt, *unum* vero natu„ræ professio est, *sumus* autem non patitur „unionem.

Item ex operibus. 7. „Rursus divinitatem suam ex operibus „suis probat Christus *Joan.* 10. ait enim: *Si*

„non

„*non facio opera Patris*, *nolite credere mihi*: „non habet ergo nativitas novam externam„que naturam, quia per id Filius credendus „est, quod opera Patris efficiat. Quid hic ad„optio loci invenit? non exæquatur Deo crea„tura. Opera Patris efficit Filius, & per id „credi se Filium Dei postulat. Non est præ„sumtio arrogans, quæ probari se nonnisi ex „his, quæ gerat, poscat: gerere autem se non „sua, sed quæ Patris sunt, testatur, ne per „magnificentiam gestorum naturæ nativitas au„feratur; & quia sub Sacramento assumpti „corporis Dei Filius non intelligebatur, fides „nobis intimatur ex gestis, cum ait: *Si autem* „*facio*, *& mihi non vultis credere*, *operibus cre*„*dite.* Faciens igitur opera Patris, & postu„lans, ut operibus crederetur, demonstrare „debuit, quid esset operibus credendum, nem„pe quod sequitur: *ut sciatis & cognoscatis*, „*quod Pater in me & ego in eo.* Quid hic non „naturale ac proprium sub Sacramento na„tivitatis ostensum est? insunt sibi invicem, „dum non est, nisi ex Patre nativitas, dum „in Deum alterum natura vel exterior vel dis„similis non subsistit, dum Deus ex Deo ma„nens non est aliunde, quod Deus est.

LIBER VIII.
De Trinitate.

1. In hoc libro S. Hilarius probat unionem essentialem Patris & Filii, & refutat responsa hæreticorum, explicando loca, quæ afferebant, ut probarent unionem Patris & *Quomodo una anima fidelium.*

„Filii esse unionem voluntatis & consensus,
„non vero unionem essentiæ & naturæ. Unde id, quod Christus ait: *Ego & Pater unum sumus*, tentant ad unanimitatis referre consensum, ut voluntatis in his unitas sit, non naturæ, sicut *Act.* 4. dicitur; *multitudinis autem credentium erat anima una & cor unum*. Scilicet per convenientiam ejusdem voluntatis. Et 1. *Cor.* 3. *Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt.* Et *Joan.* 17. *Rogo ut omnes unum sint sicut Tu Pater in me, & Ego in Te.* Verum quorum anima & cor unum omnium erat, per fidem unam erat, omnes enim renati erant ad innocentiam, ad immortalitatem, ad cognitionem Dei, ad spem fidei; & non possunt hæc sibi esse diversa, quia & spes una est, & Deus unus est, & Baptisma regenerationis unum est. Si hæc assensu potius unum sunt, quam natura, his quoque, qui in hæc renati sunt, unitatem voluntatis ascribe. Deinde cum qui plantat, & qui rigat unum sint, numquid non per hoc unum sunt, quia in ipsis uno Baptismo regeneratis una unius regenerantis Baptismi dispensatio est?

Quomodo fideles unum sicut Christus cum Patre.

2. „Deinde Dominus Patrem orat, ut qui in se credituri sint, unum sint sicut ipse in Patre est, & Pater in eo est, ita omnes in his unum sint. Verum si voluntas unum esse eos faceret, Dominus ita precaretur: Pater sicut nos unum volumus, ita & illi unum velint, & unum per concordiam simus omnes. Absolutæ igitur unitatis hujus toto con-

„se-

„sequenti sermone docuit naturam: id enim „sequitur, *ut & mundus credat, quia tu me misi-* „*sti.* Per id ergo mundus crediturus est, Fi- „lium a Patre missum esse, quod omnes, qui „credituri in eum sunt, unum in Patre & Fi- „lio erunt, & quomodo erunt, mox docemur: „*Et ego honorem, quem dedisti mihi, dedi eis* „*Joan.* 17. Accepti autem honoris datio, „quo proficeret, ostendit: *ut sint unum, sicut* „*nos unum sumus.* Jam igitur unum sunt om- „nes in honore, quia non alius, quam qui ac- „ceptus est honor, datus est, neque ob aliud „datus est, quam ut omnes unum essent. Sed „quomodo datus honor unum omnes esse per- „ficit? Dominus ipsum illum naturalis efficien- „tiæ docuit effectum. Si enim vere Verbum „caro factum est, & nos vere Verbum carnem „cibo Dominico sumimus, quomodo non na- „turaliter manere in nobis existimandus est, „qui & naturam carnis nostræ jam inseparа- „bilem sibi homo natus assumsit, & naturam „carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacra- „mento nobis communicandæ carnis admiscuit; „ita enim omnes unum sumus, quia & in Chri- „sto Pater est, & Christus in nobis est. Non „est humano aut sæculi sensu in Dei rebus lo- „quendum. Quæ scripta sunt, legamus, & „quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfe- „ctæ fidei officio fungemur. De naturali enim „in nobis Christi veritate quæ dicimus, nisi ab „eo discimus, stulte atque impie dicimus: Ipse „enim dicit: *Caro mea vere est esca, & sanguis* „*meus vere est potus Joan.* 6. *Qui edit carnem* „*meam, & bibit sanguinem meum, in me manet,*

Realis præsentia Christi in Eucharistia.

„*& ego in eo:* de veritate carnis & sanguinis „non est relictus ambigendi locus, nunc enim „& ipsius Domini professione & fide nostra ve„re caro est, & vere sanguis est; & hæc ac„cepta atque hausta id efficiunt, ut & nos in „Christo; & Christus in nobis sit. Anne hoc „veritas non est? contingat plane his, verum „non esse, qui Christum Jesum verum esse „Deum denegant. Est ergo in nobis Ipse per „carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, „quod nos sumus, in Deo est. Quod autem „in eo per Sacramentum communicatæ carnis „& sanguinis simus, ipse testatur, dicens: *Et „hic mundus jam me non videt, vos autem me vi„debitis, quoniam ego vivo, & vos vivetis, quo„niam ego in Patre meo, & vos in me, & ego „in vobis Joan.* 14. Quod autem naturalis hæc „unitas in nobis sit, ipse ita testatus est: *Qui „edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, „in me manet, & ego in eo. Joan.* 6. non enim „quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, ejus „tantum in se assumptam habens carnem, qui „suam sumpserit. Perfectæ autem hujus uni„tatis Sacramentum superius jam docuerat, „dicens: Sicut me misit vivens Pater, & ego „vivo per Patrem, & qui manducaverit meam „carnem, & ipse vivet per me. Vivit ergo „per Patrem, & quomodo per Patrem vivit, „eodem modo nos per carnem ejus vivimus.

Unitas naturæ in Patre & Filio ex Joan. 15.

3. „Hæc autem icirco a nobis commemo„rata sunt, quia voluntatis tantum unitatem in„ter Patrem & Filium hæretici mentientes, uni„tatis nostræ ad Deum utebantur exemplo; „cæte-

„caeterum fides Evangelica responsionis nostrae „necessitate non eguit: nam unitatem nostram „ad Deum Dominus pro nobis precatus est, „suam vero obtinet ille, & in ea manet; non „negamus unanimitatem inter Patrem & Fi„lium, sed unum sunt Pater & Filius natura, „honore, virtute, nec natura eadem potest vel„le diversa. Et adhuc naturae sibi cum Patre „unitatem Filius testatur, ait enim: *Cum ve„nerit Advocatus ille, quem ego mittam vobis a „Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre meo pro„cedit, ipse testificabitur de me. Joan.* 15. *Ille me „honorificabit, quoniam de meo accipiet Joan.* 16. „a Filio igitur accipit, qui & ab eo mittitur, „& a Patre procedit, & quia nihil differt in„ter accipere a Filio, & procedere a Patre, „certe idipsum atque unum existimabitur a „Filio accipere, quod sit accipere a Patre, & „cum Dominus dicat: *Omnia quaecunque habet „Pater, mea sunt*, non habet haec unitas di„versitatem.

4. „Eandem unitatem naturae in Patre & „Filio docet Apostolus *Rom.* 8. ex eo, quod „Spiritus Christi idem sit Spiritus Dei. Est „autem & in Spiritu Dei Spiritus Paracleti „significatio: & cum quod Dei est, Christi est, „& quod cum Christi est, & Dei est, non po„test aliud quid diversum Christus esse, quam „Deus. Sed a Paulo & Dei & Spiritus in eo „disce naturam, 1. *Cor.* 12. dicentis: *Divisio„nes autem donorum sunt, idem autem Spiritus „est, &c. & divisiones ministeriorum sunt, & idem „ipse Dominus, & divisiones operationum, idem „autem*

Ex 1. *Corinth.* 12.

„*autem Deus, qui operatur omnia in omnibus &c.*
„*Unicuique autem datur manifestatio Spiritus, ad*
„*id, quod utile est.* Intellige hæc operantem
„semper Deum, ita tamen ut Christus opere-
„tur, & si in Spiritu sancto Dominum confite-
„ris, intellige tripartitæ significationis in Apo-
„stolo virtutem, cum in divisionibus donorum
„idem Spiritus est, & in divisionibus minist-
„riorum idem Dominus, & in divisionibus
„operationum idem Deus est. Quod autem
„idem Dominus, & idem Deus sint in unita-
„te naturæ, ipse Apostolus ait; *Sed nobis un-*
„*Deus Pater est, ex quo omnia, & nos in ipso*
„*& unus Dominus Jesus, per quem omnia, &*
„*nos per ipsum Eph.* 4. Unus igitur uterque
„est, & unus cum sit uterque, non solus est,
„& nequis audeat confiteri, qnod Christus ha-
„bens Domini proprietatem non habeat Dei ve-
„ritatem, Apostolus *Rom.* 9. ait: *Quorum Pa-*
„*tres, & ex quibus Christus, qui est super omnia*
„*Deus.* Quod vero inseparabilis sit a Patre
„Spiritu, disce ex eodem Apostolo: confessus
„enim unum Deum Patrem, ex quo omnia
„sunt, & unum Dominum Jesum Christum,
„per quem omnia, nihil diversitatis attulit di-
„cens, ex Deo omnia, per Christum omnia,
„adeoque idem est, per Christum esse, & ex
„Deo esse. Unde etiam idem Apostolus *Rom.* 11.
„dicit: *Quoniam per ipsum, & ex ipso, & in*
„*ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum.*
„Id nunc ad unius naturæ significationem re-
„ferens, quod nonnisi opus unius possit esse
„naturæ.

5. „Rur-

5. „Rursus *Joan.* 6. Unigenitus Deus & „hominis Filius volens proprietatis paternæ „nobis in se significare speciem *signatum se a* „*Deo* ait, ita, ut in se paternæ formæ pleni„tudinem signantis se Dei contineret. Et icir„co etiam Apostolus Paulus *Philip.* 2. eum „quem signavit Deus *in forma Dei* manen„tem Deum prædicavit; & *Coloss.* 1. ait: *Qui* „*est imago Dei invisibilis &c.* ac ne formæ po„tius quam naturæ imago esse intelligeretur, „idcirco invisibilis Dei imago est, Primogeni„tus omnis creaturæ, quia *omnia per ipsum &* „*in ipso condita sunt, & ipse est ante omnes &c.* „*Et in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis* „*corporaliter*, quæ si non Patris est, quem mi„hi Deum alium unius Dei imponis, cujus di„vinitatis plenitudo habitet in Christo? Si ve„ro Patris est, edoce, quomodo corporaliter „hæc in eo habitet plenitudo; si enim corpora„li modo Patrem in Filio claudis, Pater in Fi„lio habitans non extabit in sese: si vero, quod „est potius, corporaliter in eo manens divini„tas, naturæ in eo Dei ex Deo significat ve„ritatem, dum in eo Deus est non aut per „dignationem, aut per voluntatem, sed per ge„nerationem verus & totus corporalis secun„dum sui plenitudinem manens, dum quod „ipse est, id etiam per nativitatem Dei in Deum „natum est, neque diversum aut differens ali„quid in Deo est, cum id, quod est, corpora„liter habitet in Christo, & quidquid inhabi„tat corporaliter, id ipsum secundum divini„tatis est plenitudinem. Si ergo quæras, quæ „sit habitatio corporalis, intellige, quid sit „loqui *Prob. ulterius.*

„loqui in loquente, & in viso videri, & in „operante operari, & in Deo Deum, & ex „toto totum, & ex uno unum, & ita corpo„ralis divinitatis plenitudinem recognosce, & „cujus hæc divinitatis corporaliter inhabitans „plenitudo sit, memento Apostolum non ta„cere dicentem: *ea enim quæ invisibilia sunt ejus, „a constitutione mundi, per ea, quæ facta sunt, in„tellecta conspiciuntur, æterna quoque ejus virtus „& divinitas. Rom.* 1. Hujus itaque divinitas „corporalis in Christo est, non ex parte, sed „tota, ita corporaliter manens, ut unum sint, „ita unum sunt, ut a Deo non differat Deus, „sed perfectum Deum substituerit perfecta na„tivitas.

LIBER IX.

De Trinitate.

Solvitur objectio I. ex Marc. 10.

1. Sanctus Hilarius in hoc libro respondet gravioribus Arianorum objectionibus, qui *Primo* „Deum Dominum nostrum Jesum Chri„stum ex eo negandum per naturam existimant, „quia dixerit: *Quid me dicis bonum? nemo bo„nus nisi unus Deus Marc.* 10. Sed videamus, „quid præter bonum interrogans dixerit, ait „enim: *Magister bone quid boni faciam?* duas „igitur res connuncupavit, & bonum & Ma„gistrum, & quia sane Christus non arguit, „bonum se dici, hoc necesse est arguat, quod „Magister bonus dictus sit. Ita autem arguit, „se Magistrum bonum dici, ut fidem interro„gantis potius, quam vel Magistri in se, vel „boni nomen argueret. Juvenis enim insolens „per

„per obſervantiam legis, & finem legis, qui „Chriſtus eſt, neſciens, & juſtificatum ſe in „operibus exiſtimans, & non intelligens, ve„niſſe eum ad oves perditas domus Iſrael, „& impoſſibile eſſe legi, per fidem juſtificatio„nis ſalvare credentes, tamquam communium „præceptorum & in lege ſcriptorum magiſtrum „interrogat Dominum legis & Unigenitum „Deum. Deteſtatus itaque Dominus hanc de „ſe irreligioſæ fidei profeſſionem, quod tam„quam magiſter legis interrogaretur, reſpon„dit: *quid me dicis bonum?* atque ut ſignifica„ret, quatenus profitendus bonus eſſet, ſub„jecit: *Nemo bonus, niſi unus Deus.* Non re„ſpuit bonitatis nomen, ſi ſibi hoc tamquam „Deo deputaretur, ita ut ipſius reſponſum pro„bet, ipſum eſſe Deum, & eo ſenſu intelligi „debeat: Quid me dicis bonum, ſi non me „Deum eſſe credis, nam nemo bonus eſt, ni„ſi unus Deus. Quod autem non bonitatis „nomen refugerit, ſed neque Magiſtri hono„rem recuſaverit, ſed fidem ejus, qui in ſe „nihil niſi corporeum ſapuiſſet, arguerit, hinc „intelligitur, quod aliter ad Apoſtolos magi„ſtrum ſe confitentes locutus eſt, dicens: *Vos „me vocatis magiſtrum & Dominum, & bene di„citis, ſum etenim. Joan.* 16. Et cum alibi di„xiſſet: *ne vocemini magiſtri, quia magiſter ve„ſter Chriſtus eſt. Matth.* 25. ubi cum fide ma„giſter eſt, ibi adeo laudat, ut & profiteatur „hoc nomen: hic vero boni magiſtri nomen „non recognoſcit, ubi nec Dominus intelle„ctus eſt eſſe, nec Chriſtus, ſolum unum Deum „prædicans, non ſe utique a Deo ſecernens,

„qui

„qui & Dominum se professus, & Chri
„ducem cœlestis thesauri ostendat. Te
„autem hunc semper Dominus fidei ecclesi
„cæ modum, ut Patrem Deum unum
„dicans a Sacramento se Dei non sepa
„unius, dum per naturam nativitatis n
„alium a se Deum profiteretur esse, nequ
„sum, quia cnm nec diversi generis Deum
„natura in eo unius Dei patitur, neque
„vitas admittit non perfectum ei esse; qu
„lius est. Ita nec separabilis a Deo p
„esse, neque ipse est. Unde ait: *Credite in D*
„*& in me credite. Joan.* 14.

Objectio II. ex Joan. 17. 2. *Secundo.* „Hoc se dicto Christi, ne
„verum Deum hæretici confiteantur, e
„sant: *Hæc est autem vita æterna, ut scia*
„*solum verum Deum, & quem misisti J*
„*Christum Joan.* 17. Unde Ariani inferet
Jesum Christum non esse verum Deum,
missum a vero Deo. Ad hanc objectionen
se respondet S. Hilarius & probat, quod
cus ille non evertat unitatem essentialem
tris & Filii, cum in eodem loco & in
„Jesus Christus afferat, se a Patre exiisse
„*an.* 18. secumque esse Patrem. *Ibid.* s
„mundum vicisse, se tamquam Patrem h
„randum esse *Joan.* 17. & se accepisse pot
„tem dandi universæ carni vitæ æternita
„*Ibid.* & omnia quæ Patris sui sunt, su
„se. *Joan.* 17. Addit: *& nunc clarifica*
„*Pater apud temetipsum, gloria, quam habe*
„*antequam sæculum esset, apud te.* Præt
„locus objectus nihil probat, quia advers
„Ec

„Ecclesiæ fidei, quæ agnoscit Patrem solum „esse verum Deum, licet Jesus Christus sit „quoque Deus, non enim Pater & Filius duo „sunt, sed unus solus Deus.

3. „*Tertio* objiciunt hæretici illud *Joan.* 5. „*Amen Amen dico vobis, non potest Filius a se* „*facere quidquam, nisi quod viderit Patrem fa-* „*cientem.* Verum ex ipso hoc loco Divinitas „Christi probatur asserentis non aliud esse opus „suum, quam Patris, ita ut quod operatur, „ex conscientia naturæ paternæ in se operan- „tis ostenderet, cum & se Sabbato operante, „de quo a Judæis falso culpabatur, usque „modo Pater operetur in Sabbato. Ad de- „monstrationem igitur æqualitatis naturæ quæ- „cunque Pater faceret, facere se professus est. „Unde etiam dicit: *Et qui me misit mecum est,* „*Et non reliquit me solum, quoniam ego, quæ* „*sunt ei placita, facio semper*: ideo ergo nihil „a se facit, quia in se manet Pater. Natu- „ræ hæc unitas est, ut ita per se agat, ne „a se agat, & ita non abs se agat, ut per „se agat. Credendus itaque est Pater in Fi- „lio, & Filius in Patre per naturæ unitatem, „per virtutis potestatem, per honoris æquali- „tatem, per nativitatis generationem. *Objectio III. ex Joan. 5*

4. „*Quarto* objiciunt illud: *Joan.* 14. *Pa-* „*ter major me est.* Verum Christus ut Sacra- „mentum nativitatis & mysterium assumpti „corporis manifestarét, per continentiam dicto- „rum ad id veniens ait: quia Pater major me „est. Major itaque Pater est, sed Filius, dum *Objectio IV. Quomodo Pater major Filio.*

„filius

„filius eſt, minor non eſt. Nativitas Filii Pa„trem conſtituit majorem; minorem vero Fi„lium eſſe nativitatis natura non patitur. Ma„jor Pater eſt, dum gloriam aſſumpto homini „rogatur ut reddat; Filius minor non eſt, dum „gloriam reſumit ad Patrem. Atque ita & Sa„cramentum nativitatis & diſpenſatio corpora„tionis impletur: nam & Pater, dum & Pa„ter eſt, & glorificat nunc Filium hominis, „major eſt, & Pater & Filius unum ſunt, dum „ex Patre natus Filius poſt aſſumtionem terre„ni corporis glorificatur in Patre. Non habet „itaque nativitas naturæ ignobilitatem, quia „in forma Dei eſt, qui ex Deo naſcitur, & cum „differre ſignificatione ipſa exiſtimetur, innaſci„bilitas a nativitate, nativitas tamen non eſt „extra innaſcibilitatis naturam, quia non ſump„ſit aliunde, quod ſubſiſtit: nam etſi non conſe„cuta ſit, ut coinnaſcibilis effecta ſit, accepit ta„men ex innaſcibili Deo eſſe, quod Deus eſt. „Fides igitur noſtra etſi initium nativitatis ap„prehendens Unigenitnm Deum ſemper profi„teatur, quia natura non fert, ut cæpiſſe eum „confiteatur, cujus initii tempus excedat, ſed „quem ſemper eſſe & ante tempora confitetur, „natum tamen in intemporali infinitate non „ambigit.

Objeƈt. V. Quomodo filius diem neſcit.

5. „*Quinto* objiciunt illud: *Marc.* 13. *de „die autem & hora nemo ſcit, neque angeli in cæ„lis, neque Filius, niſi Pater ſolus.* Ignoratio er„go diei & horæ objicitur Unigenito Deo, ut „Deus ex Deo natus non ſit in naturæ perfe„ƈtione, qua Deus eſt, cum neſciendi & igno-

„ran-

„rantiæ eum infirmitas detineat. Verum cum „in Christo omnis plenitudo sit, tum omnia „per ipsum, & in ipso creata sint, & omnia „per ipsum, & in ipso reconcilientur, & dies „illa reconciliationis nostræ expectatio sit, hanc „ille diem ignorat? Nemo sane quod per se, „& intra se est, nescit. Item anne Deus Pa„ter unigenitum Deum & dilectionis suæ Fi„lium diei hujus cognitione defraudaverit? „in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scien„tiæ absconditi: ubi meminisse nos convenit, „occultos in eo esse thesauros, neque icirco „quia occulti sunt, non inesse, cum per id, „quod Deus est, in eo insint, per id vero, „quod Sacramentum est, occultantur. Igno„ratio ergo ejus, secundum quod omnes „thesauri in eo scientiæ latent, dispensa„tio potius quam ignoratio est, unde in om„nibus, quæ ignorare se Deus loquitur, igno„rantiam quidem profitetur, sed ignoratione „tamen non detinetur, dum id quod nescit; „non nesciendi infirmitas est, sed aut tempus „est non loquendi, aut dispensatio est non agen„di. Scire ergo Deum non est ignorantiæ de„mutatio, sed temporis plenitudo, expectatur „enim adhuc, ut sciat, adeoque necesse est, „ut id, quod sciens nescit, & nesciens scit, „nihil aliud quam vel loquendi dispensatio sit, „vel gerendi. Negat ergo Christus se scire „diem illum, ut scientia possit esse abscondita. „Quodsi icirco nescit, ut scientia maneat ab„scondita, non per naturam nescit omnia sciens, „quod icirco tantum, ut absconditum sit, nescit. „Cur autem diei scientia abscondita sit, non in

„obscuro est, namque dum monet nos irremis„sa fide intentos semper manere, securitatem „cognitionis ademit, ut pendulæ expectationis „incerto mens solita festinans, & adventus diem „semper expectans semper expectando spera„ret, curamque pervigilem incertum non am„bigendi tamen temporis detineret. Ita enim „Dominus ait: *Estote parati, quia nescitis, qua „hora Filius hominis venturus est. Matth.* 24. Fi„lius itaque diem icirco, quia tacet, nescit; „& Patrem solum icirco scire ait, quia solus „uni sibi non tacet. Non ergo ignorat Filius, „quod non ignorat Pater, neque quia solus Pa„ter scit, icirco nescit & Filius, cum in unita„te naturæ Pater & Filius maneant, quod au„tem Filius nesciat, tacendi dispensatio est. „Sane cum dies & momentum intra temporum „nomen sit, non potest videri diem & momen„tum restituendi regnum Israel ille ipse, qui „restituturus eum est, ignorare. Denique non „quia nescire se diem & momentum Filius di„cit, nescire credendus est, sicut neque cum „secundum hominem, aut flet, aut dormit, „aut tristis est, Deus obnoxius esse aut lacry„mis, aut somno, aut timori est confitendus, „sed salva Unigeniti in se veritate secundum „carnis infirmitatem, fletum, somnum, me„tum, pari necesse est secundum hominem „natura, diei atque horæ professus esse intel„ligatur inscientiam.



LI-

LIBER X.
De Trinitate.

1. Pergit in hoc libro S. Hilarius solvere alias objectiones Arianorum. „Volunt enim „plerique eorum ex passionis metu, & ex in-„firmitate patiendi non in natura eum impassi-„bilis Dei fuisse, ut qui timuit & doluit, non „fuerit vel in ea potestatis securitate, quæ non „timet, vel in ea spiritus incorruptione, quæ „non dolet; sed inferioris a Deo Patre naturæ, „& humanæ passionis trepidaverit metu, & ad „corporalis pœnæ congemuerit atrocitatem: „nam scriptum est: *Tristis est anima mea usque* „*ad mortem Matth.* 26. Et rursum: *Pater si* „*possibile est, transeat a me calix iste. Marc.* 15. „Sed & illud: *Deus, Deus meus, quare me de-*„*reliquisti? Luc.* 23. Hoc quoque adjiciunt: „*Pater commendo in manus tuas spiritum meum.* „Hæc autem anxietas non admittit similitudi-„nem exæquatæ ad Deum Unigeniti nativita-„te naturæ. Sed antequam ex his ipsis dictis „demonstremus, nec metuendi de se in eum „infirmitatem incidisse aliquam, nec dolendi „(*scilicet ex conditione & necessitate naturæ hu-*„*manæ per peccatum corruptæ, quales dolores nos* „*experimur, qui sunt a peccato rationem peturban-*„*tes, & ineluctabiles. Vid. Comp. Theol. tom.* 1. „§. 300. *sch.* 1.) quærendum est, quidnam „videatur timere potuisse, & puto non alia „quam passionis & mortis causa præten-„ditur. Sed an mori timuit, qui omnem „ab Apostolis terrorem mortis propellens ad

Christus passibilis.

Christus an mori timuit.

„gloriam eos martyrii est adhortatus *Matth.* 10.
„Et quem dolorem mortis timeret, potestatis
„suæ libertate moriturus?

Christus an moriendi potentiam timuerit.

2. „Sed forte humanæ ignorantiæ timidi-
„tate hanc ipsam suam moriendi in se timuit
„potestatem, ut licet ab se moriturus, tamen
„hoc ipsum, quod moriturus esset, timuerit.
„Sed cui rei existimant mortem fuisse terribi-
„lem, spiritui, an corpori? si corpori, anne
„ignorant, quod intra triduum corporis sui
„templum esset suscitaturus? si vero spiritui,
„Lazaro in Abrahæ finibus lætante infernum
„chaos Christus timeret? Hæc stulta sunt, ut
„in potestate ponendæ animæ ac resumendæ
„mori timeret.

Christus an pœnas corporis timuerit.

3. „Sed forte penduli in cruce corporis
„pœnæ, & colligantium funium violenta vin-
„cula, & adactorum clavorum cruda vulnera
„sunt timori. Verum videamus, cujus cor-
„poris homo Christus sit, ut in transfossam car-
„nem dolor invaserit. Ea enim natura corpo-
„rum est, ut ex consortio animæ in sensum ani-
„metur. Cum igitur perfossa corpora dolent,
„sensum doloris transfusæ in ea animæ sensus
„admittit. Si igitur homo Christus Jesus per
„initia corporis & animæ nostræ vivit in cor-
„pore, & non ita ut corporis sui sic & animæ
„suæ princeps Deus ut homo natus est, parem
„dolorem senserit corporis nostri, animæ no-
„stræ & corporis ut conceptu, ita & initio ani-
„matus in corpore; quodsi vero assumpta sibi
„per se ex virgine carne ipse sibi ex se ani-
„mam

„mam concepti per se corporis coaptavit, se„cundum animæ corporisque naturam necesse „est & passionum fuisse naturam. Homo ita„que Jesus-Christus unigenitus Deus per car„nem & Verbum, ut Dei Filius, ita & homi„nis Filius, hominem verum secundum simi„litudinem nostri hominis non deficiens a se „Deo sumpsit, in quem quamvis aut incideret, „aut vulnus descenderet, aut nodi concurre„rent, aut suspensio elevaret, afferrent quidem „hæc impetum passionis, non tamen dolorem „passionis inferrent, ut telum aquam perforans „naturam suam perforandi non retinet, dum „in natura non est, aquam perforari. Passus „quidem Dominus Jesus Christus dum cædi„tur, dum crucifigitur, dum moritur; sed in „corpus Domini irruens passio, nec non fuit pas„sio, nec tamen naturam passionis exercuit, „cum & pœnali ministerio illa desævit, & „virtus corporis sine sensu vim pœnæ in se de„sævientis excepit. Habuerit sane illud Do„mini corpus doloris nostri naturam, si corpus „nostrum id naturæ habet, ut super fluctus „eat, at vero si Dominici corporis sola hæc „natura sit, habet ad patiendum quidem cor„pus, sed naturam non habet ad dolendum.

Nota. Quæ hic S. Hilarius de indolentia Christi docet, nisi secundum explicationem paulo ante num. 1. intelligantur, cum doctrina Ecclesiæ non concordant, & aptius Arianis respondisset, dolores Christi humanam ejus naturam spectare, non vero divinam.

 4. „Sed

Quomodo fames &c. in Christo. 4. „Sed forte in quo affectio flendi, sit
„di & esuriendi mansit, & cæterarum quo
„humanarum passionum in eo necesse sit in
„naturam. Verum præter sitis, & fletus
„esuritionis mysterium assumpta caro, id
„homo totus passionum est permissa natu
„nec tamen ita, ut passionum conficeretur
„juriis; unde ad demonstrandam quidem
„poris veritatem corporis consuetudo susc
„est, ita ut naturæ nostræ consuetudine
„suetudini sit corporis satisfactum cum cil
„& potum accepit, non vero nostri corporis
„tia in eo inessent, dum homo natus non
„tiis humanæ conceptionis natus est.

Quomodo tristitia. 5. „Sed forte impia perversitate hinc i
„mæ in eo naturæ præsumitur assertio,
„tristis sit anima ejus usque ad mortem.
„terim a te requiro hæretice, cur exeunte
„proditionem Juda non memineris dictum
„se: *nunc honorificatus est Filius hominis Joan.*
„si enim passio honorificatura eum erat,
„modo tristem eum ejus metus effecerit?
„forte timuisse eousque existimabitur, ut tr
„ferri a se calicem deprecatus sit *Marc.* 14.
„etiam dixit; *reconde gladium tuum in th*
„*calicem, quem dedit mihi Pater, non bib*
„Sed hoc te dicto Dominico armabis:
„*Deus meus quare me dereliquisti Matth.*
„Post enim crucis passionem forte dignatio
„ab eo paterni auxilii existimas recessisse.
„oportuerat te dicti illius immemorem non
„se: *amodo videbitis Filium hominis sedente*
„*dextris virtutis, & venientem cum nubibus*

„

„Ubi rogo in passione timor? ubi infirmitas? „ubi dolor? Sed forte hoc tibi relictum arbi„traris, ut descensionem ad inferos, & ipsam „mortis timuerit necessitatem, dum & idipsum „testatur hoc dicto: *Pater in manus tuas com„mendo spiritum meum. Luc.* 23. Verum anne „tibi metuere infernum chaos credendus est, „qui dixit latroni in cruce: *hodie mecum eris in „Paradiso. ibid.*

6. „Sed niti adversus Evangelicæ fidei de„monstrationem hæretici videntur hoc dicto: „*Tristis est anima mea usque ad mortem.* Ut na„turæ suæ infirmitatem testetur. At primum „interrogo: quid sit, tristem esse usque ad mor„tem, non enim ejusdem significationis est, tri„stem esse propter mortem, & usque ad mortem, „quia ubi propter mortem tristitia est, illic „ipsa mors causa tristitiæ est, ubi vero tristi„tia usque ad mortem est, mors jam non est „tristitiæ causa, sed finis, ita ut tristitia per „mortem sit desitura: non enim sibi tristis est, „neque sibi orat, sed Apostolis suis, quos mo„net orare pervigiles, ne in eos calix passionis „incumbat, quem a se transire orat, ne scili„cet Apostoli in passione sua scandalizati & in „periculum fidei, & tentationem inducti in eo „maneant, per calicem enim Dominicæ passio„nis omnes tentandi erant. Tristitia igitur „Domino usque ad mortem est, quia in mor„te, motu terræ, diei tenebris, discissione ve„li, monumentorum reseratione, mortuorum „resurrectione confirmanda jam Apostolorum „fides esset, quam & nocturnæ custodiæ ter„ror,

Causa tristitiæ Christi.

„ror, & in flagellis, alapis, sputis, c(
„spinea, crucis onere & totius passionis
„brium, & maledictæ crucis damnatio
„moveret. Sciens igitur Dominus hæc o
„post passionem desitura ideo usque ad
„tem tristis est; quia post illam per virt
„gloriam Apostolicæ infirmitatis scand
„modo pelleretur.

Angelus quomodo Christum confortaverit.

7. „Præterea ex confortante Christun
„gelo. & sudore ejus sanguineo, infirmi
„lum probare conantur. Verum ignora
„nobis non est, & in Græcis & in Latin
„dicibus quamplurimis vel de advenient(
„gelo, vel de sudore sanguinis nil scriptu
„periri: & deinde meminerint hæretici,
„torem Angelorum creationis suæ non e
„auxilio, & eo modo eum confortari,
„modo & tristem esse, nam qui nobis seu
„ter nos tristis est, necesse est, ut propte
„sit confortatus & nobis. Sudorem vero
„infirmitati audebit deputare, quia &
„tra naturam est, sudare sanguinem, n(
„firmitas est, quod potestas non secu
„naturæ consvetudinem gessit.

De sudore sanguineo Christi.

8. „Restat nobis, ut hæreticis vid
„magna infirmitatis professio, cum Do
„ait: *Deus Deus meus quare dereliquist*
„*Matth.* 15. ubi derelictum se queritur in
„tatique permissum. Verum qui ad m(
„festinat, ut qui per eam honorificandu
„ut qui post eam a dextris virtutis se
„est, in his tot beatitudinum caussis m(

Quomodo Christus derelictus.

„

„muerit, & desertum se a Deo queratur, cum „in illis beatitudinibus esset mortem obeundo „mansurus? Quin etiam hæretici contendunt, „aut defecisse omnino Deum Verbum in ani„mam corporis, ut non idem fuerit Jesus Chri„stus hominis Filius, qui & Dei Filius: aut „ex se defecerit Deus Verbum,' dum corpus „officio animæ vivificat, aut omnino nec fue„rit Christus homo natus, quia in eo Dei Ver„bum modo spiritus Prophetalis habitaverit. „Sed ridicule hic error in majorem se extendit „impietatis audaciam, ne Jesus Christus ante„quam ex Maria natus est, Christus sit. Item ut „Deus Verbum tamquam pars aliqua virtutum „Dei hominem illum, qui a Maria esse cæpit, „habitaverit, & virtutibus divinæ operationis „instruxerit, animæ tamen suæ motu natura„que viventem. Unde pestifere sequitur, ut „aut Deus Verbum anima corporis extiterit, „& Verbum Dei esse defecerit; aut hominem „illum quædam quasi potestas extentæ vocis „habitaverit: quæ omnia sunt contra fidem „Ecclesiæ. Conqueritur igitur ad mortem re„lictum se esse, quia homo est, sed is simul „profitetur, se in paradiso regnare, quia Deus „est. Porro idem commendans spiritum atque „tradens, & regnans moritur, & mortuus „regnat, habemus enim in Sacramento Filii „hominis & Filii Dei & mori regnantem & „regnare morientem, quippe non alius est mo„riens & regnans, neque alius est commen„dans spiritum & exspirans., neque alius est „sepultus & resurgens, neque non unus est „descendens & ascendens 1. *Cor.* 1. Si itaque

„ad intelligentiam mortis suæ ait: Deus Deus „meus quare me dereliquisti? Et: Pater in „manus tuas commendo spiritum meum, „numquid confessioni nostræ consulens infir„mum se esse potius confessus est, quam nos „ambiguos non reliquit. Excitaturus nam„que Lazarum orat ad Patrem; numquid pre„ce eguit dicens: *Pater gratias ago tibi, quia „exaudisti me: & ego sciebam, quia semper mi „exaudis, sed propter turbam dixi, ut credant, „quia tu me misisti Joan.* 11. nobis itaque ora„vit, ne Filius ignoraretur; & ad profectum „nostræ fidei loquebatur, & quomodo quere„la passionis in summa exultatione patiendi „non confessionis nostræ eruditioni præstita in„telligatur? dum se nobis Dei & hominis fi„lium est professus & mortuum.

LIBER XI.
De Trinitate.

Objectio ex Joan. 20. 1. In hoc libro S. Hilarius nonnullas alias objectiones ex S. Scriptura ab Arianis petitas dissolvit. Et inprimis hoc dicto Domini uti solent: „*Ascendo ad Patrem meum, & Pa„trem vestrum, Deum meum & Deum vestrum „Joan.* 20. ut per id quod Pater ejus Pater „eorum est, & Deus ejus Deus eorum est, in „natura Dei non sit, dum & per eumdem Pa„trem exæquamur in filios, & per eumdem „Deum comparamur in servos, & cum nos si„mus & creatio ex origine, & ex natura ser„vi, tamen cum & pater nobis communis & „Deus est, sit ei nobiscum & creatio & na„tura

„tura communis & servitus. Unde etiam „*Ps.* 44. dicitur: *Unxit te Deus Deus tuus*, ut „non sit in ea naturæ virtute, qua Deus est, „dum ei ungens se Deus in Deum suum sit an„telatus. Verum dispensatio magni Sacra„menti nativitatis Divinæ patrem insuper etiam „conditionis humanæ assumptæ Deum fecit, „dum qui in forma Dei erat, repertus est in „forma servi. Manens igitur in forma servi, „qui manebat ante in Dei forma homo Chri„stus Jesus locutus est; ascendo ad Patrem „meum &c. Et cum hæc ad homines servos „homo in forma servi Jesus Christus loquatur, „non ambigitur, quin pater sibi ut cæteris sit, „ex ea parte qua homo est, & Deus sibi ut „cunctis sit, ex ea natura, qua servus est, „Loquens etiam per os David spiritus Prophe„ticus: Unxit te Deus tuus &c. secundum di„spensationem assumpti corporis est locutus, „unctio enim illa non beatæ illi & incorruptæ, „& in natura Dei manenti nativitati profecit, „sed sanctificationi hominis assumpti.

2. „Deinde objiciunt illud 1. *Cor.* 15. *cum* *Objectio ex 1. Corinth.* 15. „*tradiderit regnum Deo & Patri . . . Oportet enim* „*illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub* „*pedibus suis, cum omnia dixerit, omnia subjecta* „*sunt absque eo, qui subjecit ei omnia. Cum au*„*tem subjecta ei fuerint omnia, tunc & ipse subje*„*ctus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus* „*omnia in omnibus.* Ergo quia subjectio illa „inferioris naturæ contestatio est, non erit in „paternæ naturæ virtute, quem naturalis in„firmitas naturæ potioris subjecit potestati.

„Verum

„Verum tria hic notanda sunt, primum finis, „deinde traditio, deinde subjectio, ut per hæc „aut desinat Christus in fine, aut regnum tra„dendo non teneat, aut extra Dei naturam „Deo subjectus existat. Finis itaque est esse „Deum omnia in omnibus. Et quærendum „nunc ante omnia est, an finis defectio sit, an „subjectio infirmitas sit. Finis itaque legis „Christus est, qui quia legem non dissolvit, „sed adimplevit *Matth.* 5. finis non defectio est, „sed consummata perfectio, tendunt enim ad „finem omnia non ut non sint, sed ut in eo, „ad quod tetenderant: maneant.

Traditio regni non est defectio regnandi in Christo.

3. „Neque traditio regni defectio est intel„ligenda regnandi, ut quod tradet Filius Pa„tri, tradendo non teneat, alias quis fateatur „necesse est, Patrem cum tradidit omnia Filio, „amisisse tradendo, si tradidisse traditis egere „significet: ait enim Dominus: *omnia mihi tra„dita sunt a Patre meo Luc.* 10. Si igitur tra„didisse caruisse est, Pater quoque his quæ „dedit, caruit. Quodsi Pater tradendo non „caruit, ne Filius quidem intelligi potest his ege„re, quæ tradidit. Ergo si tradidisse omnia, „his ipsis, quæ tradidit, non videtur eguisse, „reliquum est, ut in tradendo dispensationis „causa noscatur, cum & Pater tradendo non „careat, & Filius dando, non egeat.

Quomodo Christus Patri subjectus.

4. „De subjectione autem, nequid in ea „contumeliosum Filio deputetur, cum alia fi„dei nostræ opitulentur, primum interrogo, „utrum subjectionem ita intelligendam pute„mus,

„mui, aut tamquam servitutem dominatui, aut „infirmitatem virtuti, aut honorem inhonora„tioni subdamus, ita ut Filius secundum hæc „Deo Patri sit diffidentis naturæ diversitate „subjectus. Quodsi ita existimabitur, errorem „hunc apostolici sermonis cautela prohibebit; „subjectis enim sibi omnibus, tunc subjicien„dus sibi omnia subjicienti, & per id, quod „tunc subjicietur, dispensationem significavit „in tempore, nam si subjectionem aliud sen„timus, & si tunc subjicietur, certe modo „subjectus non est, & efficiemus eum impium, „quem necessitas temporis compresso tyranni„cæ impietatis tumore in seram sequelam sit „subditura: & ubi erit illud: *non veni facere „voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit „me Joann.* 8. Nihil ergo nunc aliud subjectio„nis significatio, quam mysterii demonstratio „est: nam resurgentem a mortuis Dominum „Jesum Christum sedere a dextris Dei non igno„rabile est etiam Apostolo testante *Eph.* 1. *col„locavit eum ad dexteram suam in cælis super om„nem principatum . . . & omnia subjecit sub pedi„bus ejus.* Ubi Apostolicus sermo pro factis „jam futura significat, quæ enim per adim„pletionem temporum sunt gerenda, ea jam in „Christo, in quo omnis est plenitudo divinita„tis consistunt; subjecit enim omnia sub pedi„bus ejus, licet adhuc subjicienda sint, ut in „eo, quod subjecta sunt, Christi indemutabi„lis sit potestas, in eo vero, quod subjicien„da sunt secundum plenitudinem temporum „succedentium ad finem ætatum profectus sit. „Omnem autem contrariam virtutem evacuan-

„dam

„dam esse non obscura cognitio est, & hunc „aeris principem æterno interitui tradendum. „Evacuatis igitur magistratibus subjicientur „inimici ejus, ita autem subjicientur, ut ipse „sibi subjiciat, ita vero subjiciet, ut ei subji„ciat Deus, Dei scilicet natura in eo per na„tivitatem manente, & ea quæ ipse agit agen„te: & quos inimicos intelligi oporteat idem „Apostolus docuit *Rom.* 11. scilicet inimicos „crucis. Hanc autem subjectionem consequi„tur *novissima devicta ab eo mors* 1. *Cor.* 15. per „resurrectionem ex mortuis. In subjectione „itaque inimicorum mors vincitur, & morte „victa immortalitatis vita succedit.

Quod regnum Christus Patri tradet.

5. „Denique ut Sacramenti hujus esset ra„tio absoluta, post novissime devictam mortem „ait: *cum autem dixerit: omnia subjecta sunt, abs„que eo, qui subjecit ei omnia, tunc & ipse sub„jectus erit illi, qui ei subjecit omnia, ut sit Deus „omnia in omnibus.* Primus itaque Sacramenti „gradus est, subjecta ei esse omnia, & tunc „ipsum subjectum fieri subjicienti sibi omnia, „ut quemadmodum nos gloriæ regnantis cor„poris sui subdimur, eodem Sacramento ipse „regnans in gloria corporis, subjicienti sibi „universa subdatur. Subdimur autem gloriæ „corporis sui, ut in ea simus corporis clarita„te, qua regnat in corpore, quia corpori ejus „conformes erimus. Et quidem gloriam regnan„tis nunc corporis sui Evangelia non tacent. „*Matth.* 16. Et hujus etiam gloriæ consor„tium Apostolis pollicetur *Matth.* 13. Tradet „ergo regnum Deo Patri, non utique tamquam „tra-

„tradens potestate concedat, sed quod nos con-„formes gloriæ corporis sui facti regnum Dei eri-„mus: non enim ait: tradet suum regnum, sed „tradet regnum, effectos nos per glorificationem „corporis sui regnum Deo traditurus. Et siquis „quæret, quis iste sit tradens regnum, audiet: „*Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormien-„tium &c.* 1. *Cor.* 15. omnis enim hic nunc præ-„sentis quæstionis sermo de Sacramento corpo-„ris est, quia Christus primitiæ ex mortuis est. „Regnat autem in hoc eodem glorioso suo cor-„pore, donec evacuatis magistratibus & morte „devicta subjiciat sibi inimicos.

6. „Quibus subjectis subjicietur subjicienti „sibi omnia, Deo scilicet, ut sit Deus omnia „in omnibus, naturæ assumpti corporis nostri „natura paternæ divinitatis invecta. Per id „enim erit omnia in omnibus Deus, quia „secundum dispensationem ex Deo & homine „hominum Deique mediator, habens in se ex „dispensatione quod carnis est, adepturus in „omnibus ex subjectione, quod Dei est, ne ex „parte Deus sit, sed totus Deus. Non alia „itaque subjectionis causa est, quam ut omnia „in omnibus Deus sit, nulla ex parte terreni „in eo corporis residente natura, non abjecto „corpore, sed translato, neque per defectio-„nem abolito, sed ex clarificatione mutato, „acquirens sibi Deo potius hominem, quam „Deum per hominem amittens: subjectus ve-„ro ob id, non ut non sit, sed ut omnia in om-„nibus Deus sit, habens in Sacramento sub-„jectionis esse ac manere quod non est, non ha-

Qualis subjectio Christi.

„bens

„bens in defectione ita se carere, ne non sit: „unde non divinitatis infirmitas est, sed as„sumptionis profectus, dum homo & Deus, „jam Deus totum est, toto jam in Deum ex „ea qua homo est dispensatione mansuro.

Quomodo Deus omnia in omnibus.

7. „Denique quod Deus erit omnia in om„nibus, assumptionis nostræ profectus est, qui „enim cum esset in forma Dei repertus in for„ma servi rursus confitendus est in gloria Dei „Patris, ut non ambigue in ejus forma manens „intelligatur, in cujus erit gloria confitendus. „Dispensatio itaque tantum est, non demuta„tio, in eo enim est, in quo erat: sed cum „medium est, quod esse cæpit, id est, homo „natus, totum ei naturæ, quæ antea Deus non „fuit, acquiritur, cum Deus esse omnia in om„nibus post Sacramentum dispensationis osten„ditur. Nostra hæc itaque lucra sunt, & no„stri profectus, nos scilicet conformes effici glo„riæ corporis Dei. Cæterum Unigenitus Deus „licet & homo natus sit, non tamen aliud, quam „Deus omnia in omnibus est, subjectio enim il„la corporis per quam quod carnale est in na„turam spiritus devoratur, esse Deum omnia „in omnibus eum, qui præter Deum & homo „est, constituet, noster autem ille homo in id „proficit. Cæterum nos in hominis nostri con„formem gloriam proficiemus, & in agnitio„nem Dei renovati ad Creatoris imaginem re„formabimur secundum Apostoli dictum *Co„loss.* 3. Consummatur itaque homo imago „Dei, namque conformis effectus gloriæ cor„poris Dei in imaginem Cceatoris excedit, se„cundum

„cundum primi hominis figurationem: & post „peccatum, veteremque hominem in agnitio„nem Dei novus homo factus constitutionis „suae obtinet perfectionem, agnoscens Deum „suum, & per id imago ejus, & per religio„nem proficiens ad aeternitatem, & per aeter„nitatem Creatoris sui imago mansurus." *Sic Christus erit subjectus ei, qui sibi omnia subjecit, in membris seu fidelibus quibus plane dominabitur, nunc enim sunt multa ejus membra inter Catholicos, imo & inter infideles, nondum plane subjecta: ut Deus sit omnia in omnibus.*

LIBER XII.

De Trinitate.

1. In hoc ultimo de Trinitate libro illam Arianorum objectionem ex *Prov.* 8. desumptam solvit S. Hilarius. „Profertur, ait, adversus „nos Sapientiae de se protestatio, quae creatam „se docuerit his verbis: *Dominus creavit me* „*initium viarum suarum Prov.* 8. Verum non „Christi ante saecula aeterna divinitatem, & in „omnibus operibus ac doctrinis Dei efficien„tiam haec verba sapientiae subsistentis extin„guunt, quae se nunc creatam initium viarum „Dei & in opera ejus a saeculo dixerit, ne forte „ante Mariam manere non existimaretur, ne„que tamen creatam se ad nativitatis intelli„gentiam referret, quia in viarum initium & „in opera sit creata. At vero ne hoc viarum „initium quisquam ad subjiciendam tempori „nativitatem infinitam deputaret, fundatam se „ante saecula est professa: ut dum aliud est in *Sapientia Divina quomodo creata dicitur.*

„viarum initium & in opera creari, & aliud „eſt, antè ſæcula fundari, anterior intelligeretur eſſe & creatione fundatio, & hoc ipſum, „quod fundata in opera ante ſæculum eſt, Sa„cramentum creationis oſtenderet, quia fun„datio ante ſæculum, & creatio in viarum in„itium & in opera eſt,

Sapientiæ æterna generatio.

2. „Jam vero ne creatio & fundatio fidem „divinæ nativitatis oſtenderet, ſequitur: *Prius„quam terram faceret, priusquam montes ſtabili„ret, ante omnes colles genuit me.* Jam genitus „eſt ante terram, montes, & colles, qui an„te ſæcula fundatus eſt. Et in his quidem „Sapientia plus loquitur, quam auditur, om„nia enim quæcunque ad infinitatis intelligen„tiam ſignificantur, iſtiuſmodi eſſe oportet, „ne rei cuiquam ſecunda in tempore ſint. Cæ„terum ad æternitatis demonſtrationem nequa„quam temporaria coaptabuntur, quia per „id, quod poſteriora ſunt cæteris, temporale „exordium ſortita ſunt. Quid enim magnum „eſt, ut ante terram Deus Dominum Chriſtum „genuerit, cum angelorum origo terræ crea„tione reperiatur antiquior? Senſum ergo no„ſtrum ſermo divinus non inopem rationis re„liquit, nam cauſam dicti per hæc ſequentia „oſtendit: *Cum fortia faciebat fundamenta ter„ræ, ego eram apud illum componens.* Quis hic „temporum locus eſt? aut quo ſe extendere „ultra infinitam Unigeniti Dei nativitatem hu„manæ intelligentiæ ſenſus permittitur? quæ „non temporabilibus ſolum, ſed infinitis eſt „anterior: cum enim præpararetur cœlum,

Angeli ante mundum creati.

„Sapien-

„Sapientia aderat Deo. Numquid vero cœli „præparatio Deo eſt temporalis, ut humano mo- „do fabricandi cœli inſtrumenta quæſierit? „Quid ergo eſt præparanti Deo cœlum genitam „ab eo adeſſe Sapientiam, cum naturæ Dei „non ſit in apparatu eum cogitandi operis com- „morari? nihil enim non ſemper cum Deo fuit, „quidquid in rebus eſt, quæ etſi ad creationem „ſui cæpta ſunt, non ſunt tamen a Dei vel præ- „ſcientia vel poteſtate inchoata: quæ enim fu- „tura ſunt, licet in eo, quod creanda ſint, ad- „huc fient, Deo tamen, cui in creandis re- „bus nihil novum eſt, jam facta ſunt. Et icir- „co nunc Sapientia natam ſe ante ſæcula do- „cens, anteriorem ſe non ſolum his, quæ crea- „ta ſunt, docet, ſed æternis coæternam, præ- „parationi ſcilicet cœli & diſcretioni ſedis Dei, „quæ perpetua & æterna eſt.

3. „Sed creationis nos nomen & profeſſio „movet Moveat ſane nomen creationis, ſi „non nativitas ante ſæcula, & creatio in in- „itium viarum Dei & in opera prædicatur, non „enim poteſt nativitas pro creatione accipi, „cum nativitas ante cauſam ſit, creatio vero „per cauſam. Aut numquid ejusdem intelli- „gentiæ eſt, in initium viarum Dei & in ope- „ra creari, & naſci ante omnia, quorum unum „habet tempus in geſtis, aliud vero intempo- „ralem intelligentiam continet. Sed tandem „per doctrinæ Catholicæ revelationem, quid „ſit, Chriſtum in initium viarum Dei & in „opera creatum eſſe diſce. *Prov.* 8. Sapientia „ea ſe, quæ quotidie fiunt, enarraturam pro-

Creat initiu viaru operi quid.

„fessa, memorem se quoque ad enumeranda ea, „quæ a sæculo sunt pollicetur. Et nunc quis „hebetudinis sensus est, ea, quæ a sæculo esse „memorata sunt, quod ante sæcula gesta sint, „existimare? quia in his quæ a sæculo sunt, „opus omne post sæculum est, at vero quæ an„te sæculum sunt, præveniunt sæculi a se po„sterioris constitutionem. Memorem itaque se „ad dicenda ea, quæ a sæculo sunt professa „Sapientia ait: *Dominus creavit me in initium „viarum suarum in opera sua*, ubi rerum gesta„rum a sæculo significatio est, non vero gene„rationis ante sæcula prædicatæ.

...ristus ...omodo initum ...rum & ...era ...atus.

4. „Sed quærendum adhuc est, quid sit „natum ante sæcula Deum rursum in initium „viarum Dei & in opera creari, quia ubi ante „sæculum est nativitas, illic infinitæ genera„tionis est æternitas: ubi vero a sæculo est „creatio, eademque in vias Dei, & in opera „ejus ostenditur, illic operibus ac viis causa „creationis aptata est. Ac primum quia Chri„stus sapientia est, videndum est, an ipse sit „initium viæ operum Dei. Nec ut opinor am„bigitur: ait enim: *Ego sum via, & nemo va„dit ad Patrem, nisi per me Joan.* 14. Hæc er„go via in viarum initium in opera Dei crea„tur. Sed creationis hujus, quæ a sæculis „est, ratio quærenda est, nam ultimæ dispen„sationis Sacramentum est, quod etiam crea„tus in corpore viam se Dei operum est pro„fessus. Videamus itaque, in quas Dei vias, „& in quæ Dei opera a sæculis creata sit na„ta ante sæcula ex Deo Sapientia. Curre per

„tempo-

„tempora, & intellige, qualis via sit Adamo, „Cain, Abel, Noe, Abraham, Jacob, Jesu Nave „nominis sui Prophetæ, vel Esaiæ etiam cum „Evangelico testimonio visum prædicanti, vel „Ezechieli usque ad conscientiam resurrectio„nis assumpto, vel Danieli hominis Filium in „æterno sæculorum regno confitenti, & cæte„ris aliis, quibus se in habitu variæ creatio„nis ingessit in vias Dei, & in opera Dei, „cognitionem scilicet Dei, & nostræ æterni„tatis profectum. Quid hic nunc hæc huma„næ salutis dispensatio tam impiam æternæ „nativitatis contumeliam molitur? Creatio ista „a sæculis est, cæterum ante sæcula infinita „nativitas est.

5. „Vim sane dictis afferre contende, si „Propheta, si Dominus, si Apostolus, si ser„mo ullus ad divinitatis æternæ nativitatem „creaturæ retulit nomen. In his enim omni„bus Deus, qui ignis consumens est, ita crea„tus inest, ut creationem ea virtute, qua as„sumpsit, absumeret, potens abolere rursum, „quod tantum ad causam contemplationis ex„titerat. Beatam autem illam & veram con„ceptæ intra Virginem carnis nativitatem, qua „tunc creaturæ nostræ & natura & species na„scebatur, creaturam & facturam Apostolus „nominavit; & certe cum eo veræ secundum „hominem nativitatis hoc nomen est, cum ait: „*misit Deus Filium suum factum de muliere &c.* „Filius itaque suus est, qui est in homine, & „ex homine factura, & creatura, ut dicitur: „*induite novum hominem, eum qui secundum Deum* *Christus quomodo creatura.*

„*creatus est. Eph.* 4. Qui enim erat Filius „Dei, natus erat & Filius hominis, quia non „divinitatis erat nativitas, sed creatura car- „nis significationem sui generis accepit, no- „vus homo secundum natum ante sæcula Deum „creatus: secundum Deum autem creatur, quia „secundum Dei justitiam & sanctificationem & „veritatem homo peccati nescius est creatus. „Sic ergo sapientia memorem se eorum, quæ „a sæculo gesta sunt, dicens, in opera Dei, & „in vias Dei creatam se esse dixit, atque ita „creatam, ut fundatam se ante sæcula doce- „ret, ne assumptæ illius varie & frequenter „creationis Sacramentum demutasse naturam „videretur, cum fundationis firmitas convel- „lendi status non reciperet perturbationem. „At vero ne fundatio aliud quidquam quam „nativitatem videretur ostendere; ante omnia „professa est, se esse genitam & fundatam an- „te sæcula, ut creatio a sæculis differe intelli- „geretur ab ea, quæ ante sæcula & ante uni- „versa nativitas est.

Confessio fidei S. Hilarii.

6. „Solus itaque hic pius de Deo sermo est, „scire Patrem, & cum eo eum, qui ex eo est „Filius, ultra se humana infirmitas non èxten- „dat. Ego quidem in quantum concesso mihi „a te spiritu vigebo, sancte Pater omnipotens „Deus ut æternum te Deum, ita & æternum „Patrem confitebor, nec te aliquando sine sa- „pientia, & virtute, & Verbo tuo Unigenito „Deo Domino meo Jesu Christo fuisse præfi- „niam. Nativitas ejus ante æterna tempora „est, tua res est, & Unigenitus tuus est, non

„portio,

„portio, non protensio, non nomen aliquod „inane, sed Filius, Filius ex te Deo Patre „Deus verus; ita ex te confitendus, ut tecum, „quia æternæ originis suæ es autor æternus; „nam dum ex te est, secundus a te est, dum „vero tuus est, non separandus a te est, quia „nec sine tuo fuisse confitendus aliquando es, „ne aut imperfectus sine generatione, aut su-„perfluus post generationem arguaris.

7. „Et mihi quidem parum est, hoc fidei „meæ ac vocis officio Unigenitum tuum Jesum „Christum creaturam negare; hujus ego no-„minis consortium ne in sancto quidem Spiri-„tu tuo patiar, ex te profecto, & per eum „misso; neque enim quia te solum innascibi-„lem, & Unigenitum ex te natum sciens, ge-„nitum tamen Spiritum sanctum non dicturus „sim, dicam umquam creatum. Profunda „tua Spiritus sanctus secundum Apostolum „scrutatur & novit, & interpellator pro me „tuus inenarrabilia a me tibi loquitur. Nul-„la te nisi res tua penetrat, & sicut in eo, quod „ante æterna tempora Unigenitus tuus est solum „quod natus est, manet, ita quod ex te per „eum sanctus Spiritus tuus est, etsi sensu qui-„dem non percipiam, sed tamen teneo con-„scientia. Omnia quidem facta per Filium, „qui apud te Deum in principio erat Deus Ver-„bum, Joannes tuus loquitur: sed & creata „omnia in eo Paulus enumerat; sed cum uni-„versa in Christo, & per Christum creata me-„moraret, de Spiritu sancto sufficientem sibi „significationem eam existimavit, quod hunc „Spiri-

Spiritus S. divinitas & processio ex Patre & Filio.

„Spiritum tuum diceret. Quare sicut nihil cum „his electis viris de Unigenito tuo dicam, quam „esse natum, ita quoque secundum eos nihil „aliud de sancto Spiritu tuo loquar, quam „Spiritum tuum esse. Conserva, oro, hanc „fidei incontaminatam religionem, & usque „ad excessum spiritus mei dona mihi hanc con„scientiæ meæ vocem, ut quod in regeneratio„nis meæ symbolo baptizatus in Patre & Fi„lio & Spiritu sancto professus sum, semper ob„tineam, Patrem scilicet te nostrum, Filium „tuum una tecum adorem, & sanctum Spiri„ritum tuum, qui ex te per Unigenitum tuum „est, promerear, quia mihi idoneus ad fidem „testis est, dicens: *omnia mea tua sunt, & tua* „*mea*, Dominus meus Jesus Christus, manens „in te, & ex te, & apud te semper Deus, qui „est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI

LIBER

DE SYNODIS FIDEI CATHOLICÆ CONTRA ARIANOS.

§. I.

Argumentum.

Liber de Synodis ejusdem ferme argumenti quo priores ad Episcopos Galliæ & Britanniæ directus, a S. Hilario adhuc in exilio degen-

degente conscriptus est. In eo refert fidei formulas ab orientalibus post concilium Nicænum conflatas. Rationem etiam dat, cur tam multæ Synodi celebratæ fuerint, ob furorem scilicet hæreticorum & pervicaciam, & genuinum sensum vocis Homousios, quem ipse explicat, ut eum omnes unanimi consensu amplectantur.

§. II.

ANALYSIS.

1. Postquam S. Hilarius summis laudibus Episcoporum Galliæ constantiam celebrasset, quam in deneganda Saturnino communione testati fuerant, & animi firmitudinem, qua fidem Ecclesiæ tuebantur, dum adeo aperte & libere Arianorum impietates damnabant, ut eorum petitioni satisfaceret, qui suis litteris efflagitarunt, „ut illis significaret, quæ „orientales fidei professionibus gerant & gesse„runt, etiam hoc, ait, onus imperitissimo om„nium ex affectu charitatis addentes, ut quid „ipse super omnibus dictis eorum sentiam, in„dicem, cum difficillimum sit, sensum ipsum „propriæ meæ fidei proferre, oro vos, ut quis„quis hæc legenda & cognoscenda susceperit, „usque ad consummationem cuncta percenseat, „forte enim omnis meus hic fidei sermo præ„stabit, ut neque furtivi hæretici, quod vo„lunt, fallant, & perfecti Catholici, quod de„siderant, consequantur. Obsequor igitur cha„ritatis vestræ voluntati, & omnes fides, quæ „post sanctam Synodum Nicænam diversis tem- *S. Hilarius expositionem fidei adornat.*

„poribus & locis editæ ſunt, cum ſententia-„rum omnium & verborum additis per me expo-„ſitionibus deſtinavi: in quibus ſiquid vitioſum „ineſſe intelligetur, nemo mihi vitium poteſt „aſſignare dictorum, internuntius enim ſum „ipſe, non conditor: ſiquid vero rectum atque „ex doctrinis Apoſtolicis deprehendetur, nemo „ambigit, non interpretantis in eo eſſe gloriam, „ſed autoris. Ego tamen, quæ geſta ſunt, „fideliter transmiſi, vos an Catholica an hæ-„retica ſint, fidei veſtræ judicio comprobate.

Formula fidei Syrmiensis. 2. „Et quidem rectum exiſtimo, ut ante-„quam de verborum diſſenſionibus in eo di-„cam, ea quæ ab orientalibus Epiſcopis adver-„ſum conſcriptam apud Syrmium hæreſin con-„ſtituta ſunt verbis abſolutiſſimis demonſtrem, „quia ex Græco in Latinum ad verbum expreſ-„ſa translatio affert plerumque obſcuritatem. „Meminiſtis namque in ea ſcripta proxime apud „Syrmium blasphemia id tentatum fuiſſe, ut „dum Pater unus & ſolus omnium Deus præ-„dicatur, Deus eſſe Filius negaretur, & dum „de homouſio taceri decernitur, id decretum „eſſe, ut aut ex nihilo, ut creatura, aut ex „alia eſſentia, ut conſequentia creaturarum, „& non ex Deo Patre Deus Filius natus con-„firmaretur: dum porro in majeſtate Pater ma-„jor diceretur, Filius ea indigeret: poſtremo „dum ignorabilis ejus nativitas aſſeritur, igno-„rantiæ argueretur. Exemplum autem blas-„phemiæ apud Syrmium per Oſium & Pota-„mium conſcriptæ (*ſubſcriptæ*) hoc eſt; præ-„ſentibus Epiſcopis Valente, Urſacio & Ger-

„minio,

„cipio. Unum constat Deum esse omnipoten-
„tem, & unicum Filium ejus Jesum Christum
„Dominum Salvatorem nostrum ex ipso ante
„saecula genitum, duos autem deos nec posse,
„nec debere praedicari, quia ipse Dominus di-
„xit: *Ibo ad Patrem meum & Patrem vestrum,*
„*Deum meum & Deum vestrum.* Quod vero
„quosdam haud multos movebat de substantia,
„quae Graece Usia apellatur, id est, ut expres-
„sius intelligatur, homousion quod dicitur,
„aut homoeusion, nullam omnino fieri oporte-
„re mentionem, quod nec in divinis Scriptu-
„ris contineatur, & quod super hominis scien-
„tiam sit, nec quisquam possit nativitatem Fi-
„lii enarrare *Is.* 53. Scire autem manifestum
„est, solum Patrem quomodo genuerit Filium
„suum, & Filium quomodo genitus sit a Patre.
„Nulla ambiguitas est, majorem esse Patrem:
„nulli potest dubium esse, Patrem honore,
„dignitate, claritate, majestate, & ipso no-
„mine Patris majorem esse, Filio testante: *qui*
„*me misit, major est me Joan.* 14. Et hoc ca-
„tholicum esse nemo ignorat, duas Personas
„esse Patris & Filii, majorem Patrem, Filium
„subjectum, cum omnibus his, quae ipsi Pater
„subjecit. Patrem initium non habere, invisibi-
„lem, immortalem esse, impassibilem esse;
„Filium autem natum esse ex Patre, Deum
„ex Deo, lumen ex lumine, cujus Filii gene-
„tionem neminem scire nisi Patrem suum,
„Ipsum autem Filium Dei Dominum & Deum
„nostrum carnem vel corpus, id est, homi-
„nem suscepisse ex utero Virginis Mariae, per
„quem compassus est. Illa autem est clavis
„totius

„totius fidei, & illa confirmatio, quod Trini-„tas semper servanda sit, sicut legimus in „Evangelio: Ite & baptizate omnes gentes in „nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. „Integer perfectus numerus Trinitatis est. Pa-„racletus autem Spiritus per Filium, qui mis-„sus venit juxta promissum, ut Apostolos & „omnes credentes instrueret, doceret, san-„ctificaret.

Essentia quid. 3. „His itaque impietatis professionibus „editis, has rursum e contrario orientales Epi-„scopi in unum congregati sententiarum defi-„nitiones condiderunt. Sed quia frequens no-„bis nuncupatio essentiæ ac substantiæ neces-„saria est, cognoscendum est, quid significet „essentia. Nimirum *Essentia* est res, quæ est, „vel ex quibus est, & quæ in eo, quod ma-„neat, subsistit. Dici autem essentia, & na-„tura, & genus, & substantia uniuscujusque „rei poterit. Proprie autem essentia idcirco „dicta est, quia semper est; quæ idcirco etiam „substantia est, quia res, quæ est, necesse „est subsistat in sese, quidquid autem subsi-„stit, sine dubio in genere, vel in natura, „vel substantia maneat. Cum ergo essentiam „dicimus significare naturam, vel genus, vel „substantiam, intelligimus ejus rei, quæ in „his omnibus semper esse subsistat. Nunc „igitur præscriptas ab orientalibus fidei de-„finitiones recenseamus.

Pater & Filius non 4. „*Siquis audiens imaginem esse Filium „Dei invisibilis, idem dicat esse imaginem Dei,*

„*quod*

„*quod & Deum invisibilem, quasi non confitens* *solo nomine distinguuntur.*
„*vere Filium, anathema sit.*

„Exclusa est assertio volentium nominibus „tantum Patrem & Filium prædicare, cum „imago omnis ejus ad quem coimaginatur, „species indifferens sit, neque enim ipse si„bi quisquam imago est, sed eum, cujus ima„go est necesse est, ut imago demonstret. „Imago itaque est rei ad rem coæquandæ di„screta similitudo. Est ergo Pater, est & Fi„lius, quia imago Patris est Filius, & quia „vera imago est, speciem necesse est, & natu„ram, & essentiam in se habeat autoris.

5. „*Et siquis audiens Filium dicentem: sicut* *Pater distinctus a Filio.*
„*enim Pater habet vitam in semetipso, sic & Filio* „*dedit vitam habere in semetipso. Joan. 5. eum*„*dem dicat, qui acceperit a Patre vitam, qui con*„*fitetur hoc idem: Ego vivo propter Patrem, quem* „*& illum, qui dederit, anathema sit.*

Discernitur persona accipientis & dantis, „ne ipse sit unus idem & solus. Neque enim „est ipse solus qui vivit, & per quem vivit, „quia alius est sibi vivens, alius profitens se „vivere per autorem.

6. *Et siquis audiens Unigenitum Filium invi*„*sibilis Dei similem, non dixerit essentia Filium,* „*qui est imago Dei invisibilis, cujus imago &* „*juxta essentiam intelligitur, quasi non vere dicens* „*Filium, anathema sit.* *Filius Patri in essentia similis.*

„Indi-

„Indiscreta confirmatur indissimilisque na„tura. cum enim Unigenitus Filius & imago in„visibilis Dei sit, necesse est, per speciem at„que naturam similis essentia sit. Aut quo„modo inter Filium & Patrem natura discer„nitur generis indifferentis, cum in his, qua „Patris sunt propria, subsistens Filius con„stat, gloriæ scilicet, virtutis, potestatis, in„visibilitas essentiæ, neque ille minor esse in„telligatur, cum Filius sit, neque hic præla„re, cum Pater sit, sed omnem in se divinita„tis paternæ formam complectatur.

Filius ejusdem substantiæ cum Patre.

7. „*Et siquis audiens hoc: Quomodo enim Pa„ter habet vitam in semetipso, sic & Filio de„habere vitam in semetipso, similem non dicat etiam „juxta essentiam Filium Patri, ipso testante, qui „sic habet, quemadmodum dixit, anathema sit.*

„Manifestum est, quod vita in Patre hi „intelligitur substantia. Vita quoque in Uni„genito quæ ex Patre generata est, essentia „Tali confessione originis suæ indiscretæ natu„ræ perfecta nativitas est, quod enim in utro„que vita est, id in utroque significatur essen„tia. Ac sic quod de essentia tamquam vita „ex vita simile sui secundum essentiam nasci„tur, nullam diversitatem ac dissimilitudinem „admittit geniti & gignentis essentia.

8. „*Siquis*, CONDIDIT *vel* CREAVIT ME „*&* GENUIT ME, *ab eodem audiens*, *hoc* GENUIT „ME, *non tamen ex similitudine essentiæ intelli„gat, sed idem esse dicat, genuit me, & condidit*

„*me*

„me, quasi non dicens, Filium de Deo perfectum, ex „duobus nominibus significatum Filium, sed per „duo nomina, hoc est, condidit me & genuit, „conditionem tantummodo dicens, & nequaquam „Filium, sicut tradidit sapientia, ex duobus pium „intellectum: anathema sit.

„Dicentibus creaturam vel conditionem esse Filium Dei contraitur ratione subjecta. Si „enim creata est Sapientia, quomodo potuit & „nasci? quia omnis nativitas in naturam suam „ex natura gignente consistit, creatio autem „sumit exordium de creantis potestate, potente scilicet creatore ex nihilo condere creaturam. Sapientia itaque, quæ se dixit creatam eadem in consequenti dixit se genitam, „creationem referens ad parentis indemutabilem naturam, quæ extra humani partus consuetudinem sine deminutione sui creavit ex „seipsa quod genuit. Creantis enim opus non „habet passionem permixtionis aut partus, esse enim aliquando, incipit, quod creatur ex „nihilo, & qui creat, efficit, quod condit: „at vero nativitas genuinæ naturæ profectus „est, sed quia Dei Filius non corporalis parturitionis est genitus exemplo, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est, idcirco „ait creatam se esse Sapientia, omnes in generatione sua corporales passiones excludens. „At vero ut ostenderet, non creationis in se, „sed nativitatis naturam esse, subjecit, & genitam, ut cum creatam se & genitam confitetur, absolutam nativitatis suæ intelligentiam præstaret.

Sapienti quomodo creata dicatur.

9. „Et

ius si- lis na- æ cum tre.

9. *Et siquis in Filio Patris similitudinem se- „cundum essentiam quidem in ipso Filio revelan- „te per hæc, quæ dicit: sicut enim Pater habet &c. „juxta efficaciam vero per ea, quæ docet: Quæ „enim Pater facit, eadem Filius similiter facit. „Joan. 5. solum secundum efficaciam similitudi- „nem concedens; juxta essentiam vero, quod est „principalissimum fidei nostræ, Filium fraudet, „quasi semetipsum fraudans cognatione vitæ perpe- „tuæ, quæ est in Patre & Filio, anathema sit.*

„Hæretici hoc solum tribuere solent Filio, „ut Patri tantum virtute similis sit, adimunt „autem ei similitudinem naturæ, non intelli- „gentes nonnisi ex naturæ similitudine simili- „tudinem esse virtutis, neque enim aliquando „inferior natura superioris naturæ virtutem „consequetur. Condemnatur igitur impiæ pro- „fessionis temeritas, quæ virtutis similitudi- „nem confitens dissimilitudinem ausa sit nega- „re naturæ, cum principalis spei nostræ fides „sit, indifferentem in Patre & Filio divinitatis „substantiam confiteri.

t effica- z.

10. „*Et siquis Patrem & Filium credere se „promittens, Patrem dissimilis essentiæ dicat, sed „similis efficaciæ, quasi profanas & novas voces „contra essentiam Filii loquens, & interimens ve- „rum Dei Filium esse, anathema sit.*

„Hæretici Patrem & Filium solis nomini- „bus, non etiam veritatem naturalis essentiæ „prædicant, quia omnium creaturarum sciunt „dici Deum Patrem, & Sanctos quosque nun-

„cupa

„cupari Dei Filios, unde Pater & Filius di-
„cuntur potius, quam ſunt: dicuntur enim,
„non etiam ſunt, ſi in his differentis eſſentiæ
„diſcreta natura eſt, cum non poſſit paterni
„nominis veritas, niſi ex naturæ ſuæ proge-
„nie acquiri. Neque enim Pater per id dice-
„tur Deus, ſi habeat virtuti & efficaciæ ſuæ
„ſimilem creationem, ſed ſi genuerit non diſ-
„ſimilis eſſentiæ naturam. Perimunt ergo hæ-
„retici quantum in ſe eſt, innaſcibilem Patris,
„& indemutabilem eſſentiam, quia auſi ſunt,
„in Unigeniti ſui nativitatem diſſimilitudinem
„degeneris eſſentiæ naturalis ingerere.

11. „*Et ſiquis intelligens ſimilem ſecundum „eſſentiam Filium ejus, cujus & Filius intelligitur, „eumdem dicens Filium, quem Patrem, aut Pa„trem Patris, aut per emanationem, aut aliquam „paſſionem, quemadmodum corporales Filios, ab „incorporali Patre incorporalem Filium ſubſiſten„tem, anathema ſit.*

Pater & Filius diſtinctæ perſonæ.

„Plures hæreticorum idcirco ſimilem ſe-
„cundum divinitatem eſſe Patri Filium dicunt,
„ut per ſimilitudinis proprietatem eumdem
„Patrem quem Filium eſſe confirment. Sed
„nativitas non admittit hanc fabulam, quia
„unio non habet nativitatem, quod enim
„natum eſt, habet nativitatis ſuæ Patrem.
„Neque quia indiſcreta eſt naſcentis a gignen-
„te divinitas, ideo ipſe eſt & generator & ge-
„nitus, cum non poſſit niſi alius & alius eſſe
„generans & generatus, neque diſſimilis eſſe
„poſſit natus & generans. Non etiam pars eſt

„Filius Patris, ut unus dici possit natus & ge„nerans: neque emanatio est, ut continenti „fluxu per corporalem procursum idem ipse „fluxus retentus in origine ipsum sit origo & „fluxus, sed perfecta nativitas est non partu „corporali, sed secundum naturæ similitudi„nem incorporalis Filius ex incorporali Patre „subsistens.

12. „*Et siquis propterea quod numquam Pater „Filius intelligitur, & quod numquam Filius Pa„ter intelligitur, alium dicens Filium præter Pa„trem propterea quod alius sit Pater, alius sit Fi„lius, secundum quod dictum est:* ALIUS EST, „QUI TESTIMONIUM PERHIBET MIHI, QUI ME „MISIT PATER. *Joan.* 5. *propter hanc piam in„telligendam proprietatem personæ Patris & Filii, „timens, nequando idem intelligatur Filius & Pa„ter, similem non dicat etiam juxta essentiam Pa„tri, anathema sit.*

„Retinetur itaque in Patre & Filio natu„ræ indifferentis similitudo per essentiæ nativi„tatem, non tamen damnum personæ affert, „ut unus sit missus & mittens, similitudo na„turæ. Neque rursum in Personæ proprietate, „cum non possit ipse sibi unus, Pater & Filius „dici, aufertur similitudo naturæ. Neque rur„sum professio gignentis & geniti similitudinem „excludit essentiæ, quia cum gignens & geni„tus unus esse non possit, non tamen diversæ „naturæ sunt natus & generans.

13. „Et

13. „*Et siquis in aliquo tempore Patrem Deum* **Pater &**
„*unigeniti Filii intelligat, & non super tempora,* **Filius**
„*& super omnem humanam existimationem Unige-* **æternus.**
„*nitum Filium sine passione extitisse . . . ana-*
„*thema sit.*

„Pia professio est, Patrem non intra tem-
„pora contineri, quia non potest æternus &
„infinitus Deus Pater intelligi temporalis. Et
„secundum Evangelicam prædicationem cogno-
„scitur Unigenitus Deus Verbum magis in prin-
„cipio apud Deum esse quam nasci.

14. „*Et siquis seniorem tempore Patrem dicat* **Pater non**
„*Filio ex se Unigenito, juniorem autem Filium* **est senior**
„*Patre, anathema sit.* **Filio.**

„Similitudo essentiæ configurata in genere
„indifferens quoque docetur in tempore, ne
„qui imago est Dei, qui verbum est, qui Deus
„est apud Deum in principio, qui similis est
„Patri interjecto inter se ac Patrem tempore
„non perfectum in se habeat, quod & imago
„est, & Verbum est, & Deus est.

15. „*Et siquis intemporalem Unigeniti Filii de* **Pater non**
„*Patre substantiam ad innascibilem Dei essen-* **est Filius.**
„*tiam referat, quasi Filium Patrem dicens,*
„*anathema sit.*

„Ne per occasionem temporis abnegati hæ-
„resis unionis irreperet, & hæc impietas dam-
„natur, quæ audeat intemporalem nativita-
„tem ad unicam & singularem innascibilis essen-

„tiæ referre ſubſtantiam, cum aliud ſit, in„temporalem eſſe, aliud ſit eſſe non natum, „quorum unum habet licet extra tempus nati„vitatem, aliud ipſum ſibi ad id, quod eſt, „ſolus atque idem autor æternus ſit.

Symbolum Antiochen. cum notis S. Hilarii.

16. „Sequitur nunc Expoſitio Eccleſiaſti„cæ fidei, quæ expoſita eſt in Synodo habita „per Encænias Antiochenæ Eccleſiæ conſum„matæ, quam expoſuerunt qui affuerunt Epi„ſcopi nonaginta & ſeptem, cum in ſuſpicio„nem veniſſet unus ex Epiſcopis, quod prave „ſentiret.“ Symbolum hoc refertur a S. Athanaſio lib. de Syn. vide *Anal. hujus Tom.* 9. *pag.* 375. Ad hoc vero Symbolum ſequentia notat S. Hilarius: „Minus vero expreſſe vi„detur de indifferenti ſimilitudine Patris & Fi„lii fides hæc locuta eſſe, maxime cum de Pa„tre & Filio & Spiritu ſancto ita ſenſerit ſigni„ficatam in nominibus propriam uniuscujus„que naminatorum ſubſtantiam, ut ſint per „ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero unum. „Sed primum ſciendum eſt, quod hoc non habet „calumniam, quia tres ſubſtantias eſſe dixerunt „ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocen„tes, non ſubſtantiam Patris & Filii & Spiri„tus S. diverſitate diſſimilis eſſentiæ ſeparan„tes, agunt enim contra eos, qui veritatem „Patris & Filii & Spiritus S. nominum nume„ro eludebant, ita ut Pater ſolus & unus ha„beret & Spiritus ſancti nomen & Filii. Quod „autem dictum eſt, ut ſint quidem per ſubſtan„tiam tria per conſonantiam vero unum, non „habet calumniam, quia cognominato Spiritu

„ſeu

„seu Paracleto, consonantiæ potius quam es„sentiæ per similitudinem substantiæ prædica„ri convenit unitatem. Cæterum omnis reli„quus symboli sermo in nullo Patrem & Fi„lium naturæ & essentiæ diversitate discernit.

17. „Dignum autem est etiam cæteras Epi„scoporum orientalium fides noscere. Unde „sancta Synodus in Sardica congregata ex di„versis provinciis orientalium partium hanc ex„posuit fidem. Credimus in unum Deum Pa„trem omnipotentem creatorem universorum, „ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra „nominatur. Credimus & in Unigenitum ejus „Filium D. N. Jesum Christum, qui ante „omnia sæcula ex Patre genitus est, Deum „ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta „sunt omnia in cœlo & in terra visibilia & in„visibilia. Qui est & Verbum & Sapientia, & „vita & lumen verum, qui in novissimis die„bus propter nos incorporatus est & natus de „sancta Virgine & crucifixus, & mortuus & „sepultus, qui & resurrexit ex mortuis tertia „die, & ascendit in cœlum, & sedet in dexte„ra Patris, & venturus est in consummatione „sæculi judicare vivos & mortuos, & reddere „unicuique secundum opera sua, cujusque re„gnum sine fine perseverans permanet in æter„na sæcula, erit enim sedens in dextera Pa„tris non solum in hoc sæculo, verum etiam „in futuro Credimus & in Spiritum sanctum, „hoc est, Paracletum, quem promittens Apo„stolis post reditum in cœlos misit docere eos, „& memorari omnia, per quem & sanctifican-

Symbolum Sardicense.

„tur sinceriter in eum credentium animæ. „Credimus in sanctam Ecclesiam, in remissio„nem peccatorum, in vitam æternam. Eos „autem qui credunt, de non extantibus esse „Filium Dei, vel ex alia substantia, & non ex „Deo, & quod erat aliquando tempus aut sæ„culum, quando non erat, alienos novit san„cta & Catholica Ecclesia. Similiter & eos, „qui dicunt, tres esse deos, vel Christum non „esse Deum & ante sæcula, neque Christum, „neque Filium eum esse Dei, vel eum ipsum „esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, „vel innascibilem Filium, vel quod neque con„silio, neque voluntate Pater genuerit Filium, „anathematizat sancta & Catholica Ecclesia.

„Brevibus expositio fidei hujus sed abso„lutissimis usa est definitionibus: nam condem„nans eos, qui de non extantibus Filium esse „dicerent, originem ei non cæptam dedit, & „eos blasphemos pronuntiavit, qui ex alia ali„qua substantia, & non ex Deo Filium natum „esse loquerentur. Respuit vero & intervalla „temporum, ut qui per naturam non differt, „non possit separabilis esse per tempus. Ana„thematizat etiam eos, qui tres deos dicunt, „quia secundum naturæ veritatem numerum „nuncupationum substantia ista non recipit, „quia in natura Dei Deus unus est, tamen, „ut & Filius Deus sit, quia in eo natura non „differens est. Ne tamen unius Dei prædica„tio unicam sine progenie Dei velit affirmare „substantiam, statim hanc condemnat temeri„tatem, quæ unum ac solitarium Deum Pa-

„trem

„trem habentem in se nomen Patris & Filii con„fitetur. Innascibilem quoque Filium Sancto„rum fides nescit, quia natura Filii nisi ex na„tivitate non extat. Nativitatis autem in eo „adeo perfecta natura est, ut qui ex substantia „Dei natus est, etiam ex consilio ejus & vo„luntate nascatur.

18. „Consequens autem est, ut eam jam fi„dem retractemus, quae tunc cum Photinus „Episcopatu dejectus est, Syrmii conscripta „est, scilicet: Credimus in unum Deum &c. „uti n. praec. Ac primum post generalem il„lam ac indubitatam Sacramentorum exposi„tionem hinc exponendae fidei adversum hae„reticos caepit exordium. *Symbolum Syrmiense.*

„*Eos autem, qui dicunt, de nullis extanti„bus est Filius, vel de altera substantia, & non „ex Deo; vel quod erat tempus vel saeculum, quan„do non erat, alienos scit sancta & Catholica Ec„clesia.* *Filius non est de non extantibus aut in tempore.*

„Non est extans ei ad originem substantia „aliqua alia, nisi sola quae Dei est, ut in eo „quidem nihil aliud natum possit esse, quam „quod Deus sit, quia non ex nihilo extans „aliunde non subsistit. Non differt in tempo„re, ut cum Patre intemporalis sit & Filius.

19. „*Siquis autem Patrem & Filium duos di„cit deos, anathema sit. Et siquis unum dicens „Deum, Christum autem Deum ante saecula Filium „Dei obsecutum Patri in creatione omnium non „confitetur, anathema sit.* *Pater & Filius non duo dii.*

„Cum in damnatione sit, Patrem & Filium „duos deos dicere, & rursum anathema sit, „Filium Dei negare, substantiæ diversæ alte„rius ab altera opinio in prædicandis diis duo„bus excluditur. Non enim ex alia præter „illam Dei Patris, ex qua Dei Filius Deus in„temporalis est natus essentia.

Deus Pater ex Maria non est natus.

20. „*Siquis innascibilem Deum, vel Patrem „ejus de Maria natum esse audet dicere, anathe„ma sit.*

„Ne, quod nuncupatæ essentiæ in Patre „& Filio per indissimilem naturam nomen unum „est, occasionem hæreticis præstaret, ut in„nascibilem Deum vel Patrem ejus nasci de „Maria prædicarent, occursum est hac defini„tione: non enim religiosa unitas nominis Dei „ex indifferentis naturæ essentia constituta per„sonam genitæ adimit essentiæ.

21. „*Siquis secundum præscientiam & præde„stinationem a Maria dicit Filium esse, & non „ante sæcula ex Patre natum apud Deum esse, & „per eum facta esse omnia, anathema sit.*

Filius Dei non per prædestinationem æternus.

„Dei Filium antequam corporeus nascere„tur negaturi, secundum præscientiam & præ„stinationem, non secundum naturæ subsisten„tis essentiam fuisse affirmant. Hujus itaque „doctrinæ perversitas condemnatur, ut cogni„tus nobis Unigenitus Filius Dei natus potius „ex Patre ante sæcula, & ipsa sæcula cum omni„bus creaturis condens, quam prædestinatus „sit esse gignendus.

22. „Si-

22. „*Siquis ſubſtantiam Dei dilatari, & con„trahi dicit, anathema ſit.*

Subſtantia Dei non dilatatur.

„Contrahi, dilatari corporalis eſt paſſio; „Deus autem qui ſpiritus eſt non ſe per de„mutationem ſubſtantiæ aut dilatat, aut con„trahit. Impium ergo eſt, ſubſtantiæ demu„tationem libertati tantæ virtutis adſcribere.

23. „*Siquis dilatatam ſubſtantiam Dei Filium „dicat facere, aut latitudinem ſubſtantiæ ejus no„minet Filium, anathema ſit.*

Filius Dei non eſt ſubſtantia Dei dilatata.

„Quidam auſi ſunt innaſcibilem Deum us„que ad ſanctam Virginem ſubſtantiæ dilata„tione protendere, ut latitudo deducta aſſu„mensque hominem Filius nuncuparetur, quod „totum catholica fides damnat.

24. „*Siquis inſitum & prolativum verbum Dei „Filium dicat, anathema ſit.*

Non eſt verbum ore prolatum.

„Hæretici Dei Filium verbum tantum eſſe „confitentur prodeuntem ſcilicet ex loquentis „ore ſermonem, quæ fraus in damnatione eſt.

25. „*Siquis hominem ſolum dicat de Maria „Filium, anathema ſit.*

Non eſt ſolum homo.

„Filium Dei de Maria non prædicamus, ni„ſi & hominem & Deum prædicemus.

26. *Siquis Deum & hominem de Maria natum „dicens Deum innaſcibilem ſic intelligit, anathe„ma ſit.*

Nec Deus innaſcibilis.

„Non Deus is, qui in homine eſt, non eſ„ſe Deus dicitur, ſed Deus innaſcibilis abne-

 „gatur,

„gatur, Patre a Filio non naturæ nomine, quia „nec diversitas esset, sola innascibilitatis aucto„ritate discreta.

Verbum per incarnationem nil amisit.

27. „*Siquis Verbum caro factum est, audiens, „verbum in carnem translatum putet, vel demuta„tionem sustinentem accepisse carnem dicat, ana„thema sit.*

„Conservatur dignitas divinitatis, ut in eo, „quod Verbum caro factum est, dum Verbum „caro fit, non amiserit per carnem, quod erat „Verbum, & Verbum esse desineret; sed caro „potius hoc inciperet esse, quod Verbum; alio„quin unde carni in operibus virtutes, in mon„te gloria?

Deitas non est passa.

28. „*Siquis unicum Filium Dei crucifixum „audiens, deitatem ejus corruptionem, vel passibi„litatem aut demutationem vel diminutionem vel „interfectionem sustinuisse dicit, anathema sit.*

„Quia indemutabilis est Deus, cum tamen „Verbum caro factum sit, habuerunt in eo pas„siones materiam sine passibilitatis infirmitate. „Manet itaque indemutabilis etiam in passione „natura Autori suo indifferens, & impassibilis „essentiæ nata substantia.

Distinctio Personarum div.

29. „*Siquis* FACIAMUS HOMINEM *Gen.* I. „*non ad Filium dixisse, sed ipsum ad semetipsum „dicat Deum locutum. Siquis Filium non dicat „Abrahæ visum, sed Deum innascibilem vel Pa„trem ejus: & cum Jacob non Filium quasi ho„minem colluctatum: &* PLUIT DOMINUS A DO-

„MINO

mino non de Filio & de Patre intelligat, sed „ipsum a se pluisse dicat, anathema sit: pluit enim „Dominus Filius a Domino Patre. Gen. 19.

„Hæc quia Photinus negabat, inferenda „fidei fuerunt, nequis auderet, non ante Dei „Filium quam Virginis Filium prædicare, & „quæ propria Dei Filio sunt, Deo innascibili „coaptaret, & dum hæc ad Patrem defert, „Filio substantiam denegaret.

30. *„Siquis Dominum & Dominum non Pa„trem & Filium intelligat, cum Dominum & Do„minum duos dicat deos, anathema sit: non enim „exæquamus vel comparamus Filium Patri, sed „subjectum intelligimus, neque enim descendit in „Sodomam sine Patris voluntate, neque pluit ex „sese, sed a Domino, autoritate scilicet Patris: „nec sedet in dextera a semetipso, sed audit dicen„tem Patrem: Sede ad dexteram meam.* *Quomodo non coæquatur & subjicitur Patri.*

„Non icirco non comparatur vel exæquatur „Filius Patri, ne Deus ipse non esse credatur, „cum enim anathema Christum Deum negans, „non potest icirco profanum videri, duos deos „cognominari, ne & Christus Deus prædice„tur, cum per essentiæ naturalis proprietatem „idcirco Deus unus est, quia ex innascibili Deo „Patre, qui unus est Deus, unigenitus Filius „Deus natus, ex Deo habet esse, quod Deus „est, & indifferenti ab eo, qui genuit, essen„tia non potuit esse. Et vel in eo maxime non „comparatur nec coæquatur Filius Patri, dum „subditus per obedientiæ sequelam est, dum „pluit Dominus a Domino &c. nam pietatis

„subje-

„subjectio non est essentiæ diminutio, nec re„ligionis officium degenerem facit naturam, „cum per id, quod cum & innascibilis Pater Deus „est, & Unigenitus Dei Filius Deus est, Deus „tamen unus sit, & subjectio Filii doceatur & „dignitas, dum ei ipsi nonnisi Filius nuncupan„dus subjicitur: quod cum Dei Patris sit, ta„men sibi ex natura est, nomen habens alie„num, sed ejus, cujus & Filius est, ut sibi „Patri & obsequio subjectus & nomine, ita „tamen, ut subjectio nominis proprietatem na„turalis & indifferentis testetur essentiæ.

Pater & Filius duæ personæ.

31. „*Siquis Patrem & Filium unam Personam* „*dicit, anathema sit.*

„Stultus quorumdam furor in id prorum„pit, ut Personam unam duum nominum au„sus sit prædicare.

Spiritus S. non est innascibilis Deus.

32. „*Siquis Spiritum sanctum Paracletum di*„*cens innascibilem Deum dicat, anathema sit.*

„Impiissimum enim est, innascibilem Deum „eum dici, qui ad consolationem nostram sit „missus a Filio.

Spiritus S. alius a Filio.

33. „*Siquis sicut docuit nos Dominus, non* „*alium dicat Paracletum a Filio, dixit enim: &* „*alium Paracletum mittet vobis Pater, quem roga*„*bo eum ego: anathema sit.*

„Quia frequenter Filius per indifferentis „naturæ virtutem opera sua opera Patris esse „dixit, ex hoc hæretici occasionem arripiunt, „ut ipsum esse Filium Paracletum dicant, cum

„in

„in eo, quod alium Paracletum mittendum a „Patre sit precaturus, differentiam missi rogan„tisque significet.

34. „*Siquis Spiritum sanctum Patrem dicat „Patris vel Filii, anathema sit.* *Spiritus S. non est Pater.*

„Cum Spiritus S. nomen suam habeat signi„ficationem & substantiae suae, *seu subsistentiae*, „& officium & ordinem, & cum ubique & in„demutabilis Pater & Filius praedicetur, quo„modo pars esse aut Patris aut Filii S. Spiri„tus asseritur?

35. „*Siquis Patrem & Filium & Spiritum S. „tres dicit deos, anathema sit.* *Non sunt tres dii P. F. S. S.*

„Duum deorum professio cum irreligiosa sit, „quanto magis trium deorum in Patre & Filio „& Spiritu sancto nuncupatio damnabilis est.

36. „*Siquis quod dictum est*: EGO DEUS PRI„MUS, & EGO DEUS NOVISSIMUS, ET PRAE„TER ME NON EST DEUS, *ad destructionem ido„lorum dictum, in destructionem unici ante saecula „Dei Judaice dictum intelligat, anathema sit.* *Filius est Deus cum Patre.*

„Judaei citatum textum ad unionem Dei „referunt, quia Unigenitum Deum nesciunt. „Sed nos cum duos deos negamus, diversita„tem in Patre & Filio naturalis abominamur „essentiae, quia id, quod non est Deus praeter „me, impiam de falsis diis perimit opinionem, „Cum vero unum Deum confitentes Filium „quoque Deum dicimus, nihil diversum per „substantiam in utroque sub uno nomine prae„dicamus.

37. „Si-

Filius non est voluntate Dei creatus.

37. „*Siquis voluntate Dei tamquam unum aliquem de creatura Filium factum dicat, anathema sit.*

„Omnibus creaturis substantiam voluntas „Dei contulit, sed naturam Filio dedit ex im„passibili & non nata substantia perfecta nati„vitas. Talia enim cuncta sunt creata, qualia „esse Deus voluit. Filius antem natus ex Deo „talis subsistit, qualis & Deus est, nec dissi„milem sui edidit natura naturam.

Filius nolente Patre non est natus.

38. „*Siquis nolente Patre natum dicat Fi„lium, anathema sit.*

„Non enim nolente Patre coactus Pater, „vel naturali necessitate ductus cum nollet, „genuit Filium, sed mox ut voluit sine tem„pore & impassibiliter ex se Unigenitum de„monstravit.

Duo innascibiles non dantur.

39. „*Siquis innascibilem & sine initio dicat „Filium tamquam duo sine principio, & duo in„nascibilia, & duo non nata dicens, duos faciat „deos, anathema sit. Caput enim quod est prin„cipium omnium Filius: Caput autem quod est „principium Christi Deus: sic enim ad unum in„itiabile omnium initium per Filium universa re„ferimus.*

„Cum unus Deus sit, duo innascibiles esse „non possunt, cum idcirco Deus unus sit, cum „Pater Deus sit, & Filius Deus sit, quia in„nascibilitas sola penes unum sit. Filius au„tem idcirco Deus, quia ex innascibili essentia „natus existit. Respuit ergo innascibilem Fi„lium

„lium prædicari fides ſancta, ut per unum innaſcibilem, Deum unum prædicet, ut naturam unigenitam ex innnaſcibili genitam eſſentia in uno innaſcibilis Dei nomine complectatur.

40. „*Siquis Chriſtum Deum, Filium Dei ante ſæcula ſubſiſtentem & miniſtrantem Patri ad omnium perfectionem non dicat, ſed ex quo de Maria natus eſt, ex eo & Chriſtum & Filium nominatum eſſe, & initium accepiſſe, ut ſit Deus, dicat, anathema ſit.* *Filius Patri æqualis.*

„Hoc Fidei noſtræ ſecundum Evangelicam „& Apoſtolicam doctrinam principale eſt, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & Dei Filium „a Patre nec honoris confeſſione. nec virtutis „poteſtate, nec ſubſtantiæ diverſitate, nec intervallo temporis ſeparari.

41. „Porro nihil mirum videri debet, quod „tam frequenter fides exponi cæptæ ſint, neceſſitatem hanc furor hæreticus imponit, nam „tantum Eccleſiarum orientalium periculum „eſt, ut rarum ſit ſanæ fidei aut Sacerdotes „aut populum invenire: male enim per quosdam impietati autoritas data eſt, & exiliis „Epiſcoporum vires auctæ ſunt profanorum. „Non ignorata ſcribo, ex majori parte Aſianæ „decem provinciæ vere Deum neſciunt, cum „apud Syrmium per Oſium immemorem geſtorum ſuorum dictorumque novæ impietatis doctrina proruperat, ſed de eo nihil queror, qui „idcirco eſt reſervatus, ne judicio humano „ignoraretur, qualis ante vixiſſet. *Orientales plures Ariani.*

42. „Sed

Fidei confessio de Deo.

42. „Sed inter hæc o beatos vos, qui Apo„stolicam fidem retinentes conscriptas hucus„que fides nescitis, non enim eguistis littera, „qui Spiritu abundatis, ubi enim sensus con„scientiæ periclitatur, illic littera postulatur; „nec sane scribi impedit, quod salutare est „confiteri. Confitemur igitur, & scribimus vo„lentes non deos duos, sed Deum unum, neque „per id non & Deum Dei Filium: est enim ex „Deo Deus: non innascibiles duos, quia auto„ritate innascibilitatis Deus unus est, neque per „id non & Unigenitus Deus est, namque origo „sua innascibilis substantia est. Non unum sub„sistentem, sed unam substantiam non differen„tem; non unum in dissimilibus naturis Dei „nomen, sed unius nominis & naturæ indissimi„lem essentiam: nec præstantem quempiam cui„quam in genere substantiæ, sed subjectum alte„rum alteri nativitate naturæ. Patrem in eo ma„jorem esse, quod Pater est, Filium in eo non mi„norem esse quod Filius est; significationem in„teresse, non interesse naturam: Patrem non in„tra tempora confiteri, sed cointemporalem Pa„tri non negare: Patrem in Filio prædicare, quia „nihil in se habeat Filius a Patre dissimile, Filium „in Patre confiteri, quia non est aliunde, quod „Filius est. Mutuam sibi ac similem invicem na„turam non nescire, quia par sit: quod unus sit „non existimare, quia unum eos per indissimilis „naturæ indifferentiam decet prædicare.

Substantiæ sensus in S. S. Trinit.

43. „Reliquum est, ut quæ afferunt aliqui „cognoscatis. Multi ex nobis ita unam substan„tiam Patris & Filii prædicant, ut videri possint,

„non

„non magis id pie quam impie prædicare, ha„bet enim hoc verbum in ſe & fidei conſcien„tiam & fraudem paratam: nam ſi ſecundum „naturæ proprietatem ac ſimilitudinem ut ſimi„litudo non ſpeciem ſuam afferat, ſed ge„nus teneat, religioſe unam ſubſtantiam præ„dicamus, dummodo unam ſubſtantiam pro„prietatis ſimilitudinem intelligamus, ut quod „unum ſunt, non ſingularem ſignificet, ſed „æquales, ita ut ſimilitudo habeatur æqua„litas, quæ unum idcirco dicitur eſſe, quia „par eſt: unum autem, in quo par ſignificatur, „non ad unicum vendicetur. Una igitur ſub„ſtantia, ſi non perſonam ſubſiſtentem peri„mat, nec unam ſubſtantiam partitam in duos „dividat, religioſe prædicabitur, quæ ex na„tivitatis proprietate & ex naturæ ſimilitudine „ita indifferens ſit, ut una dicatur. At vero „ſi idcirco unius ſubſtantiæ Pater & Filius di„catur, ut hic ſubſiſtens ſub ſignificatione „duum nominum unus ac ſolus ſit, confeſſum „nomine Filium non tenemus, ſi unam ſub„ſtantiam confitentes, unicum ſingularem & „Patrem eſſe dicimus & Filium: quin etiam „hujus tanti erroris occurrit occaſio, ut diviſus „a ſe Pater intelligatur, & partem execuiſſe, „quæ eſſet ſibi Filius. Et præterea hic error ter„tius, ut cum unius ſubſtantiæ Pater & Filius „eſſe dicuntur, ſignificari exiſtimetur ſubſtantia „prior, quam inter ſe duo pares habeant, ac „ſic tres res ſermo ſignificet, ſubſtantiam unam, „& duos unius ſubſtantiæ velut cohæredes. „Et ubi poſt hæc nativitas, ubi Pater, ubi „Filius intelligitur, ſi Patrem & Filium vel

„defectio potius vel anterioris substantiæ com„munio, quam naturæ nativitas prædicabit?

Quo sensu una substantia in Trinitate.

44. „In his igitur fidei periculis verborum „brevitas temperanda est. Tuto Catholicus „unam substantiam dicet, cum ante dixerit: „Pater ingenitus est, Filius natus est, subsi„stit ex Patre, Patri similis est, virtute, ho„nore, natura. Patri subjectus est, ut auto„ri, nec se per rapinam Deo, cujus in forma „manebat, æquavit: obediens usque ad mor„tem fuit: non ex nihilo est, sed natus est: „non est innascibilis, sed contemporalis: non „est Pater, sed Filius est: non est portio ali„qua, sed totus est: non est autor ipse, sed „imago est, imago Dei ex Deo, in Deum na„ta: non est creatura, sed Deus est: non est „Deus in genere substantiæ, sed unus Deus per „indifferentis substantiæ essentiam: non perso„na Deus unus est, sed natura, quia nihil in „se diversum ac dissimile habet natus & gene„rans. Et post hæc unam substantiam Patris „& Filii dicendo non errat, at unam substan„tiam negando jam peccat. Potest ergo una „substantia impie dici, & pie taceri: habes na„tivitatem, habes similitudinem. Quid ver„bi calumniam suspiciose tenemus, rei in„telligentia non dissentientes. Credamus & „dicamus unam esse substantiam, sed per na„turæ proprietatem, non ad significationem „impiæ unionis, una sit ex similitudine, non „ex solitudine.

45. „Sed

45. „Sed forte parum proprietatis in se ha- *Filius est*
„bere similitudo videatur. Verum quomodo *similis &*
„possum alterum ad alterum nisi per similitudi- *aequalis*
„nem coæquare? aut numquid non id est si- *Patri.*
„mile quod æquale? Prædicantes itaque simi-
„lem Filium in omnibus Patri, nihil aliud
„quam æqualem prædicamus: perfectæ æqua-
„litatis habet significantiam similitudo. Simi-
„lis est Patri Filius, Filius Patris est, ex eo
„natus est: per hoc solum pie potest quod
„unum sint prædicari. Nec me fallit, quosdam
„esse, qui similitudinem confitentes negant
„æqualitatem: sed loquantur ut volunt, &
„blasphemiæ suæ virus ingerant ignorantibus:
„si inter similitudinem & æqualitatem differ-
„re dicunt, quæro, unde comparet æqua-
„litas? nam si secundum essentiam & virtu-
„tem, & gloriam, & tempus Patri Filius simi-
„lis est, interrogo, ex quo non videatur æqua-
„litas? Ita similitudo proprietas est, proprie-
„tas æqualitas est, & æqualitas nihil differt:
„quæ autem nihil differunt, unum sunt, non
„unione Personæ, sed æqualitate naturæ. Ca-
„ret ergo similitudo naturæ contumeliæ su-
„spicione, nec potest videri Filius idcirco in
„propritate paternæ naturæ non esse, quia si-
„milis est; cum similitudo naturæ nulla sit ni-
„si ex æqualitate naturæ, æqualitas autem na-
„turæ non potest esse, nisi una sit, una vero
„non unitate personæ sed generis.

46. „Exposita unius substantiæ quæ græ- *Homou-*
„ce homousion dicitur, & similis substantiæ, *sion ad-*
„quæ homœusion appellatur, fideli ac pia in- *mitten-*
dum.

 „telli-

„telligentia, & vitiis, quæ ex verborum vel „brevitate ſubdola, vel periculoſa nuditate ac- „cidere poſſint demonſtratis, reliquus mihi ſer- „mo ad ſanctos viros orientales Epiſcopos di- „rigendus eſt, ut quia jam de fide noſtra nihil „inter nos ſuſpicionis relictum eſt, ea quæ ad- „huc in ſuſpicionem ex verbis veniunt, pur- „gentur. Antea enim in obſcuro Dominus „Chriſtus Dei eſſe ſecundum naturam Filius „negabatur, at vero nunc publicæ autoritatis „profeſſione hæreſis prorumpens victrix gloria- „tur: homines enim perverſi fefellerunt igno- „rantem Imperatorem, ut credendi formam „Eccleſiis nondum regeneratus imponeret, & „contradicentes Epiſcopos ad exilium coege- „runt: ſed Deo gratias, quod ignorationem „per vos admonitus Imperator agnovit, & er- „rorem non ſuum, ſed aſtantium per fidei ve- „ſtræ ſententias recognovit. Fallunt, quia „ſemper fefellerunt, & ipſa illa præſens nunc „ſubſcriptio non caret falſitate: excuſant enim „ſe icirco homouſion & homœuſion taceri vo- „luiſſe, quia unum atque idem utroque voca- „bulo ſignificari exiſtimarent. Rudes credo „Epiſcopi ignoraverunt homouſii ſignificatio- „nem, quaſi numquam de hoc aut Synodus fuiſ- „ſet aut lites. Sed eſto ignoraverunt homou- „ſii ſignificationem, aut neſciebant homœuſion „id ſignificari, quod ſimilis eſſet eſſentiæ. Jam „ſi hoc neſciebant, cur neſciri volebant gene- „rationem Filii? numquid ſi inenarrabilis eſt, „ideo & ignorabilis eſt? Sed ſi ignoratur, „quomodo natus eſt, numquid ignorari vel hoc „poteſt, quod Filius Dei non ex alia ſubſtan-

„tia,

„tia, sed ex Deo natus non diversam habet „essentiam? si autem in hoc ignoratio impia „est, vereor, ne & homousii ignorationem pro„fessio mentiatur, & ignoscant mihi duo Epi„scopi Valens & Ursacius, quod eos pro æta„te & exercitatione sua ignorasse non credo; „& difficillimum est, ne mentiri existimentur, „qui se in alio negotio non possunt nisi men„dacio purgare.

47. „Porro epistolam quam a vobis de ho„mousii & homœusii explicatione apud Syr„mium Valens & Ursacius & Germinius po„poscerunt, legi: intelligo non minus circum„spectam esse, quam liberam: & ipsa homou„sii & homœusii demonstratio nihil reliquit dif„ficultatis: & quidem de homœusio, quod est „similis essentiæ, commune judicium est: de „homousio vero quod est unius essentiæ, tra„ctantes, primum idcirco respuendum pronun„tiastis, quia per Verbi hujus enunciationem „substantia prior intelligeretur, quam duo in„ter se partiti essent. Sed profanus hic sen„sus est, & communi judicio ab Ecclesia re„spuendus. Secundo quoque id addidistis, „quod Patres nostri, cum Paulus Samosatenus „hæreticus pronuntiatus est, etiam homousion „repudiaverint, quia per hanc unius essentiæ „nuncupationem solitarium atque unicum sibi „esse Patrem & Filium prædicabat: & hoc sa„ne nunc quoque profanissimum Ecclesia re„cognoscit. Tertio etiam hæc causa impro„bandi homousii commemorata a vobis est, „quia in Synodo Nicæna coacti patres nostri

Objectiones co[ntra] vocem [ho]mousii

„propter eos, qui creaturam Filium dice-„bant nomen homousii indidissent, quod non „recipiendum idcirco sit, quia nusquam scri-„ptum reperiretur. Quod a vobis dictum sa-„tis miror. si enim homousion propter novita-„tem verbi repudiandum sit, vereor, ne & „homœusion periclitetur, quia nusquam scri-„ptum reperiatur. Displicet cuiquam in Sy-„nodo Nicæna homousion esse susceptum? ne-„cesse ergo est, ut placeat, quod ab Arianis „est negatum, scilicet ne ex substantia Dei Pa-„tris Deus Filius natus, sed secundum creatu-„ras ex nihilo conditus prædicaretur. Si propter „negantium impietatem pia tunc fiat intelligen-„tia confitentium, quæro, cur hodie convella-„tur, quod tunc pie susceptum est, quia impie „negabatur. Videamus igitur, quid Nicæna „Synodus statuerit, homousion, id est, unius „substantiæ confitendo. En religiosam con-„scriptam Nicænam fidem.

Symbolum Nicænum. 48. „Credimus in unum Deum Patrem „omnipotentem, omnium visibilium & invisi-„bilium factorem. Et in unum Dominum no-„strum Jesum Christum Filium Dei, natum ex „Patre Unigenitum, hoc est, de substantia Pa-„tris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum „verum de Deo vero, natum non factum unius „substantiæ cum Patre quod Græci dicunt „ὁμόυσιον per quem omnia facta sunt, quæ in „cœlo & in terra: qui propter nostram salutem „descendit de cœlis, & incarnatus est, & ho-„mo factus est, & passus est, & resurrexit ter-„tia die, & ascendit in cœlos, venturus judi-

„care

„care vivos & mortuos. Et in Spiritum san„ctum. Eos autem, qui dicunt, erat, quando „non erat, & antequam nasceretur, non erat, „& quod de non extantibus factus est, vel ex „alia substantia aut essentia dicentes esse con„vertibilem & demutabilem Deum, hos ana„thematizat Catholica Ecclesia.

49. „Quid aliud hic testatur homousion, „quam ut una atque indissimilis duum sit se„cundum naturæ propaginem essentia, quia „essentia Filii non est aliunde, unde unius re„cte esse ambo creduntur essentiæ, quia sub„stantiam nativitatis Filius non habet, nisi de „paternæ autoritate naturæ? Sed forte e con„trario dicetur, idcirco improbari oportere, „quia vitiose intelligi soleat. Hoc si timea„mus, deleamus in Apostolo, quod dictum „est: *mediator Dei & hominum homo Jesus Chri„stus* 1. *Tim.* 2. quia ad authoritatem hæresis „suæ Photinus hoc utitur. Pereant quoque „omnia divina & sancta Evangelia salutis hu„manæ, ne se invicem contraria dictorum opi„nione compugnent. Male sanctis rebus præ„judicatur, si quia non sancta a quibusdam „habentur esse non debeant. Male homousion „Samosatenus confessus est, sed numquid me„lius Ariani negaverunt: octoginta Episcopi „olim respuerunt, sed trecenti decem & octo „nuper receperunt: illi contra hæreticum im„probaverunt, numquid & isti non adversus „hæreticum probaverunt. Sed fortasse dice„tur mihi, aliqui hodie ex his, qui Synodo „interfuerunt, tacendum de homousio decre-

Homousion merito illi insertum.

 „verunt.

„verunt. Sed numquid & ipsi tacendum es-
„se de homœusio constituunt. Verum oro vos.
„ne quisquam alius ex his præter senem Osium
„reperiatur, qui tacendum esse existimet de
„utroque. Subscribamus Nicænæ Synodo, ne
„homousion improbent Ariani. Sed homou-
„sion potest male intelligi: constituatur quali-
„ter bene potest intelligi. Ariani non estis: cur
„negando homousion censemini Ariani? Sed
„dices: movit me cum scandalo homousii am-
„biguitas: sine scandalo audi, & me movit ho-
„mœusii nuditas. Oro vos fratres, adimite
„suspicionem, secludite occasionem, ut pro-
„bari possit ὁμοιούσιον non improbemus ὁμοούσιον.
„Cogitemus tot Sacerdotes sanctos, & jam
„quiescentes. Quid de nobis Dominus judica-
„bit, si nunc anathematizantur a nobis? Im-
„pium est, quod audetis, non patiar hanc vo-
„cem ut in anathemate sit ὁμοούσιον secundum
„religiosam intelligentiam confitens. Nomen ni-
„hil habet criminis, quod sensum non pertur-
„bat religionis: homœusion nescio nec intel-
„ligo, nisi tantum similis essentiæ confessio-
„nem. Testor Dominum cœli atque terræ,
„me cum neutrum audissem, semper tamen
„utrumque sensisse, quod per homœusion ho-
„mousion oporteret intelligi, id est, nihil si-
„mile sibi secundum naturam esse posse, nisi
„quod esset ex eadem natura. Regeneratus
„pridem, & in episcopatu aliquantisper ma-
„nens fidem Nicænam numquam nisi exulatu-
„rus audivi, sed mihi homousii & homœusii
„intelligentiam Evangelia & Apostoli intima-
„verunt. Ne damnemus Patres, ne anime-
„mus

„mus hæreticos, ne dum hæresin expellimus, „hæresin nutriamus. Interpretati Patres no„stri sunt post Synodum Nicænam homousii „proprietatem; siquid ad interpretationem ad„dendum est, communiter consulamus, po„test inter nos optimus fidei status condi, ut „nec ea, quæ bene sunt constituta vexentur, „& quæ male sunt intellecta, resecentur. „Mementote exilii mei in orationibus sanctis, „a quo me post expositionem hujus fidei nescio „an tam jucundum est ad vos in domum „Christi reverti, quam securum est mori.

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI

LIBER I.

AD CONSTANTIUM AUGUSTUM.

1. Liber hic seu epistola a S. Hilario scripta esse videtur, cum adhuc in exilio degeret, & necdum in Gallias rediisset. Rogat autem Imperatorem Constantium, ut exules Episcopos ad sedes suas remeare juberet, & edicto caveret, ne Judices Provinciarum vi compellerent invitos, ut se illis subjicerent, qui adulterinæ doctrinæ semina spargere non cessabant. Ait ergo: „Benefi„ca natura tua Domine beatissime Auguste „cum benigna voluntate concordat, unde „quod rogamus facile nos impetrare posse „confidimus. Non solum verbis, sed etiam *Judices sæculares non cognoscant causas Clericorum.*

„lachrimis deprecamur, ne diutius Catholicæ „Ecclesiæ gravissimis injuriis afficiantur, & „intolerabiles sustineant persecutiones & quod „est nefarium a fratribus nostris. Provideat „& decernat clementia tua, ut omnes se ubi„que iudices provinciarum a religiosa se obser„vantia abstineant, neque posthac præsumant „atque usurpent, & putent se causas posse co„gnoscere Clericorum. Intelligit admirabilis „sapientia tua non decere cogi invitos, ut se „his subjiciant & addicant, qui non cessant „adulterinæ doctrinæ corrupta semina sparge„re non alia ratione turbata coerceri possunt, „nisi unusquisque nulla servitutis necessitate „astrictus integrum habeat vivendi arbitrium. „Certe voces exclamantium a tua mansuetu„dine exaudiri decet: Catholicus sum, nolo „esse hæreticus: Christianus sum, non Arianus.

Episcopis & plebi exercitium Catholicæ Religionis non prohibeatur.

2. „Si igitur hæc permovent ingenitam „tuam bonitatem, præcipe, ut non studium, „non gratiam, non favorem locorum rectores „hæreticis præstent. Permittat lenitas tua po„pulis, ut quos voluerint audiant docentes „(*scilicet Catholica dogmata, nam pro Catholicis* „*hic S. Hilarius supplicat*) & divina mysterio„rum solennia concelebrent, & pro incolumi„tate tua offerant preces, nulla suspicio erit „non modo seditionis, sed nec asperæ murmu„rationis. At nunc qui Ariana contagione in„quinati sunt, non cessant Evangeliorum sin„ceritatem corrumpere, & simplices sub præ„textu nominis christiani irretitos involvunt. „Unde obsecramus pietatem tuam, ut egre-

„gios

„gios Sacerdos, qui in desertis locis tenentur, „jubeas ad sedes suas remeare.

3. „Novella nunc lues Ariana effusa est: „ita illi, quia ante crediderunt, inanem spem „immortalitatis habuerunt. Nuper didicimus „commenta hæc fuisse inventa, & a duobus „Eusebiis, & a Narcisso & Theodoro, & a Ste- „phano & Accacio & Menophonto, & improbis „duobus adolescentibus Ursacio & Valente. „Jam nemini dubium est, cujuscemodi curam in „absolutionem Athanasii sancti illi viri suscepe- „rint, ut etiam Regem orare oportuerit, vin- „cula, carceres &c. inhiberi. Venio enim ad „id, quod recens gestum est, in quo se etiam „professio sceleris in secreto artis suæ dedigna- „ta est continere. Eusebius Vercellensis Epi- „scopus vir est omni vita Deo serviens. Hic „post Arelatensem Synodum, cum Paulinus „tantis istorum sceleribus contraisset, venire „Mediolanum præcipitur collecta jam illic ma- „lignantium Synagoga, decem diebus ad Ec- „clesiam est vetitus accedere, dum adversus „tam sanctum virum malitia se perversa con- „summit. Soporatis deinde consiliis omnibus „advocatur: adest una cum Romanis Clericis „& Lucifero Sardiniæ Episcopo. Conventus „ut in Athanasium subscriberet, ait: de sacer- „dotali fide prius oportere constare; comper- „tos sibi quosdam ex his, qui adessent, hæ- „retica labe pollutos. Expositam fidem apud „Nicæam posuit in medio, spondens omnia se, „quæ postularent, esse facturum, si pro fidei „professione scripsissent. Dionysius Mediola-

Persecutio S. Athanasii & S. Eusebii Verc.

„nensis

„nensis Episcopus chartam primus accepit: ubi „vero profiteri scribendo cæpit, Valens cala„mum & chartam e manibus ejus violenter ex„torsit, clamans non posse fieri, ut aliquid in„de gereretur. Res post clamorem multum „deducta in conscientiam plebis est, gravis „dolor ortus est, impugnata est a Sacerdoti„bus fides. Verentes igitur illi populi judi„cium e Dominico ad palatium transeunt. Cu„jusmodi sententiam in Eusebium longe ante„quam in ecclesiam ingrederetur, scripserint „de se loquitur ipsa sententia.

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI

LIBER II.

AD CONSTANTIUM AUGUSTUM QUEM CONSTANTIO IPSE TRADIDIT.

S. Hilarius injuste in exilium pulsus.

1. Libellum hunc S. Hilarius ipsi Constantio Imperatori tradidit, cujus audientiam postulat, ut cum adversariis præsente Synodo dissereret; sed non fuit auditus, imo quod diceretur inter Orientales schismata facere, in Gallias remissus est. Ait ergo: „Non sum „nescius piissime Imperator, ea quæ de non„nullis negotiis ad conscientiæ publicæ audien„tiam proferuntur vel gravia pro dignitate eo„rum qui eloquuntur existimari solere vel le-

„via.

„via. Sed mihi apud te de divina re pia di-
„cturo nullus vulgatæ consuetudinis metus est.
„nec ut in eum, quem apud te habeo de re-
„ligione sermonem indignitas tecum loquentis
„offendat. Episcopus ego sum in omnium Ec-
„clesiarum Gallicarum & Episcoporum com-
„munione licet in exilio permanens, & Eccle-
„siæ adhuc per presbyteros meos communio-
„nem distribuens. Exulo autem non crimine,
„sed factione & falsis nunciis Synodi (*Bitte-*
„*rensis*) apud te Imperatorem pium, non ob
„aliquam criminum meorum conscientiam de-
„latus. Falsa sunt eorum omnia, qui exilium
„meum procuraverunt. Circumventum te Au-
„gustum illusumque Cæsarem tuum patefa-
„ciam, & si indignum aliquid non modo Episco-
„pi sanctitate, sed etiam laici integritate gef-
„sisse docear, non jam sacerdotium per veniam
„expectem, sed intra pœnitentiam laici con-
„senescam.

2. „Dabis igitur dignantissime Imperator „id in præsens instructionis ad causam, ut „præsentem eum, cujus ministerio exulo, us- „que ad confessionem falsorum, quæ gessit, „adducam. Recognosce fidem, quam olim „optime ac religiosissime Imperator ab Episco- „pis optas audire, & non audis: dum enim „nova potius cæpit condere, quam accepta re- „tinere, nec veterata defendit, nec innovata „firmavit, facta est fides temporum potius, „quam Evangeliorum, dum & secundum an- „nos scribitur, & secundum confessionem Bap- „tismi non tenetur. Periculoum nobis ad- „modum

Fides nova nulla est.

„nem hæreticorum esse, qui se nunc non
„cundum Scripturas prædicare, quæ blaspl
„mat, mentiatur. Omnes Scripturas sine s
„su loquuntur, fidem sine fide prætendu
„Scripturæ enim non in legendo sunt, sed
„intelligendo; neque in prævaricatione su
„sed in charitate. Audi rogo, quæ de Ch
„sto sunt scripta, ne sub eis, quæ non s
„scripta prædicentur. Audi quod proficit
„fidem, ad unitatem, ad æternitatem. I
„cuturus sum tecum cum honore regni
„fidei tuæ omnia ad orientis & occiden
„pacem profutura. Non aliqua ad scan
„lum, neque quæ extra Evangelium su
„defendam: sed intelliges a me in Sac
„mento solius Dei veri, & quem misit
„sum Christum prædicari unum Deum I
„trem, ex quo omnia, & unum D. N.
„sum Christum, per quem omnia, nat
„ex Deo, qui est ante tempora æterna,
„erat in principio apud Deum Deus V
„bum. Hæc ego in Spiritu sancto ita credi
„ut ultra hanc de Domino Jesu Christo
„dem non possim doceri. non per hæc
„mens patrum fidei religionem, sed secu
„dum regenerationis meæ symbolum, & d
„ctrinæ Evangelicæ scientiam ab ea ju
„ista non dissonans.



SAI

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI

LIBER III.

CONTRA CONSTANTIUM AUGUSTUM JAM VITA DEFUNCTUM.

1. Liber hic contra Constantium Imperatorem a S. Hilario post suum ab exilio reditum acri stylo ex vehementi fidei ardore conscriptus est, in quo Doctores Ecclesiæ ad intrepidam fidei confessionem animantur; ratio redditur, cur Constantium Antichristum vocet; ostenditur vocem homousion etsi non scriptam in sacra Scriptura recipiendam, Constantio sua in fide inconstantia objicitur, & æterna Filii nativitas ex Patre probatur. An vero hic liber modo post obitum Constantii exaratus fuerit, ex illo non apparet. Sic ergo orditur: „Tempus est loquendi, quia jam præ„teriit tempus tacendi. Christus expectetur, „quia obtinuit antichristus. Clament pastores, „quia mercenarii fugerunt: ponamus animas „pro ovibus, quia fures introierunt. Ad mar„tyrium per has voces exeamus, quia angelus „Satanæ transfiguravit se in angelum lucis: „intremus per januam, quia nemo vadit ad „Patrem, nisi per Filium: sustineatur tribula„tio, qualis non fuit a constitutione mundi, „sed intelligantur breviandi dies propter ele-

Doctores ad intrepidam fidei confessionem animantur.

„ctos Dei. Impleta prophetia est dic
„*Erit tempus, quando sanam doctrinam non j*
„*nebunt &c.* 2. *Tim.* 4. sed expectetur pro
„sio protestantis: *beati estis, cum maled*
„*vos &c. Matth.* 5. Stemus ante judices
„Christi nomine, quia beatus est, qui p
„veraverit usque ad finem: non timea
„eum qui potest corpus occidere, anin
„autem non potest, sed timeamus eum,
„potest animam & corpus occidere in gel
„na: per Spiritum sanctum sequamur ve
„tem, ne per spiritus erroris credamus n
„dacio. Ego gravissimum fidei periculum
„ge antea prævidens post sanctorum viro
„exilia Paulini, Eusebii, Luciferi, Dio
„quinto abhinc anno a Saturnini & Ursaci
„Valentis communione me cum Gallic
„Episcopis separavi, indulta eis resipiscend
„cultate: atque exinde toto tempore in e
„detentus neque decedendum mihi esse
„Christi confessione decrevi. Atque utin
„omnipotens Deus ætati meæ & tempori p
„stitisses ut hoc confessionis meæ in te a
„in Unigenitum tuum ministerium Neroni
„Decianisve temporibus explessem, adve
„absolutos hostes felix mihi certamen fuil
„quia nec dubium relinqueretur, quin pe
„cutores essent, quia ad negandum te pœ
„ferro, igni compellerent, neque ad testific
„dum plus tibi nos, quam mortes nostras
„ceret impendere. At nunc pugnamus c
„tra persecutorem fallentem, contra hos
„blandientem, contra Constantium Antic
„stum, qui non dorsa cædit, sed ventrem

„I

„pat: non proscribit ad vitam, sed ditat in „mortem, non caput gladio desecat, sed ani„mam auro occidit: Christum confitetur, ut „neget: unitatem procurat, ne pax sit; hære„ses comprimit, ne Christiani sint: Sacerdo„tes honorat, ne Episcopi sint: ecclesiæ tecta „struit, ut fidem destruat: Te in verbis, Te „in ore circumfert, & omnia omnino agit, ne „tu ut Deus, ita Pater esse credaris. Si fal„sa dicimus, infamis sit sermo maledicus, si „vero universa hæc manifesta esse ostendimus, „non sumus extra Apostolicam libertatem & „modestiam post longum hæc silentium ar„guentes.

2. „Sed temerarium me forte quisquam „putabit, quia dico, Constantium Antichri„stum esse. Quisquis vero petulantiam istud „magis, quam constantiam judicabit, relegat „primum, Joannem dixisse ad Herodem: *non* „*tibi licet facere istud Marc.* 6. sciat a Martyre „esse dictum Regi Antiocho: *Tu quidem ini*„*quus de præsenti nos vita perdes, sed Rex mun*„*di defunctos nos pro suis legibus in æternam vi*„*tam in resurrectione suscitabit.* 2. *Mach.* 7. At „vero fæmina nihil minus beatis viris loquuta „est dicens: *Tu vero qui inventor omnis malitiæ* „*factus es in Hebræos, non effugies manum* „*Dei &c. Ibid.* Non est istud temeritas, sed „fides: neque inconsideratio, sed ratio, ne„que furor, sed fiducia. Proclamo tibi Con„stanti, quod Neroni locuturus fuissem: con„tra Deum pugnas, contra Ecclesiam sævis, „Sanctos persequeris, prædicatores Christi

Constantius merito Antichristus vocatur

„odis, religionem tollis, tyrannus non jam „humanorum sed Divinorum. Christianum te „mentiris, Christi novus hostis es, Antichri„stum prævenis, & arcanorum mysteria ejus „operaris. Condis fidem, contra vivens; do„ctor profanorum es, indoctus piorum; epi„scopatus tuis donas, bonos malis demutas: „Sacerdotes custodiæ mandas, exercitus tuos „ad terrorem Ecclesiæ disponis: Synodos co„gis, & occidentalium fidem ad impietatem „compellis. Plus crudelitati vestræ Nero, „Deci, Maximiane debemus, diabolum enim „per vos vicimus, sanctus ubique beatorum „Martyrum sanguis exceptus est, dum in his „dæmones mugiunt, dum ægritudines depel„luntur. At tu omnium crudelitatum crude„lissime damno majore in nos, & venia mino„re desævis, Christi fidem Christi mendax præ„dicator extinguis. Scelestissime mortalium, „omnia persecutionis mala ita temperas, ut „excludas & in peccato veniam & in confes„sione martyrium. Sed hæc ille pater tuus ar„tifex humanarum mortium docuit, vincere si„ne contumacia, jugulare sine gladio, perse„qui sine infamia, odire sine suspicione, men„tiri sine intelligentia, profiteri sine fide, „blandiri sine bonitate, agere, quod velis, „nec manifestare quæ velis. Clamat Pater: „*hic est Filius meus dilectus &c.* & tu decernis, „non esse Filium, neque esse Patrem, sed ad„optionis nomen inducis. Clamat Filius: *Ego* „*& Pater unum sumus.* Tu Christum objurgas „veritatis, tu Patrem arguis professionis. Ve„stem ovis tuæ lupe rapax cernimus: auro „rei-

„reipublicæ sanctum Dei honoras, & vel de-„tracta templis vel exacta pœnis Deo ingeris: „osculo Sacerdotes excipis, ut fidem calces, „convivio dignaris, ex quo Judas ad proditio-„nem egressus est: censum capitum remittis, „quem Christus ne scandalo esset exsolvit: ve-„ctigalia Cæsar donas, ut ad negationem Chri-„stianos invites, quæ tua sunt relaxas, ut „quæ Dei sunt, amittantur.

5. „At nunc fructus operum tuorum lupe „rapax audi. Adest mecum Alexandria tot „concussa bellis: mutati præfecti, electi du-„ces, corrupti populi, commotæ legiones, ne „ab Athanasio Christus prædicaretur. Post-„quam omnia contulisti arma in fidem occi-„dentis & orientis, & exercitus tuos conver-„tisti in oves Christi; refugere mihi sub Nero-„ne licuit. Tu Paulinum beatæ passionis vi-„rum blandimentis sollicitatum relegasti, & „Ecclesiam sanctam Trevirorum tali Sacerdo-„te spoliasti. Mediolanensem piissimam ple-„bem turbasti, & tribuni tui viam sibi omni „per populum crudelitate pandentes protraxe-„runt de altario Sacerdotes, vertisti deinde „usque ad Romam bellum tuum, eripuisti il-„linc Episcopum, & nescio, utrum majore im-„pietate relegaveris, quam remiseris. Quot „tu deine in Ecclesiam Tolosanam exercuisti „furores? Clerici fustibus cæsi, diacones „plumbo elisi, & in ipsum Christum manus „missæ. Hæc Constanti si ego mentior, ovis „es, si vero tu peragis antichristus es. Sane „in Christo non mentior, quia discipulus ve-

Consta[illegible] persecu[illegible]

„...tis affisto orientalium in Seleucia Syno-
„dum ubi reperi tantum blasphemorum, quan-
„tum Constantio placebat. Nam post secessio-
„nem meam deprehendi, ut Christum Jesum
„centum & quinque Episcopi ὁμοιούσιον id est
„dissimilis essentiæ profiterentur, & soli Ægyp-
„tii præter Alexandrinum hæreticum ὁμοούσιον
„constantissime obtinerent. Cogente itaque
„Leona comite omnes congregati sunt, qui
„ὁμοιούσιον prædicabant & defendebant, Chri-
„stum creaturam esse asserebant. Cum au-
„tem intellexissent hi, qui dissimilem Deum
„dicunt, humanas aures tantæ impietatis ver-
„ba suscepturas non esse, rursus hi ipsi pala-
„tio potius quam Ecclesiæ Episcopi fidem scri-
„bunt, ὁμοουσία, & ὁμοιουσία dissimilitudinem
„damnant; quod cum contrarium ipsi sensui
„audientium esset, ego quemdam eorum per-
„cunctatus sum, quid istud vellet, tunc mihi
„ait: Christum Deo similem non esse, sed si-
„milem Patri esse. Rursus hoc obscurius mi-
„hi videbatur, de quo cum iterum interroga-
„rem, hæc ita locutus est: Dico eum dissi-
„milem Deo esse, similem Patri posse intelli-
„gi, quia Pater voluisset creaturam istiusmodi
„creare, quæ similia sui vellet, & idcirco si-
„milem Patri esse, quia voluntatis potius esset
„Filius, quam Divinitatis: dissimilem autem
„Deo esse, quia neque Deus esset, neque ex
„Deo, id est, de substantia Dei natus esset.
„Hi autem qui ὁμοιούσιον prædicabant, omnes
„qui sine aliquo impietatis pudore impudentis-
„sime hæc loquebantur, condemnaverunt;
„condemnati ad regem suum advolaverunt, ex-
„cepti-

„ceptique honorifice impietates suas ambitio-„se confirmaverunt, similem Deo esse, vel ex „Deo natum vel naturalem esse Filium dene-„gantes. Pauci plurium damnati sunt. Con-„stantius res blasphemiæ suæ metu extorsit ex-„ilii, vicisse se orientales gloriatus, quia de-„cem legatos voluntati suæ subdidisset, com-„minatus & populo per præfectum, & Episco-„pis intra palatium: per maximas orientis ci-„vitates hæreticos Episcopos subrogatos com-„munione hæretica munivit. Nihil prorsus „egit aliud, quam ut orbem terrarum, pro „quo Christus passus est, diabolo condonaret.

5. „Utitur autem hac ratione: nolo verba, „quæ non scripta sunt dici. Sed dic prius, si „recte dici putas: nolo adversum nova vene-„na novas medicamentorum comparationes; si „enim Ariani hæretici idcirco ὁμοιούσιον hodie „evitant, quia prius negaverunt, nonne tu ho-„die idcirco refugis, ut hi nunc quoque dene-„gent? novitates vocum, sed profanas devi-„tari jubet Apostolus 1. *Tim.* 3. Tu cur pias „excludis? Innascibilem scriptum nusquam le-„gis, numquid & hoc negandum erit, quia „novum est? In uno novitas eligitur, in alio „submovetur: ubi impietatis occasio patet, „novitas admittitur, ubi autem religionis sola „cautela est, excluditur. Similem, quod scri-„ptum non est, Patri Filium decernis prædi-„cari, ut æqualem Christum Deum, quod est „scriptum, taceas. Vetas non scripta dici, „& ipse tamen non scriptis uteris, neque quæ „sunt scripta loqueris. Similem vis Patri Fi-

ὁμοούσιον etsi non scriptum recipiendum.

 „lium

„lium prædicari, ne ab Apostolo audias: *non* „*rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Phi-* „*lip.* 2. At vereris ne æqualem dicens inna- „scibilem significes: sed verum intellige, quod „hinc æqualis esse Deo intellectus est, quia si- „bi proprium Deum professus est esse, & pro- „testari Patrem sibi proprium Deum esse, na- „tivitatis demonstratio est. Mihi quidem si- „militudo, ne unioni detur occasio, sancta est, „sed tibi a me non concedenda est, quia æqua- „lem eumdem & similem postea fatebor pie, „similem autem Patri, similem quoque & Deo „prædicabo: similem vero ita, ut similitudini „hoc dictum semper anteferam: Ego & Pater „unum sumus. Tu autem his omnibus con- „tradicis, quia similitudinem excusatione de- „fendis: negas Filium per nativitatem, negas „Deum per naturam, negas similem per æqua- „litatem, negas verum per unitatem; & nunc „quæro, quid ei relinquas similitudinis, cui „nihil ad quod Filius est, proprietatis imper- „tias: hoc nunc a te Constanti requiro, in „qua tandem fide credas.

stantii fide inconstantia. 5. „Ego enim nunc fidem tuam ignoro per „demutationis tuæ tempora: namque post pri- „mam illam veræ fidei Synodicen congregato „rursum Antiochiæ concilio fidem tibi reno- „vas; & quidem in Nicæorum fide tibi displi- „cet, quod Patres generatum ex Patre Filium „dixerunt, Deum de Deo, totum de toto, „unum de uno, inconvertibilis divinitatis es- „sentiæque, virtutis & gloriæ incommutabi- „lem imaginem. Post Synodum Sardicensem „omnem

niem rurſum adverſum Photinum Syrmium
tholicæ doctrinæ tuæ commoves curam.
ed tibi ſtatim hoc, quod utraque fide con-
nebatur, exhorret. Taceo, cur noſtra
pud Nicæam a patribus geſta reſcindis, non
iim cum his tibi convenit: hoc tantum que-
r, cur tua damnas? Fidem enim unam, &
num baptisma Apoſtolus prædicat, jam quid-
uid apud te præter fidem unam eſt, perfi-
a, non fides eſt: nam qui fidem emendan-
o condemnas, damnationem fidei eſſe con-
itnis, dum apud te aboletur per alteram,
uæ per alteram rurſus abolenda eſt. Dam-
are homouſion decernis, antiquitatis fidem
pietatis ſecuritatem anathematizari homoe-
ſion ab his ipſis, a quibus uſurpatum eſt,
onſtituiſti, quod tametſi nobis ad fidem n-
oſum eſt, tamen reſcindentibus fidei ſuæ
amnatio eſt. Damnas quoque & ſubſtan-
æ nomen, quo te & Sardicenſi Synodo
Syrmienſi pium eſſe occidentalibus men-
ebaris, quod tamen prophetica authorita-
ſuſcepta fidei intelligentiam continebat.
mne itaque quod probatum antea eſt, dam-
are jubes, quod improbatum ſemper eſt,
ınctificari compellis. O tu ſceleſte quod lu-
ibrium de Eccleſia facis: ſoli canes ad vo-
itum ſuum redeunt; tu Sacerdotes Chriſti
eſorbere ea, quæ expuerant, coegiſti. Chri-
ianum te loqueris, ſed quam non ſis, ipſe
eſtaris. Mandas tibi ſubſcriptiones Afrorum,
uibus blaſphemias Urſacii & Valentis con-
emnaverant, reddi, renitentibus commina-
s, & poſtremum ad diripiendos mittis. Quid


 „exiſti-

„exiſtimas, Chriſtum nonniſi per literas judi„care? Sequentur quidem te in cineres chartu„læ, ſed criminoſorum apud Deum vivent „damnationes. O quantis ad impietatem pro„ficis incrementis, nam cæteri quidem mor„tales ſemper cum vivis bella geſſerunt, tu „receptos in æternam quietem Patres laceſſis, „& in decreta eorum perverſus irrumpis. Ana„thema tibi trecenti decem & octo convenien„tes apud Nicæam Epiſcopi ſunt: ipſe quoque „pridem jam mortuus anathema tibi pater tuus „eſt, cui Nicæa Synodus curæ fuit, quam tu „falſis opinionibus infamatam perturbas & im„pugnas. Audi hæreticæ damnationis publi„cum ſenſum, & intellige te divinæ religionis „hoſtem, & inimicum memoriis Sanctorum & „paternæ pietatis hæredem rebellem.

Æterna Filii nativitas. 6. „Pater eſt, ex quo omne quod eſt, con„ſiſtit: ipſe in Chriſto & per Chriſtum origo „omnium. Cæterum eſſe ejus in ſeſe eſt, non „aliunde quod eſt ſumens, ſed id quod eſt, „ex ſe atque in ſe obtinens. Infinitus, quia „non eſt in aliquo, ſed intra eum omnia. Sem„per extra locum, quia non continetur in lo„co: ſemper ante ævum, quia tempus ab eo „eſt. Curre ſenſu, ſiquid ei putas ultimum „eſſe, eum ſemper invenies, & cum numerus „calculi in ſermone defecerit, Deo tamen ſem„per eſſe non deficiet. Intelligentiam commo„ve, & totum mente complectere, nihil te„nes, totum hoc habet reliquum, reliquum „autem hoc ſemper in toto eſt. Hæc veritas „eſt Sacramenti Dei, hoc imperſpicabilis natu-

„ræ

nomen in Deo. Deus invisibilis, ineffa- is, infinitus, ad quem eloquendum sermo eat, & ad investigandum sensus hæreat, ad complectendum intelligentia coarcte- t. Volens itaque Filius hujus nativitatis e fidem facere, factorum suorum inenar- bilium posuit exempla, cum aqua fit vi- m, cum quinque panibus saturantur quin- e millia virorum. Uti enim inenarrabi- est Pater, ita enarrari Filius in eo, od unigenitus est, non potest, quia in- niti est imago, qui genitus est. Quæris omodo secundum Spiritum natus sit Fi- us; ego te de corporeis rebus interrogo: ntisne te genitum, & quæ ex te gene- ntur, intelligis? non quæro, sensum un- hauseris, vitam unde sortitus sis, intel- gentiam unde adeptus sis, quale sit, quod te est, odor, sensus, visus, auditus. rte nemo quod facit, nescit. Quæro, ide ista his, quos generas, indulgeas, ialiter sensum inseras, oculos accendas, r affigas. Hæc si potes enarra. Habes go, quod nescis, & tribuis, quæ non in- lligis: æquanimiter imperitus in tuis, in- lenter in Dei rebus ignarus.



S. HI-

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI CONTRA ARIANOS VEL AUXENTIUM MEDIOLANENSEM

LIBER.

Antichristi Ariani.

1. Liber hic seu epistola a S. Hilario scripta est contra Arianos vel Auxentium Mediolanensem Episcopum, quem hæreticum esse convincit, ejusque detestatur errores, & Episcopos Galliarum, ad quos mittitur hortatur, ne illi communicent, qui fidem negavit. Scripta vero fuit post Synodum Ariminensem, cujus in illa meminit, & ita orditur: „Speciosum quidem nomen est pacis, sed quis „ambigat, eam solam esse, quæ Christi est. „Hanc nos quærere curavimus, sed ipsius fieri nos participes nec temporis nostri peccata „meruerunt, nec imminentis Antichristi prævii ministri sunt passi. Antichristos plures esse etiam Apostolo Joanne prædicante cognovimus, quisquis enim Christum, qualis ab „Apostolis est prædicatus, negavit, Antichristus est. Ac primum quidem misereri licet „ætati nostræ, & stultas opiniones congemiscere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, „& ad tuendam Christi ecclesiam ambitione „sæculari laboratur: oro vos Episcopi, quibusnam suffragiis ad prædicandum Evangelium Apostoli usi sunt? anne aliquam sibi „assumebant e palatio dignitatem, hymnum „Deo

„Deo in carcere inter catenas & poſt flagella „cantantes? edictisne regis Paulus Chriſto ec„cleſiam congregabat? Nerone, aut Veſpa„niano aut Decio ſe patrocinantibus tuebatur? „At nunc proh dolor divinam fidem ſuffragia „terrena commendant, inops virtutis ſuæ „Chriſtus, dum ambitio nomini ſuo concilia„tur, arguitur: terret exiliis & carceribus Ec„cleſia, crediqne ſibi cogit, quæ exiliis & car„ceribus eſt credita: pendet a dignatione com„municantium, quæ perſequentium eſt con„ſecrata terrore, fugat Sacerdotes, quæ fuga„tis eſt Sacerdotibus propagata; diligi ſe glo„riatur a mundo, quæ Chriſti eſſe non potuit, „niſi eam mundus odiſſet. Hæc de compara„tione traditæ nobis eccleſiæ nunc autem de„perditæ res ipſa clamavit.

2. „Quid autem ignorandum non ſit, bre- *Ariani* „viter exponam. Neceſſe eſt, in ipſam nos *refutan-* „ætatem antichriſti incidiſſe, a cujus miniſtris *tur.* „in lucis ſe angelum transformantibus is qui „Chriſtus eſt, aboletur, nam ſub unius Chri„ſti nomine eſt prædicatio plurimorum: hinc „Arii ſpiritus, cujus hæreditas nominis ad Va„lentem, Urſacium, Auxentium, Germinium „& Cajum defluxit. Nam ipſi nunc Chriſtum „novum, per quem Antichriſtus ſubreperet, „intulerunt: volunt enim hunc ſuum Chriſtum „non ejus divinitatis eſſe, cujus & Pater eſt, „ſed eſſe eum præſtantem cæteris creaturis „creaturam, eumque per voluntatem Dei ex „nihilo ſubſtitiſſe, & eum ante omnia quidem „ſæcula natum ex Deo Deum eſſe, ſed non

„ex

„ex substantia Dei esse, neque divinae in „eo nativitatis intelligendam veritatem, ne „quam verus sit Deus Pater, tam verus sit Deus „Filius, ut quod unum esse Filius & Pater prae„dicantur in voluntatis tantum sit & charitatis „societate. Tribuunt ergo Christo Dei nomen, „quia hoc hominibus est tributum: fatentur „vere Dei Filium, quia Sacramento baptismi „vere Dei Filius unusquisque perficitur. An„te tempora & saecula confitentur, quod de „angelis & diabolo non est negandum. Et „hujus quidem adhuc impietatis occasio per „fraudem perficitur, ut jam sub antichristi sa„cerdotibus Christi populus non occidat, dum „hoc illi putant fidei esse, quod vocis est: au„diunt enim Deum Christum, putant esse, „quod dicitur: audiunt Filium Dei, putant in „Dei nativitate inesse Dei veritatem: audiunt „ante tempora, putant semper esse. Sanctio„res aures plebis, quam corda sunt sacerdo„tum: si Deum verum Ariani praedicant, „Christum Deum sine fraude confessi sunt, „quodsi Deum dicunt, & negant verum, tri„buunt nomen, adimunt veritatem.

Auxentii haeretici fallax fides.

3. „Jam quid proxime acciderit, non ta„cendum est. Cum edicto gravi sanctus rex „perturbari Ecclesiam Mediolanensium, quae „Deum verum Christum, & unius cum Patre „divinitatis & substantiae confitetur, sub uni„tatis specie & voluntate jussisset, etiam im„portuna interpellatione suggessi, Auxentium „blasphemum esse, & omnino hostem Christi „habendum, & eum aliter credere, quam rex „ipse

„ipſe aut alii omnes haberent. Quibus rebus „permotus audiri nos a quæſtore præcepit con-„ſidentibus una nobiscum Epiſcopis fere decem, „primumque de perſona calumniatus eſt, dam-„natum quondam me a Saturnino audiri ut „Epiſcopum non oportere. Sed qui tunc audie-„bant, de fide potius agitandum decernunt: „cumque jam in arcto eſſet negandi periculo, „credere ſe Auxentius Chriſtum Deum verum, „& unius cum Deo Patre divinitatis & ſubſtan-„tiæ eſt profeſſus. Placuit igitur hoc ſcribi, & „continuo libellum regi per quæſtorem offero. „Auxentius vero fidem regis callidiſſime elu-„ſit: dat enim ſcripturam ſtylo antichriſti com-„poſitam, in qua primum ea quæ Nicææ Thra-„ciæ omnium impietas ex ſe ſolviſſet, ſancta „eſſe teſtatur; negat quoque ſe ſcire Arium, „cum tamen in Alexandria in Ariana eccleſia, „cui Gregorius præerat, presbyter eſſe cæpiſ-„ſet. Ulterius ponitur talis ab eo ut a calli-„diſſimo diabolo ſententia, quæ ſignificaret „Chriſtum ante tempora natum Deum verum „Filium, ita ut veritas ad Filium, non ad „Deum referretur, ita ut in ſolo Patre non „etiam in Filio eſſet ſola una divinitas. Spar-„gitur vero per populos Auxentium verum „Deum Chriſtum ſcripſiſſe, neque ab expoſitæ „a me fidei ſententia diſſidere. Sed cum hoc „myſterium impietatis diu occultatum jam non „taceretur, diceremque fingi omnia, fidem „negari, jubeor de Mediolano proficiſci. Au-„xentius igitur, quod negare timuit, noluit „confiteri. Luſit quidem ille verbis, quibus „poſſit fallere electos, ſed patet impietatis

„tantæ

„tantæ professio. Negat se duos deos prædi-
„care, quia non duo patres sunt. Unde & il-
„le satanæ stylus extitit: novi unum solum
„verum Deum Patrem. Et post malevolas
„significationes, similem inquit secundum
„Scripturas Filium genitori suo Patri: cum
„autem secundum veritatem divinitatis Pater
„& Filius unum sint, quid similitudinis im-
„perfecta opinio antefertur? Absistite itaque
„ab Auxentio, satanæ angelo, hoste Christi,
„vastatore perdito, fidei negatore, quam sic
„est regi professus, ut falleret, sic fefellit,
„ut blasphemaret. Congreget nunc ille quas
„volet in me Synodos, & hæreticum me ut
„sæpe jam fecit publico titulo proscribat, &
„quantum in me volet iram potentium molia-
„tur: mihi certe ille numquam aliud, quam
„diabolus erit, quia Arianus est: neque pax
„aliquorum umquam optabitur, nisi eorum,
„qui secundum Patrum nostrorum apud Ni-
„cæam tractatum anathematizatis Arianis Chri-
„stum verum Deum prædicabunt.

Nota. Huic libello S. Hilarii contra Auxentium subjicitur ejusdem Auxentii epistola ad Valentinianum & Valentem Imperatores, apud quos se purgare, fidemque fallacibus verbis profiteri, & Hilarium accusatoris personam non posse habere, quod semel esset depositus & damnatus, probare nititur.



S. HI-

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI

EX OPERE HISTORICO FRAGMENTA.

1. Fragmenta sequentia ex opere Historico deperdito S. Hilarii ex Bibliotheca Petri Pithoei J. C. desumpta, & Nicolao Fabro ab eo concredita sunt, ut illa post suam mortem Thuano extraderet. Varia in his fragmentis reperiuntur, quae saeculi quarti historiam illustrant. Quis sit author hujus collectionis, & quo tempore vixerit, non liquet. Loci quos retulit sunt equidem S. Hilarii, & pleraque scripta, quae collegit, antiqua sunt, sed nullus in tota collectione ordo servatus est. *Fragmenta S. Hilarii.*

FRAGMENTUM I.

2. Incipit a fragmento praefationis Hilarii, in quo postquam praedicavit excellentiam Fidei, spei, & charitatis ait: „Proferre in conscientiam publicam opus tento grave, & diabolica fraude perplexum, haereticorum parte subtile, dissimulatione multorum ac metu praejudicatum, locorum, in quibus gesta res est desperatione peregrinum, tempore antiquum, silentio novum, pridem simulata rerum pace praeteritum, proxime impia fallacissimorum hominum calliditate renovatum, hocque quo etiam in Romani imperii nego- *Constantii persecutio.*

„tiis quies carpitur, rex angitur, palatium
„vet, Episcopi circumcursant, officiales
„gistri volitant, adversus apostolicos viros
„ficiorum omnium festinatione turbatur. E
„vero versari in sermone hominum jam diu
„mini, quosdam Sacerdotum Dei idcirco ex
„re, quod in Athanasium sententiam non
„runt. Prætermitto autem licet potissima
„gi sit referenda reverentia, quia a Deo
„gnum est, non tamen æquanimiter judic
„ejus episcopalibus arbitriis admitti, quia
„saris cæsari, Deo autem reddenda quæ
„sunt. Incipiam autem ab his quæ prox
„gesta sunt, id est, eo tempore, quo prin
„in Arelatensi oppido frater & commin
„meus Paulinus Ecclesiæ Trevirorum Epi
„pus eorum se perditioni non miscuit, & c
„lis fuit illi sententia, exponam, a qua r
„rens voluntatem indignus Ecclesia ab Epi
„pis, dignus exilio a Rege est judicatus. A
„etiam in his, quæ cognitio Dei expecta
„sit, quæ spes æternitatis, in quo perfecta
„ritas statu hæreat. Et cum tam gravis
„negotium tractetur, oportet & unumqu
„que his modo curam cognoscendis rebus
„pendere, ut judicio deinceps proprio co
„stens opinionem non sequatur alienam.

FRAGMENTUM II.

Epistola Synodi Sardic.

3. Est exemplum Epistolæ Synodi Sardice ad universas Ecclesias, in qua innoc tia S. Athanasii clare demonstratur, cu extractum in apologia contra Arianos S. At nasii *Anal. tom.* 9. *p.* 215. dedimus.

FRA

FRAGMENTUM III.

4. Est exemplum Epiſtolæ factæ ad Julium urbis Romæ Epiſcopum, Julio a Synodo Sardicenſi pro innocentia S. Athanaſii directa cum ſubſcriptionibus nonnullorum Epiſcoporum, & nominibus hæreticorum damnatorum. Porro collector horum fragmentorum his epiſtolis adjecit ſequens *Epiſtola ad Julium Papam.*

FRAGMENTUM IV.

5. Deſumptum ex S. Hilario pro S. Athanaſio. „Res ſermonis alterius interpretatione non indiget; reſpondete, Athanaſium „quo judicio judicaſtis? dicetis, Epiſcoporum, „ſed ignoraſſe vos negabitis, Athanaſio, cujus „damnationem a vobis Valens, Urſacius, Saturninus exigunt, ab Oſio, Maximino, Julio redditam communionem. Rogo, quæ de crimine „Athanaſii veſtra ſententia fuit. Presbyter ejus „Macarius irruiſſe in Eccleſiam Mareotidem di„citur, Syrum presbyterum perturbaſſe, & ſa„lutis noſtræ Sacramenta projeciſſe: ad hujus „rei teſtes catechumenum & gentilem interro„gatos. Verum poſtea a Sanctis neſcitis judica„tum, Mareotem Eccleſiam nullam eſſe, Syrum „verum presbyterum non fuiſſe. In non ex„tantibus judicandi epiſcopalem apud vos au„ctoritatem improbitas obtinuit, in veritate „obtinenda ſanctitas fidem perdidit. Satisfe„cimus igitur fini propoſitionis, qua ſpopondi„mus Athanaſium reum teneri nullius eorum, „quæ objectatis criminum poſſe: ſupereſt, ut *S. Athanaſius in communionem recipitur.*

„quid de Marcello & Photino geſtum ſit, pau-
„ciſſimis dicam. Photinus Sirmienſis Epiſco-
„pus fuit a Marcello imbutus, nam & diaco-
„nus aliquamdiu ſub ipſo fuit. Hic corruptis
„innocentiæ moribus turbare Evangelicam ve-
„ritatem perſiſtebat novis prædicationibus. Igi-
„tur ad tollendum ex epiſcopatu Photinum,
„qui ante biennium jam in Mediolanenſi Sy-
„nodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis
„provinciis congregantur Sacerdotes, hoc ma-
„gis ſolliciti, turbari rurſum omnia, quod jam
„pridem plures Epiſcopos reos vel falſorum in
„Athanaſio judiciorum, vel communionis hæ-
„reſis Arianæ ab Eccleſia neceſſe fuerat reſe-
„care. Quam oportunitatem nacti Urſacius &
„Valens Romanæ plebis Epiſcopum adeunt,
„recipi ſe in Eccleſiam deprecantur: Julius ex
„conſilio veniam, quam orabant, impertit,
„ut cum lucro Catholicæ Eccleſiæ vires quo-
„que detraheret Arianis, cum eos, qui uni-
„tatem ante turbaverant, audaciæ hujus pœ-
„nitentes in communionem Catholicam admit-
„teret: & quia non eſt niſi de veritate confeſ-
„ſio, niſi de vitio pœnitentia, niſi de admiſſo
„venia, Valens & Urſacius admittendi in com-
„munionem de Athanaſii innocentia, de judi-
„cii falſitate, de Arianæ hæreſis piaculo tali-
„bus litteris profitentur.

Valentis & Urſacii palinodia. 6. Sequitur poſt hæc exemplum Epiſtolæ, qua poſt renuntiationem Orientalium Athanaſium reum non eſſe in urbe Roma holographa manu Valens perſcripſit, & Urſacius ſubſcripſit. Item exemplum alterius epiſtolæ Valentis & Urſa-

Ursacii, quam post aliquantum temporis ab Aquileja, posteaquam superiorem Romae emiserant ad Athanasium, miserunt & Episcopos.

7. „His ergo litteris datis venia indulgetur „orantibus & reditus ad Catholicam fidem cum „communione donatur, maxime cum Sardi„censis Synodi veritatem orantium veniam lit„terae continerent. Verum inter haec Sirmium „convenitur, Photinus haereticus olim pro„nuntiatus, & a communione unitatis jam „pridem abscissus ne tunc quidem per factio„nem populi potuit amoveri. Sed idem Atha„nasius Marcellum, qui sententia Synodi Sar„dicensis episcopatui erat redditus, ubi quae„dam nova miscere sensit, a sua communione „separat." Porro quae hic sequuntur damnationem Photini & Marcelli Ancyrani spectant, quam S. Hilarius approbat, ac demum Nicaenum fidei Symbolum ita explanat: „*Cre„dimus in unum Deum Patrem, & in unum Fi„lium ejus Jesum Christum.* Unum ambo & „uterque unum. *Deum verum de Deo vero.* „Docet & virtutem & nuncupationem Patri in „utroque veritate communi: cum autem sit in „utroque, *natum vero non factum* ad proprie„tatem originis refert, quia fieri ex nullo sub„jacet, nasci autem de patre proprium est. „Quod autem *descendit, incarnatus est, homo „factus est, & resurrexit tertia die, ascendit ad „caelos venturus judicare vivos & mortuos.* Sa„cramenta salutis nostrae in his continentur. „Sed idcirco immutabilis Filius Dei, ut in „assumtione hominis corruptioni potius glo-

Photini & Marcelli damnatio.

Explicatio Symboli Nicaeni.

„riam intulerit, quam labem æternitati. Ana„thema autem in eos, qui ex nihilo factum di„cunt, quod exucuton Græci dicunt, damna„tionem in Christo violatæ æternitatis, id est, „deitatis paternæ sub maledictione designat.

FRAGMENTUM V.

Liberii epistola de Athanasio communione negata epistola spuria.

8. Continet nonnullas Liberii Papæ epistolas, quarum prima inscribitur ad orientales Episcopos, in qua illis significat, tres ad Athanasium prebyteros Romanos Lucium, Paulum & Helianum a se missos esse, ut ipsum Romam evocarent: „Et quod si non veniret, sci„ret se alienum esse ab Ecclesiæ Romanæ com„munione. Reversi ergo presbyteri nuntiave„runt, eum venire noluisse. Secutus deinde „litteras charitatis vestræ sciatis his litteris, „me cum omnibus vobis, & universis Episco„pis Ecclesiæ Catholicæ pacem habere, supra„dictum Athanasium alienum esse a commu„nione mea sive Ecclesiæ Romanæ & consortio „litterarum ecclesiasticarum." Verum hanc epistolam esse monumentum Liberio suppositum ab illo, qui collegit fragmenta Hilarii D. Du Pin in Biblioth. Auct. Eccl. probat ex verbis S. Hilarii subjectis, quæ nullam cum contentis in ea connexionem habent, & ostendunt, Hilarium retulisse epistolam ab hac plane diversam, sic enim ait: „Quid in his litte„ris non sanctitatis, quid non ex metu Dei „eveniens est? Sed Potamius & Epictetus, „dum damnare urbis Romæ Episcopum gau„dent, sicut in Ariminensi Synodo continetur, „audi-

„audire hæc noluerunt, quin etiam Fortuna-„tianus Episcopus epistolam eandem rursum „diversis Episcopis mittens nihil profecit.“ Quis credat Hilarium tam honorifice de epistola locutum fuisse, quæ Athanasium condemnaret, id quod magis confirmant sequentia, nempe: „Commodis suis adversari, & „ultimum periculum adire maluerunt, quam „Athanasio communionem suam denegare, „vel auctoritate Concilii Sardicensis, quo Atha-„nasius absolutus & Ariani damnati fuerant, „attentare. Ab Ægyptiis ad Liberium de „tuenda Athanasio communione, quemadmodum ad Julium pridem datæ sunt de redden-„da.“ Hæc verba probant Liberium communione sua non privasse Athanasium, quia Ægyptii non rogabant, ut eam Athanasio redderet, sed in ea tueretur dicentes: „Quales ad ipsum „Julium de reddenda exulanti Athanasio com-„munione erant scriptæ, tales nunc, ut de „subjectis intelligetur, ad Liberium datæ sunt „de tuenda.

9. Secunda epistola Liberii Papæ data est ad Catholicos Episcopos Italiæ, in qua Episcopos qui virus in se pestiferum Ariani dogmatis subdole exhaustum condemnant, vehementiusque in ejus auctores insæviant, quos violentos experti sunt, totosque se fidei Apostolicæ & Catholicæ usque ad Nicænæ Synodi conventum de integro mancipant, recuperent id, quod per astutiam rectitatis amiserant. *Episc[...] Arian[...] pœnit[...] restitu[...]tur.*

Conc. Ariminense damnatur.

10. Tertia epiſtola Liberii data eſt ad Epiſcopos Illyrici, „in qua Ariminenſis concilii „ſtatuta quorumdam tergiverſatione corrupta „conſenſu omnium provinciarum jure reſcin„dit, quæ etiam exemplaria transmittenda cen„ſet, ut nec in fide retinenda, nec in confu„tando Ariminenſi concilio aliqua videatur „condiſſenſio.

Epiſtola Urſacii & Germinii.

11. Sequitur hic, ſed extra locum ſuum exemplum epiſtolæ Valentis & Urſacii ad Germinium, in qua Filium Patri ſimilem, ſed *non ſecundum ſubſtantiam* aſſerunt. Quibus Germinius in epiſtola ad Rufinianum, Paladium & cæteros data reſpondet cum Semiarianis Patri Filium per omnia ſimilem profeſſus.

FRAGMENTUM VI.

Liberii epiſtola ad exules.

12. Exhibet aliquas Liberii Papæ epiſtolas, quarum primam antequam iret in exilium, confeſſoribus ſcripſit, id eſt, Euſebio, Dionyſio & Lucifero in exilio conſtitutis. „Quamvis ſub imagine pacis humani generis „inimicus vehementius in membra Eccleſiæ „videatur eſſe graſſatus, vos tamen acceptiſ„ſimos Deo Sacerdotes egregia fides marty„res deſignavit. Quo igitur præconio laudis „merita virtutis præferam, invenire non poſ„ſum, niſi quod ſcio, me in exilium ſimul „vobiſcum eſſe detruſum.

Vincentii Capuani perfidia.

13. Alteram epiſtolam ad Cæcilianum Epiſcopum Spoletinum Liberius dedit de Vincentio

tio Capuensi, de quo ait: „Multi ex Italia „Episcopi mecum convenerunt, qui mecum „religiosissimum Imperatorem Constantium fue„rant deprecati, ut juberet concilium ad Aqui„lejam congregari. Vincentium Capuensem „cum Marcello Episcopo legationem nostram „commisi. Sed non tantum nihil impetravit, „sed etiam ipse in illam inductus est simulatio„nem. Post cujus factum duplici affectus moe„rore mihi moriendum magis pro Deo decre„vi, ne viderer novissimus delator, aut senten„tiis contra Evangelium commodare consen„sum.“ Subdit his S. Hilarius: „Post hæc „omnia quæ vel gesserat vel promiserat Liberius „missus in exilium universa in irritum deduxit, „scribens prævaricatoribus Arianis hæreticis, „qui in S. Athanasium orthodoxum Episcopum „injuste tulere sententiam, his verbis:

14. „Dilectissimis fratribus Presbyteris & „Coepiscopis orientalibus Liberius salutem. „Pro deifico timore sancta fides vestra Deo „cognita est, & hominibus bonæ voluntatis. „Ego Athanasium non defendi, sed quia susce„perat illum bonæ memoriæ Julius Episcopus „decessor meus, verebar, ne forte in aliquo „prævaricator judicarer. At ubi cognovi, „quando placuit Deo, juste vos illum condem„nasse, mox consensu commodavi sententiis „vestris, litterasque super nomine ejus (*id est,* „*de condemnatione ipsius*) per fratrem nostrum „Fortunatianum dedi perferendas ad Impera„torem Constantium. Itaque amoto Athana„sio a communione omnium nostrum, cujus

Liberius S. Athanasium damnat.

 „nec

„nec epistolia a me suscipienda sunt, dico
„pacem cum omnibus vobis, & cum omn
„Episcopis orientalibus pacem & unanimita
„habere. Nam ut verius sciatis, me ver
„de per hanc epistolam ea loqui, Domini
„frater meus Demofilus, qui dignatus est
„sua benevolentia fidem catholicam expon
„quae Sirmium a pluribus fratribus & Co
„scopis nostris tractata, exposita & susc
„est (*haec est perfidia Ariana*, ait S. Hilar
„*hoc ego notavi, non apostata, Liberius seq*
„*tia*) ab omnibus, qui in praesenti fuer
„hanc ego libenti animo suscepi († *Anath*
„*tibi a me dictum Liberi & sociis tuis*) in nullo
„tradixi, consensum accomodavi, hanc
„quor, haec a me tenetur († *iterum tibi ana*
„*ma & tertio praevaricator Liberi*) sane petenc
„credidi sanctitatem vestram, quia jam pe
„detis, in omnibus me vobis consentaneum
„se, dignemini communi consilio ac studio
„borare, quatenus de exilio dimittar, &
„sedem, quae mihi divinitus credita est,
„vertar.

„Perfidiam autem apud Sirmium des
„ptam, quam dicit Liberius catholicam a
„mofilo sibi expositam hi sunt qui conscri
„runt: Narcissus, Theodorus, Basilius,
„doxius, Demophilus, Cecropius, Sylvar
„Ursacius, Valens, Evagrius, Hyreni
„Exuperantius, Terentianus, Bassus, G
„dentius, Macedonius, Marthus, Actic
„Julius Surinus, Simplicius omnes haere

15. „I

15. „Idem Liberius de exilio Urſacio, Va- „lenti & Germinio ſcripſit, cujus epiſtolam „ejusdem argumenti quam prioris hic S. Hi- larius refert, & ſubdit: *Prævaricatori anathema cum Arianis a me dictum.* Quam epiſtolam alia de eadem cauſa ab exilio ad Vincentium a Liberio ſcripta ſequitur & ita concluditur, „Cum omnibus Epiſcopis orientalibus pacem „habemus & vobiscum, ego me ad Deum ab- „ſolvi: vos videritis, ſi volueritis me in exilio „deficere, erit Deus judex inter me & vos. *Epiſtolæ Liberii ad Urſacium &c*

FRAGMENTUM VII.

16. Exhibet epiſtolam ad legatos Ariminenſis Concilii, quæ eſt ſemiarianorum Epiſcoporum, & majori ex parte Palæſtinorum contra Aetium cognomento impium & Atheum: Ariani enim, etſi numquam inter ſe more omnium hæreticorum conſenſerint, ſuccedente tamen ex animi ſententia Ariminenſis perfidiæ dolo confectum ſibi cum Catholicis negotium arbitrati multo apertius opinionibus, animis, nominibusque diviſi acrius inter ſe digladiari cæperunt. Huic epiſtolæ adjunctæ ſunt quædam animadverſiones, quæ tamen depravatiſſimæ ſunt. Et poſt hoc fragmentum Auctor hujus collectionis hanc notam apponit: *Hic finis libri, qui deſumptus eſt ex opere hiſtorico ſancti Hilarii.* *Epiſtola ad legat Ariminenſis Concilii.*

17. Incipit fides Catholica expoſita apud Fariſea (*id eſt, Pariſiis*) civitatem ab Epiſcopis Gallicanis ad orientales Epiſcopos contra formu- *Expoſi fidei Pa ſienſis.*

formulam Arimini factam, in qua homoufii ra fignificatio defenditur.

Epiſtola Euſebii de Oſio. 18. Secundum quod hic fequitur ex c to opere S. Hilarii defumptum, eft epiftola fibii Vercellenfis fcripta ad Gregorium in fpania Epifcopum, in qua ipfum laudat, „c „ut decet Sacerdotem Dei transgreffori Ofio „ftitit, & pluribus cadentibus Arimini in c „municatione Valentis & Urfacii & cæt „rum, quos ipfi agnito blasphemiæ crin „ante damnaverunt, affenfum fuum den „verit, fidem fcilicet fervans, quam Pa „Nicæni fcripferunt.

Germinii profeſſio fidei. 19. Tertium eft epiftola vel potius Pro fio fidei a Germinio Ariano Epifcopo confe in qua Patri fimilem per omnia Filium di & velut e diametro oppofita Sirmienfis co lii impietati, quæ Patrem honore, digni & majeftate Filio majorem definiebat.

20. Quartum eft Sardicenfis Concilii Gregorium Epifcopum Alexandrinum ca rosque epiftola, quæ continet decretum S dicenfis Concilii nomine ab Arianis confic ultimum hæreticæ temeritatis exemplum. li namque fe Patribus anno 347 Sardicæ c gregatis ut fifterent præfentes, Athanafio, qu impudenter criminati fuerant, metuentes, I lipopoli in Thracia coacti hoc decretum nomine Patrum Sardicæ congregatorum c menti funt, quo non folum S. Athanafium lut gravium fcelerum convictum depofen

ve

verum etiam Julium Papam, Osium, Protogenem, Gaudentium & Maximinum fidei Nicænæ columnas de gradu communioneque Ecclesiastica dimotos judicarunt; quin & Christum de Patris dextera, id est ὁμυσίας & ὁμοτιμίας gradu nova fidei formula conscripta, in υσίας & ὁμυσίυ voces prætermiserunt, deturbare nisi sunt.

21. Quintum est epistola Episcoporum Ariminensis Concilii, quam ad Imperatorem Constantium scripserunt, antequam subscripsissent fidei formulæ sibi ab Arianis oblatæ, quæ sequenti animadversione S. Hilarii concluditur: „Cum hac epistola integræ fidei subscribentes „Episcopi Catholici miserunt decem legatos ad „Imperatorem. Nihilominus & pars hæretico„rum misit ex suo corpore decem legatos, qui „ubi venerunt ad Imperatorem, suscepti sunt, „ita ut legati Catholicorum non susciperentur, „atque longa dilatione fatigati, & minis Im„peratoris perterriti damnaverint integram fi„dem, quam antea defendebant, & suscepe„runt perfidiam, quam ante damnaverunt. „Hoc ita esse ex subjectis invenies. *Epistola Arimin. ad Imper. antequam Arianæ formulæ subscriberent.*

22. Sextum enim continet appprobationem, quam legati Concilii Ariminensis dederunt formulæ fidei ab Arianis confectæ in urbe Thraciæ Nicæa. „Quæ sit autem fidei con„fessio, cui postea subscripserunt, quam etiam „Valens secum in Ariminum pertulit, ex in„fra scripto recognosces. *Epistola seu approbatio formulæ Arimin.*

23. Septi-

Epistola post subscriptionem ejus.

23. Septimum proinde exhibet epistolam, quam Constantio Imperatori perscripserunt perfidi Episcopi Ariminenses, Migdonius, Megasius, Valens, Epictetus & cæteri, postquam approbassent formulam Nicææ Thraciæ ab Arianis sibi oblatam, in qua Usiæ & homousii nomina penitus supprimuntur, & in qua rogant, ut ad sedes suas liberi redire permittantur.

Epist. Liberii pro Athanasio.

24. Octavum est prolixa epistola Liberii Papæ ad Constantium Imperatorem missa in gratiam S. Athanasii perscripta.

Epistola Constantii ad Synodum Arimin.

25. Nonum est epistola Constantii Imperatoris ad Episcopos Italos, qui in Ariminensi Concilio convenerunt, in qua inter alia Imperator hæc scribit: „Adversus orientales nihil „vos statuere oportet, aut si aliquid volueritis „contra eosdem prædictis absentibus definire, „id quod fuerit usurpatum, irrito evanescet „effectu: non enim illa vires habere poterit „definitio, cui nostra statuta testantur jam nunc „robur & copiam denegari.

26. Decimum est definitio Catholica habita ab omnibus Catholicis Episcopis, priusquam per terrenam potestatem Imperatoris territi hæreticorum consortio sociarentur in concilio Ariminensi, ubi dicunt: „Placet ergo nihil novum fieri, substantiæ quoque nomen & rem „a multis sanctis scripturis insinuatum mentibus nostris obtinere debere sui firmitatem: „quam rem cum suo nomine Ecclesia Catholica cum doctrina deifica semper confiteri & „profi-

profiteri consuevit. Addit S. Hilarius: huic definitioni omnes in unum Catholici conspirantes subscripserunt. Eodem in Concilio postquam statutum est, nihil debere paternam minuere traditionem, etiam qui contra hanc veniebant, omnium in unum conspirantium spiritali voce sunt damnati. Cujus tractatus hoc est exemplum.

27. Undecimum est damnatio Ursacii & Valentis. Atque hic finis est monumentorum, quæ desumpta sunt ex operibus Hilarii, quibus adjuncta est in nonnullis exemplaribus formula fidei concilii Nicæni, nec non Ariminenses formulæ, & Symbolum, quod S Athanasio tribuitur.

Nota. Liber de Patris & Filii unitate, qui a nonnullis S. Hilario tribuitur, consarcinatus est ex ejus libro secundo & nono de Trinitate, uti ex centonibus hinc illinc accersitis videre licet. Et liber inscriptus nomine Hilarii de essentia Patris & Filii excerptus est ex libro septimo & octavo de Trinitate, uti ex assutis manifeste apparet: & Apologeticum libelli sui de Synodis ex illo ipso conflatum est.



S. HI-

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI IN EVANGELIUM MATTHÆI CANONES SEU COMMENTARIUS.

§. I.

Monitum.

Sancti Hilarii commentaria in Matthæum eximia sunt, in quibus multas affert observationes historicas & morales, quæ summæ sunt utilitatis. Alii maluerunt canonem inscribere, ob id fortasse, quod carptim titulos aliquos exponat, censentque ex Origene vertisse Hilarium. Deest in his commentariis præfatio, quam citat Alcuinus *l.* 4. *contra Felicem Urgellitanum.*

§. II.

ANALYSIS.

De nativitate Christi, de magis cum muneribus, de infantibus occisis.

CANON I.

Christus ex tribu regia & sacerdotali ortus.

vers. 1. „*Liber generationis Jesu Christi, Filii* „*David, Filii Abrahæ &c.* Gressum quem Matthæus in ordine regiæ successionis, eum Lucas per sacerdotalem ordinem „edit; atqui ita dum Matthæus paternam ori„ginem, quæ ex Juda proficiscebatur, recen„set,

„ſet, Lucas vero acceptum per Nathan ex tri„bu Levi genus edocet, ſuis uterque partibus „Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt æternus „& Rex & Sacerdos, etiam in carnali ortu „utriusque generis gloriam probaverunt. Quod „vero Joſeph potius quam Mariæ nativitas re„cenſetur, nihil refert, eadem enim eſt totius „tribus atque una cognatio, & cum ejusdem „tribus ſit Joſeph & Maria, dum profectus eſſe „ex Abrahæ genere oſtenditur, profecta quo„que docetur & Maria: hæc enim in lege ra„tio ſervata eſt, ut ſi mortuus ſine filiis fami„liæ princeps eſſet, defuncti uxorem poſterior „frater ejusdem cognationis acciperet, & ſu„ſceptosque filios in familiam ejus, qui mor„tuus eſſet, referret.

Cur Joſephi genealogia referatur.

2. „Sequens eſt, ut quia ſecundum rerum „fidem generationis ordo nec numero ſibi nec „ſucceſſione conſtat, hujus quoque rei ratio „adferatur. Namque ab Abraham usque ad „David quatuordecim generationes enumeratæ „ſunt, & a David usque ad transmigrationem „Babylonis in regnorum libris decem & ſeptem „deprehenduntur. Sed in hoc non mendacii „aut negligentiæ vitium eſt, Tres enim ratio„ne præteritæ ſunt. Nam Joram genuit Ocho„ziam, Ochozias vero genuit Joam, Joas dein„de Amaſiam, Amaſias autem Oziam: & in „Matthæo Joram Oziam genuiſſe ſcribitur, cum „quartus ab eo ſit. Hoc ita, quia ex gentili „fæmina Joras Ochoziam genuit, ex Achab „ſcilicet, qui Hiezabel habuit uxorem. De„nique per Prophetam nonniſi quarta genera-

v. 17. Cur nonnulli in genealogia Chriſti omiſſi.

„tione in throno regio Israelis quemquam de „domo Achab esse sessurum dicitur: purgata „itaque labe familiæ gentilis tribus, usque ad „Mariam generationes quatuordecim esse scri„buntur, cum in numero decem & septem „reperiantur.

v. 18. *B. Mariæ perpetua virginitas.* 3. „Generationis autem Christi ratio sim„plex est: nam conceptum ex Spiritu sancto, „natum ex Maria Virgine omnium opus Pro„phetarum est. Sed plures irreligiosi occasio„nem ex eo occupant, turpiter de Maria opi„nandi, quod dictum sit: *Priusquam conveni„rent, inventa est in utero habens.* Et illud: „*noli timere accipere conjugem tuam.* v. 20. Et „illud: *non cognovit eam. donec peperit.* v. 25. „non recordantes desponsatam fuisse, & nequa „de partu ejus ambiguitas existeret, Joseph „concepti ex Spiritu sancto Christi testis assu„mitur. Cognoscitur autem post partum, id „est, transit in conjugis nomen; cognoscitur „enim, non admiscetur. Denique cum trans„ire Joseph in Ægyptum admonetur, ita dici„tur: *accipe puerum & matrem ejus*, & quoties„cunque de utroque fit sermo, mater potius „Christi, quia id erat, non uxor Joseph est „nuncupata, quia non erat, ut quemadmo„dum Justo Joseph deputaretur ejusdem Ma„riæ in Virginitate conjugium, ita venerabilis „ejus ostenderetur in Jesu matre virginitas. Ve„rum homines pravissimi hinc præsumunt opi„nionis suæ authoritatem, quod plures Domi„num nostrum habuisse fratres sit traditum, „qui si Mariæ filii fuissent, & non potius Jo-

„seph

„ſeph ex priori conjugio ſuſcepti, numquam „in tempore paſſionis Joanni Apoſtolo trans„ſcripta eſſet in matrem.

Nota. Sententiæ S. Hilarii de liberis S. Joſephi ex priori conjugio ſuſceptis adverſatur S. Hieronymus *l.* 2. *in Matth.* & fratres Domini non filios Joſeph, ſed conſobrinos Salvatoris, & Mariæ liberos intelligit materteræ Domini, quæ dicitur eſſe mater Jacobi minoris. Et is ſenſus eſt Eccleſiæ. *Joſeph nullos filios habuit.*

4. „Stellæ autem ortus primum a magis „intellectus indicat mox gentes in Chriſtum „credituras, & homines longe a ſcientia cogni„tionis divinæ averſas lumen, quod ſtatim in or„tu ejus extitit, cognituros. Denique oblatio „munerum intelligentiam in eo totius qualita„tis expreſſit; in auro regem, in thure Deum, „in myrrha hominem confitendo, atque ita „per venerationem eorum Sacramenti omnis „eſt conſummata cognitio, in homine mortis, „in Deo reſurrectionis, in Rege judicii. Quod „vero repetere iter atque ad Herodem in Ju„dæam redire prohibentur, nihil a Judæa pe„tere ſcientiæ permittimur, ſed in Chriſto ſa„lutem omnem ſpemque omnem locantes ad„monemur prioris vitæ itinere abſtinere. *Matth. 2. Magorum adoratio & dona ac reditus.*

5. „Parante autem Herode parvuli necem „Joſeph per angelum monetur, ut eum in „Ægytum transferat, Ægyptum idolis plenam, „& omnigenûm Deûm monſtra venerantem. „Igitur poſt Judæorum inſectationem Chriſtus „ad gentes tranſit, & Judaicam relinquens *v. 13. Fuga in Ægyptum & cædes infantum.*

„ignorantiam sæculo colendus infertur,. Beth-
„lehem, id est, Judæa, martyrum sanguine
„redundante. Herodis vero furor, & infan-
„tium interfectio populi Judaici in Christianos
„sævientis est forma, existimantis, se beato-
„rum martyrum cæde posse Christi nomen ex-
„tinguere. Sed gloriosus per Prophetam neci
„eorum honor redditur, dicentem: *Vox in Ra-*
„*ma audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel*
„*plorans filios suos, & noluit consolari, quia non*
„*sunt.* Rachel Ecclesiæ typum prætulit diu ste-
„rilis, nunc vero fœcundæ, cujus ploratus ex
„filiis non idcirco, quia peremptos dolebat,
„auditur; sed quia ab his perimebantur,
„quos primum genitos filios retinere voluisset.
„Denique consolari se noluit, quæ dolebat,
„non enim non erant ii, qui mortui putaban-
„tur; in æternitatis enim profectum per mar-
„tyrii gloriam efferebantur.

De Jesu regresso ex Ægypto. De prædicatione Joannis & Baptismo. De Domino baptizato.

CANON II.

1. „Mortuo Herode reverti ad Judæam Jo-
„seph monetur, & reversus timet,
„& rursum visu admonitus transire ad regio-
„nem gentium jubetur. Sed aut timere eum,
„qui admonitus sit, non oportuit, aut per an-
„gelum deferri admonitio mox mutanda non
„decuit. Verum typica ratio servata est. Jo-
„seph enim Apostolorum habet speciem, qui-
„bus

„bus Christus circumferendus est creditus. Hi
„tamquam Herode mortuo, id est, populo ejus
„in passione deperdito Judæis prædicare sunt
„jussi, missi enim erant ad oves perditas do-
„mus Israel, sed manente hæreditariæ infide-
„litatis dominatu metuunt & recedunt, & ad-
„moniti per visum, sancti Spiritus donum in
„gentibus contemplantes, ad eas transferunt
„Christum Judææ missum, sed vitam & salu-
„tem gentium nuncupatum.

2. *In diebus illis venit Joannes prædicans in* Matth.
„*deserto Judææ, dicens: pœnitentiam agite, ap-* Prædicatio Joannis.
„*propinquavit enim regnum cœlorum &c.* Ad
„desertam Judæam venitur, desertam Dei fre-
„quentatione, non populi, & in vacuam S. *Quoad locum.*
„Spiritus habitationem, non hominum, ut
„prædicationis locus solitudinem protestaretur:
„pœnitentiam quoque regno cœlorum propin- *Materia*
„quante pronuntiat, per quam est reditus ab *prædicat*
„errore, & recursus a crimine, & post vitio-
„rum pudorem professio desinendi. *Pilis* etiam *Vestitus* S
„*camelorum* vestis adtexta peregrinum prophe- *Joannis.*
„ticæ prædicationis habitum designat, cum
„exuviis immundarum pecudum, quibus pa-
„res existimamur, Christi prædicator induitur,
„fitque sanctificatum habitu prophetali, quid-
„quid in nobis vel inutile fuerat ante aut sor-
„didum. *Zonæ* autem præcinctio efficax in
„omne opus bonum est apparatus, ut ad om-
„ne ministerium Christi voluntatis cingulo si-
„mus accincti. In esum etiam eliguntur *locu-* *Cibus.*
„*stæ* ad omnem adventus nostri sensum voli-
„tantes, nos scilicet, qui ab omni sermone

„& congressu Prophetarum impiis quibusdam „corporum saltibus efferebamur, voluntate va„gi, in operibus inutiles, verbis queruli, se„de peregrini, nunc sumus sanctorum alimo„nia, & satietas Prophetarum, electi simul „cum *melle sylvestri* dulcissimum ex nobis cibum „non ex alveariis legis, sed ex truncis sylve„strium arborum præbituri.

v. 7. sqq. Pharisaeorum increpatio.

3. „Tali igitur Joannes habitu prædicans „venientes Pharisæos & Sadducæos ad Baptis„mum *progenies* nuncupat *viperarum*, *fructum* ut „dignum *pœnitentiæ faciant*, monet, neve *Abra„ham* patrem habere se glorientur, quia ex *la„pidibus Deus potens est Abrahæ filios excitare*: „non enim successio carnis quæritur, sed fidei „hæreditas. Quando ergo Pharisæi viperarum „natio nuncupantur, & gloriatio sanctificati „parentis eis inhibetur, & ex saxis Abrahæ „filii excitantur, admonentur, ut dignos pœ„nitentiæ fructus faciant, ut qui diabolum ha„bere patrem cæperant, rursum Abrahæ filii „per fidem fiant. *Securis* vero *radicibus arbo„rum* apposita testatur vim præsentis in Christo „potestatis, & inutilis perfidiæ excidium con„flagrationi judicii præparari. Et quia legis „opus jam inefficax erat ad salutem, Joannes „se quidem *baptizare in pœnitentiam* dicit, sed „*fortiorem* esse *venturum*, cujus ferendorum ac „*solvendorum calceamentorum* sit *indignus* officio, „apostolis circumferendæ prædicationis glo„riam derelinquens, quibus speciosis pedibus „pacem Dei erat debitum nuntiare. Salutis „igitur nostræ & judicii tempus designat, di-

„cens:

„cens: *Ille baptizabit vos in Spiritu sancto & „igni*: quia baptizatis in Spiritu sancto reliquum „est consummari igne judicii. *Habens ventila„brum in manu sua &c* ventilabri opus est, ab „infructuosis fructuosa discernere, quod in *ma„nu* Domini situm arbitrium indicat potestatis, „*triticum* suum, perfectos scilicet credentium „fructus *horreis* recondentis: *paleas* vero, id „est, infructuosorum hominum inanitatem igne „judicii concremantis.

4. „*Tunc venit Jesus in Galilæam in Jor„danem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo*, & „reliqua. Ad Joannem venit ex muliere na„tus, constitutus sub lege, & per Verbum ca„ro factus. Ipse quidem lavacri egens non „erat, quia peccatum non fecit, sed assumtum „ab eo creationis nostræ fuerat & corpus & „nomen, atque ita ille non habuit necessitatem „abluendi, sed per illum in aquis ablutionis „nostræ erat sanctificanda purgatio. Denique „& a Joanne baptizari prohibetur ut Deus, & „ita in se fieri oportere ut homo edocet, erat „enim per eum *omnis implenda justitia*. Ordo „etiam in eo arcani cœlestis exprimitur: nam „baptizato eo reseratis cœli aditibus *Spiritus S.* „emittitur, & specie *columbæ* visibilis agnosci„tur, & istiusmodi paternæ pietatis unctione „perfunditur. Vox deinde de cœlis ita loqui„tur: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Fi„lius Dei auditu conspectuque monstratur, „ut ex eis, quæ consummabantur in Chri„sto, cognosceremus, post aquæ lavacrum „& sanctum in nos Spiritum involare, &

v. 13
Baptismus Christi.

„cœlestis nos gloriæ unctione perfundi, & „paternæ vocis adoptione Dei filios fieri.

De tentatore diabolo. De jejunio Jesu quadraginta diebus. De Petro & Andrea piscatoribus.

CANON III.

Matth. 4. Tentatio Christi.

1. *Tunc Jesus ductus est in desertum a spiritu, „ut tentaretur a diabolo,* & reliqua. Quod „Jesus in desertum ductus est, significatur li„bertas Spiritus sancti hominem suum jam dia„bolo offerentis & permittentis tentandi, & „assumendi occasionem, quam nonnisi datam „tentator habuisset. Erat igitur in diabolo de „metu suspicio, non de suspicione cognitio: „movebatur enim *quadraginta dierum jejunio*, „sciebat enim totidem diebus aquas abyssi ef„fusas, exploratam promissionis terram, Moysi „legem a Deo scriptam hunc numerum exple„tum fuisse. Igitur istius temporis metu in „tentando eo, quem hominem contuebatur, „sumsit temeritatem; sed ita nequitia ejus di„gnum erat, ut in ejus, cujus morte gloria„batur, homine vinceretur. Tentatur autem „statim post Baptismum Dominus, tentatione „sua indicans, in sanctificatis nobis maxime „diaboli tentamenta grassari, quia victoria ei „est magis exoptata de sanctis: & cum *esuriit* „Dominus, non inediæ subrepsit operatio, sed „virtus illa quadraginta dierum non mota je„junio, naturæ suæ hominem dereliquit, non „enim erat a Deo diabolus, sed a carne vin„cendus,

„cendus, quam utique tentare ausus non fuis-
„set, nisi in ea, per esuritionis infirmitatem,
„quæ sunt hominis recognovisset, quam uti-
„que in eo sentiens ita orsus est:

2. „*Si Filius Dei es, dic ut lapides isti pa- v. 3.*
„*nes fiant.* Fallax diabolus posse Christum om- *Tentatio*
„nia sciebat, & esuritionem in homine ex ipso *de pane.*
„jejunii tempore sentiebat, unde eam in ten-
„tando conditionem operis proposuit, per quam
„& in Deo ex demutatione lapidum in panes
„virtutem potestatis agnosceret, & in homine
„oblectamento cibi patientiam esuritionis illu-
„deret. Sed Dominus non panem potius, quam
„salutem hominum esuriens ait: *Non in solo*
„*pane vivit homo*, ostendens, non in pane hoc soli-
„tario, sed in verbo Dei alimoniam æternitatis
„esse sperandam. Sequens etiam tentatio talis
„est, cum eum in summum templi sustulisset.

3. „*Si Filius Dei es, mitte te deorsum, &* *v. 5.*
„reliqua. Laborat tentator Dominum super *Tentatio*
„leges & Prophetas eminentem in humilibus *de missio-*
„continere. Sciebat quidem angelorum mini- *ne deor-*
„steria promta esse Dei Filio, & neque in la- *sum.*
„pidem posse offensionis incidere; sed vult
„quoquo modo obedientiam elicere tentato,
„relaturus gloriam, si sibi Dominus Majesta-
„tis licet per confidentiam paruisset. Verum
„digna hanc ejus petulantiam est secuta respon-
„sio: *Non tentabis Deum & Dominum tuum*: do-
„cens a fidelibus abesse debere jactantiam,
„quia licet omnia possibilia sint Deo, nihil
„tamen in tentationem ejus audendum est.

v. 8. *De adoratione Satanæ.* 4. „Sed jam tertio tota diabolicæ potesta„tis commovebatur ambitio, *constituto* enim Do„mino *in monte excelso universa orbis terrarum* „*regna, eorumque gloriam obtulit,* si modo *ado*„*raretur* ipse. Sed responsio Domini dignum „de superioribus gradum fecit: ait enim: *Va*„*de Satanas: scriptum est enim: Dominum Deum* „*tuum adorabis, & illi soli servies.* Temeri„tatis tantæ congruum exitum tulit, cum & „criminum suorum in Satana nomen audivit, „& Dominum Deum suum adorandum in ho„mine cognovit. Præbuit etiam magnum no„bis Dominus exemplum, ut contemta huma„næ potestatis gloria, & sæculi ambitione post„posita solum meminissemus Deum & Domi„num adorandum, quia omnis sæculi honor „diaboli sit negotium. Post hanc ergo diabo„li fugam *angeli Christo ministrant*, ostenden„tes, a nobis victo calcatoque diaboli capite, „& angelorum ministeria, & virtutum in nos „cœlestium officia non defutura.

v. 12. *Vocatio Petri & Andreæ.* 5. „*Cum autem audisset Jesus, quod Joan*„*nes traditus esset, secessit in Galilæam, transiens* „*in Capharnaum.* In *piscatorum electione* ut e „mari piscibus, ita hominibus e sæculo in lu„men cœlestis habitaculi protrahendis ordo est: „quibus & artem, & patrias, & domos relin„quentibus docemur, Christum secuturi & sæ„cularis vitæ sollicitudine, & paternæ domus „consuetudine non teneri. In quatuor vero „primum Apostolis futurorum Evangelistarum „numerus præfiguratur. *Galilæam* igitur *cir*„*cumit, & in Synagogis prædicat* regni Evan„ge-

[...]elium, & omnium ægritudinum infirmita[...]s medendo factis ipse se profert, ut quem [...] Prophetarum voluminibus legere erant so[...]ti, præsentem operibus contuerentur.

[D]e beatitudine & præceptis. De reconciliatione Fratrum. De adulterio. De oculo & manu eruenda. De Juramentis & eleemosyna.

CANON IV.

„Congregatis igitur pluribus turbis *mon-* Matth. 5.
„*tem conscendit*, in paternæ scilicet ma- *Beati*
jestatis positus celsitudine cœlestis vitæ præ- *pauperes.*
cepta constituit, & ideo dicitur *aperuisse os suum*, ut ad motum Spiritus eloquentis obedisse ostendatur humani oris officium. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Exemplo Dominus docuerat humanæ ambitionis gloriam relinquendam, & in spiritus humilitate perfectæ beatitudinis posuit exordium. Igitur humilia spirantes, id est, se homines recordantes in cœlestis regni possessione constituit; conscii sibi ex sordentibus se principiis coalitos, nihil quidquam suum esse, sed cunctis dono parentis unius eadem in vitam tribui exordia. Nulla nos proinde nec sæcularis fastus insolentia, nec opum cupiditas, nec inanis gloriæ ambitio corrumpat, & ita per hanc spiritus humilitatem cœlorum regnum erit nostrum.

2. „*Bea-*

v. 4. 2. „*Beati mites, quoniam ipſi hæreditab*
Beati mi- „*terram*, id eſt corporis ejus, quod ipſe D
tes. „minus aſſumpſit habitaculum. Et quia p
„manſuetudinem mentis noſtræ habitavit Chri
„ſtus in nobis, nos quoque gloria clarific
„ejus corporis veſtiemur.

v. 5. 3. „*Beati lugentes, quoniam ipſi conſolab*
Beati lu- „*tur.* Lugentibus æternæ conſolationis ſol
gentes. „tia repromittit, non orbitates aut contum
„lias, aut damna mœrentibus, ſed peccat
„vetera flentibus hæc in cœlo conſolatio præ
„paratur.

v. 6. 4. „*Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam,*
Beati eſu- „*quoniam ipſi ſaturabuntur*, quod ſignificat, ex
rientes ju- „tenſam in Dei doctrinam Sanctorum avidi
ſtitiam. „tatem bonis perfectæ in cœlo ſatietatis ex
„pleri.

v. 7. 5. „*Beati miſericordes, quoniam ipſis miſere*
Beati mi- „*bitur Deus. Beati mundo corde, quoniam Deum*
ſericor- „*ipſi videbunt*: non enim niſi ſpiritu per
des. „fecti, & jam mortalitate immutati, quod
v. 8. „ſolis mundis corde diſpoſitum eſt, hoc quod
Beati „in Deo eſt immortale cernemus. *Beati pa*
mundi „*cifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Pacifi
corde. „corum beatitudo adoptionis eſt merces, ut
v. 9. „filii Dei maneant, ſi oblivione earum re
Beati pa- „rum aſſumta, quibus poſſimus offendi fra
cifici. „ternæ invicem charitatis pace vivamus. *Bea*
v. 10. *Beati per-* „*ti qui perſecutionem patiuntur*, & reliqua. Per
ſecutionem patientes. „fecta ad poſtremum beatitudine eos munera
„tur,

...r', quibus omnia pro Christo pati pronus effectus est.

6. „*Vos estis sal terræ*, & reliqua. Sal *v.* 13. *Apostoli sal terræ.*
...t arbitror terræ nullum est: quomodo ergo
Apostolos sal terræ nuncupavit? Sed pro-
prietas est quærenda dictorum, quam &
Apostolorum officium, & ipsius salis natura
monstrabit. Sal est in se uno continens aquæ
& ignis elementum, & hoc ex duobus est
unum. Hic igitur in omnem usum huma-
ni generis effectus incorruptionem corpori-
bus, quibus fuerit aspersus, impertit, & ad
„omnem sensum conditi saporis aptissimus
„est: Apostoli autem sunt rerum cœlestium
„prædicatores, & æternitatis velut satores,
„immortalitatem omnibus corporibus, qui-
„bus eorum sermo aspersus fuerit, conferen-
„tes. Merito igitur sal terræ nuncupati sunt,
„per doctrinæ virtutem saliendi modo æter-
„nitati corpora reservantes: sed natura salis
„semper eadem est, nec immutari umquam
„potest; verum quia conversioni homo subja-
„cet, & solus beatus, qui usque ad finem in
„omnibus Dei operibus permanserit, ideo eos
„sal terræ nuncupatos monet in traditæ si-
„bi potestatis virtute persistere, ne infatuati
„nihil saliant, & ipsi sensu accepti saporis
„amisso vivificare corrupta non valeant, &
„projecti de Ecclesiæ promptuariis cum his,
„quos salierint, pedibus incedentium prote-
„rantur.

7. „*Vos*

v. 14. Apostoli lumen mundi. 7. „*Vos estis lumen mundi.* Mundus extra „cognitionem Dei positus obscurabatur igno„rantiæ tenebris, cui per Apostolos scientiæ „lumen invehitur, & cognitio Dei claret. *Caro Christi civitas excelsa.* „*Non potest civitas abscondi super montem ædi„ficata &c.* Civitatem carnem, quam ass„sumpserat nuncupat, in qua universi generis „humani congregatio continetur, quæ abscon„di jam non potest, quia in altitudine positus „Christus celsitudinis Dei admiratione operum „suorum & contemplandus & intelligendus „omnibus effertur. *v. 15. Lucerna sub modio Synagoga.* Sed nec *lucerna accendi„recondenda sub modio*: ubi Synagogam Domi„nus modio comparat, quæ susceptos fructus „intra se tantum receptans certum modum di„mensæ observantiæ continebat, nunc tamen „fructu omni se vacuavit, cum econtra lucer„na Christi in ligni passione suspensa lumen „æternum in Ecclesia habitantibus est præbi„tura. *v. 16.* Pari etiam Apostolos fulgere monet „lumine, ut admiratione operis eorum Deo „laus impartiatur. *v. 17. Christus legem implevit.* *Nolite putare, quoniam veni „dissolvere legem &c.* In Christo enim lex & „prophetia omnis impletur: & ne minima qui„dem mandatorum Dei nisi cum piaculo Dei „constituit esse solvenda: minimum autem est „omnium Passio & crucis mors, quam siquis „tamquam erubescendam non confitebitur, erit „minus, confitenti vero magnæ in cœlo vo„cationis gloriam Dominus esse confitetur.

v. 20. Eamque perfecit. 8. „*Dico autem vobis, nisi abundaverit justi„tia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, „non intrabitis in regnum cœlorum.* Propositis „his,

is, quæ in lege præſcripta ſunt, profectu
a, non abolitione transgreditur. Lex ve- *v. 21. ſqq. Ira & opprobrium prohibetur.*
uit *occidere*, ſed ex præcepto Evangelii non
iinus rea *ira* eſt ſine ratione concepta,
nam in operibus legis homicidium. *Et*
ui dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio.
acha vacuitatis opprobrium eſt, & qui Spiri-
s ſancto plenum convicio vacuitatis inſimu-
it, fit reus concilio Sanctorum. *Qui autem*
fatuum dixerit reus erit gehennæ ignis. Piaculi
agni periculum eſt, quem ſalem Deus nun-
apavit; eum contumelia infatui ſenſus la-
eſſere: iſtiusmodi igitur æterni ignis erit pa-
alum. Mutua ergo univerſos charitate de-
inciens, *altario munera offerentes*, ſi recor- *v. 23.*
entur ſe habere cum fratribus aliquid ſimul- *De reconciliatione fraterna.*
tum, reverti in divinam pacem jubet, in
ei charitatem de charitate hominum trans-
uros, & quidem cito in omni vitæ no-
ræ via *reconciliari nos adverſario* benigni-
ite præcepit, ne moroſi in mortis tempus
on inita pace veniamus, nosque adverſarius
idici tradat, & judex miniſtro, & in carce-
em mittamur, & non exeamus inde, donec
eddamus noviſſimum quadrantem.

9. „*Audiſtis, quia dictum eſt, non mœchabe-* *v. 27.*
r &c. Prætermiſſis legis operibus jam in *De adulterio.*
vangelicis adulterio motus tantum oculi in-
dentis æquatur, & cum fornicationis ope-
 punitur illecebroſa viſus transeuntis affe-
io. *Quodſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,* *v. 29.*
ue eum, & projice abs te &c. abjicere a no- *De oculo eruendo.*
s propinquitates chariſſimorum hominum
„admo-

„admonemur, si in illis aliquid tale cernamus, „ne in consortium criminis eorum de familiaritate veniamus. Dictum est autem: *Quicunque dimiserit uxorem suam, det illi repudium &c.*

v. 31. *De repudio.* „cum lex libertatem dandi repudii ex libelli „authoritate tribuisset, nunc marito fides Evangelica non solum voluntatem pacis indixit, „verum etiam reatum coactæ in adulterium „uxoris imposuit, si alii ex discessionis necessitate nubenda sit, nullam aliam causam desinendi a conjugio præscribens, quam quæ „virum prostitutæ uxoris societate pollueret. Ubi S. Hilarius docet quidem uxores adulteras præsertim incorrigibiles esse repudiandas, sed alteram accipere conjugem non permittit.

v. 32. *De Juramentis.* 10. „*Iterum audistis, quia dictum est antiquis: non perjurabis &c.* Lex pœnam posuerat perjurio, ut fraudulentiam mentium Sacramenti religio contineret, simulque plebs „rudis & insolens frequentem de Deo suo mentionem haberet familiaritate jurandi; fides „vero consuetudinem Sacramenti (*sine gravi „causa*) removet, vitæ nostræ negotia in veritate constituens, & abjecto fallendi affectu „simplicitatem loquendi, audiendique præscribens jurandi religione opus non esse statuit, „cum quibus semper quod *est*, *est*, quod *non*, „*non*, & quod ultra est, id omne de malo est.

v. 34. „*Neque per cœlum jurabis &c.* ubi superstitionem „contumaciæ veteris condemnat. His enim „elementorum nominibus Judæis erat religio „jurare, cœli & terræ, Hierusalem & capitis „sui

„sui, quibus in contumeliam Dei Sacramento
„venerationem deferebant.

11. „*Audistis, quia dictum est, oculum pro* *v.* 38.
„*oculo &c.* Lex infidelem Israel intra metum *Vindicta*
„metu] continebat, & injuriæ voluntatem in- *prohibe-*
„juriæ vicissitudine coercebat. Fides autem *tur.*
„nullius injuriæ tam gravem dolorem esse pa-
„titur, ut ultionem expetat, quia in judi-
„cio Dei pœna est severior injuriosis: imo &
„ulciscendæ injuriæ Evangelia exigunt dissi-
„mulationem: nam accepta alapa *maxillam* *v.* 39.
„*alteram* jubemur offerre: & *mille passus* onus
„ferentes progredi in spatium duum mil-
„lium, & *tunicam* nobis volenti exuere remit- *v.* 40.
„tere & *pallium.* Omnibus etiam dari quæ po-
„poscerint, jubet, & a precibus volentium *v.* 42.
„*mutuari* os atque animum non referre. *Mutuum dandum.*

12. „*Audistis, quia dictum est: diliges pro-* *v.* 44.
„*ximum tuum, & odies inimicum tuum &c.* con- *Dilectio*
„clusit omnia, bonitate perfecta: amari enim *inimico-*
„lex proximum exigebat, & in inimicum licen- *rum.*
„tiam odii dabat. Diligi vero inimicos fides
„præcipit, non solum iram ab ultione depel-
„lens, sed tiam in amorem mitigans injuriosi,
„quia *gentium* sit *amantes amare.* Vocat igitur
„nos in Dei ut hæreditatem, ita & imitatio-
„nem *bonis & injustis solem tribuentis & pluviam:*
„ita nos ad *perfectam vitam* per hanc publicæ
„bonitatis concordiam, quia in nobis in cœlo
„*perfectus Pater* sit imitandus, instituit.

Matth. 6. Jactantia vitanda. 13. „*Attendite justitiam vestram ne faciatis* „*coram hominibus &c.* omnem curam rerum „præsentium amovet, & attentos tantum esse in spem futuri jubet, neque sectari vel hominum favorem ostentatione bonitatis, vel jactantiam religionis orationis publicæ copia, „sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendum, quia humanæ laudis consectatio eam tantum, quam ab hominibus expectat, mercedem est receptura. Cæterum „promerendi Dei expectatio præmium sit longæ patientiæ consecutura.

De oratione & jejunio. De thesauro in cælo. De lucerna corporis. De duobus dominis. De cibo & vestitu. De volatilibus, & liliis agri, & fœno. De sollicitudine diei. De festuca & trabe in oculo.

CANON V.

Matth. 6. v. 6. De oratione. 1. „Clauso quoque cubiculi ostio jubemur orare, atque in omni loco precem fundere edocemur. Ergo non occulta domus, „sed cordis nostri cubiculum ingredi, & clauso mentis nostræ secreto orare ad Deum non „multiloquio, sed conscientia admonemur. De „orationis autem Sacramento & necessitate „commentandi nos *Cyprianus* vir sanctæ memoriæ liberavit: quamquam & *Tertullianus* „hinc volumen aptissimum scripserit, sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus authoritatem.

Cyprianus & Tertullianus librum de orat. Domin. scripserunt.

2. „Cum

2. „*Cum autem jejunatis, nolite fieri ficut hy-* v. 16.
„*pocritæ triftes &c.* Jejuniorum profectum do- *De jeju-*
„cet extra jactantiam corporis effe oportere, *nio.*
„& omne jejunium in fanctæ operationis de-
„core ponendum. *Oleum* enim fructum mife-
„ricordiæ effe cœleftis & propheticus fermo eft.
„Ergo bonitatis operibus *caput* noftrum, id eft,
„vitæ noftræ fenfus ornandus eft, quia intelli-
„gentia omnis in capite eft, fordesque in fa-
„cie abluendæ, nequid fit horroris ex vitiis,
„fed magis gratia candoris.

3. „*Nolite thefaurizare vobis thefauros in ter-* v. 19.
„*ra &c.* Prætermiffa humanæ gloriæ & opu- *De thefau-*
„lentiæ follicitudine omnem placendi Deo *ro in cœlo.*
„curam fumi oportere demonftrat, quia hu-
„manam laudem vel corporum vitia, vel ob-
„trectatio invidentium corrumpit, & hic the-
„faurus pecuniæ aut detrimento eft periculo-
„fus aut furto. Cæterum laus cœleftis æter-
„na eft, nec fubrepentis furto fubtrahenda nec
„tinea aut rubigine exedenda.

4. „*Lucerna corporis tui eft oculus tuus.* De v. 22.
„oculi officio lumen cordis expreffit: quodfi *De lucer-*
„fimplex & lucidum manebit, claritatem æter- *na corpo-*
„ni luminis corpori tribuet, & fplendorem ori- *ris.*
„ginis fuæ corruptioni carnis infundet: fi au-
„tem obfcurum peccatis, & voluntate erit ne-
„quam, vitiis mentis natura corporis fubjace-
„bit: & fi lumen, quod in nobis eft, tenebro-
„fum fit, quantas neceffe eft ipfarum tenebras
„effe tenebrarum? quia jam periculofe folet
„animi generofitati terrenæ carnis vitiofa ori-

„go dominari, longe magis peccata corpo-„ris ingravescere, si cupiditatibus adjuventur „animorum.

v. 24. *De duobus dominis.* 5. „*Nemo potest Dominis duobus servire &c.* „nec par potest esse ad sæculum & ad Deum „cura, in alterum enim necesse est odium sit, „in alterum amor, quia idem opus diversæ

v. 25. *De cibo & vestitu.* „dominorum non convenit voluntati. *Ideo di-„co vobis, ne cogitetis in corde vestro quid man-„ducetis &c.* quia corruptus circa futurorum „curam infidelium sensus est, calumnian-„tium, quæ in resurrectione corporum species „sit futura, quæ alimonia, admonet, *nonne „anima pluris est, quam esca &c.* nihil enim est, „quod in substantia sua & creatione corporeum „non sit, nam & animarum species sive obti-„nentium corpora sive corporibus exulantium „corpoream tamen naturæ suæ substantiam „sortiuntur (*qui error est, jam in aliis Patribus „notatus*) Atque ideo ineptiam inutilissimæ „quæstionis Deus arguens non patitur spem „nostram futuri in resurrectione cibi & vesti-„tus sollicitudine demorari.

v. 26. *De volatilibus, liliis &c.* 6. „*Respicite volatilia cœli &c.* Sub nomine „volucrum exemplo nos immundorum spiri-„tuum adhortatur, quibus sine aliquo negotio „quærendi & congregandi, vivendi tamen tri-„buitur de æterni consilii potestate substantia.

v. 27. „*Quis autem vestrum potest adjicere ad staturam „suam vel cubitum unum &c.* Cum universo-„rum corporum diversitatem in unum con-„summatum virum sit excitaturus, solusque

„potens

„potens sit, ad uniuscujusque proceritatem cu-
„bitum unum & alterum præstare, de vestitu, id
„est, de specie corporum, quanta ejus contumelia
„ambigimus ? *Considerate lilia agri &c.* lilia v. 28.
„non laborantia neque nentia significari intel-
„ligenda sunt angelorum cœlestium claritates,
„quibus extra humanæ scientiæ eruditionem,
„suique operis mercedem a Deo gloriæ can-
„dor indultus est, nequid ex proprio labore aut
„arte existimarentur habuisse, & cum in resur-
„rectione similes homines angelis erunt, spe-
„rare voluit nos cœlestis gloriæ operimentum.
„*Si enim fœnum agri . . . Deus sic vestit &c.*
„Sub fœni nomine nuncupatas esse gentes cre-
„bro invenimus, quibus etiam corporalis æter-
„nitas destinabitur, sed ut ignis æterni in ipsis
„sit æterna materies.

7. „*Nolite ergo solliciti esse de crastino &c.* Er- v. 34.
„go de futuro sollicitos nos esse Deus vetuit, *De cura*
„incuria autem sollicitudinis relaxatæ, non *in crasti-*
„negligentiæ, sed fidei est, cur enim solliciti *num.*
„simus in crastino, cum crastinus dies sibi ipse
„sollicitus sit, & ei *malitia sua sufficiat.* Jube-
„mur igitur non ambigere de futuris, satis
„enim vitæ nostræ malitia, & dierum quibus
„vivimus peccata sufficiunt, ut circa ea purgan-
„da omnis vitæ nostræ meditatio laborque ver-
„setur, ne etiam de fururorum diffidentia in-
„expiabilis irreligiositas contrahatur, cum ces-
„sante cura nostra ipsa in officio suo, quæ sunt
„futura, sollicita sint, & nobis æternæ clarita-
„tis profectus Dei procurante bonitate jam non
„sollicitis præparetur.

 8. „*No-*

Matth. 7. De temerario judicio. 8. „*Nolite judicare ne judicemini &c.* Judicari de dispositionibus suis vetuit, quia uti „judicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ita & hoc judicium adversum Deum „ex opinandi ambiguitate suscipitur, quod penitus repellit a nobis, ut constans potius fides retineatur, quia non sicut in rebus caeteris peccatum est, perperam judicasse, sic in „rebus tantummodo de Deo judicium de Deo „esse, initium est criminis.

v. 3. De festuca in oculo. 9. „*Quid autem vides festucam in oculo fratris tui &c.* In consequentibus docuit, solam „in Spiritum blasphemiam extra veniam futuram: *peccatum* autem *in Spiritum* est, Deo virtutis potentiam negare, & Christo substantiam „adimere aeternitatis. Ergo quantum inter „festucam & trabem discriminis est, tantum „ostendit *peccatum in Spiritum* conditionem caeterorum criminum excedere. Fit autem saepe, ut assumamus nobis arguendi authoritatem „sine ullo propriae emendationis exemplo, cum „difficile sit, quemque praestare, quod exigat, „& optimum sit exemplo potius docere, quam „dictis. Cura ergo propriae adhibenda est caecitati, quia ex natura rerum est, non prius „aliquem purgandae de oculo fratris festucae „idoneum effici posse doctorem, quam de mentis suae lumine trabem perfidiae gravantis „ejecerit.



De

De margaritis ante porcos. De Pseudoprophetis. De domo ædificata super petram.

CANON VI.

1. „*Nolite dare sanctum canibus &c.* Præceptis & promissis Dei nihil pretiosius „sanctiusque est, quæ sanctificatis nobis immortalitatis thesaurum largiuntur. Horum „igitur Sacramenta atque virtutes neque in „gentes efferre, neque cum hæreticis conferre permittuntur: canes enim de oblatrandi „adversus Deum rabie gentes sunt nuncupatæ: „porcorum vero hæreticis est nomen, quia „quamvis ungulæ bifidæ sint, acceptam tamen „Dei cognitionem non ruminando disponunt. „Ergo & concorporationem Verbi Dei, & passionis mysterium, & virtutem resurrectionis „non promiscue tractare nos convenit, ne ignorationem nostram proterant, & infirmitatem „in Deo passionis irrideant. *Matth 7. v. 6. De margaritis ante porcos.*

2. „Sed in his, quæ ignorabimus, via nobis consequendæ veritatis aperitur, quam obtinere in sola precum mora est: ut igitur credamus omnia, *orandum est, quærendum est, pulsandum est:* oratione misericordiam, inquisitione profectum, tentamento adytum reperiri. Quin etiam ad spem obtinendi exemplo humani affectus docemur: nam cum nos „filiis *piscem panemque* petentibus non *serpentem* „simus aut *lapidem reddituri*, quanto magis nobis optimus & præstantissimus Pater orantibus perfectæ fidei munera largietur, neque *v. 7. Orationis vis.*

„ſit pro vitæ cibo lapidem duritiæ gentilis, „aut pro baptismi conſervatione ſerpentem ve-
v. 12. „neni hæretici præſtiturus. Conſummavit de- „inde omnia bonitatis exemplo univerſos amo- „ris mutui pace conjungens.

v. 13. *Angusta porta ad cœlum.* 3. „*Intrate per anguſtam portam &c.* Ar- „duum in cœlum iter homini eſt, & adytus „anguſtus ac tenuis. Cæterum perditionis via „lata eſt, hanc plures obtinent, illam porro „pauci inveniunt; paucis enim damna rerum „præſentium chara ſunt, quibus cupiditates „& animi vincere & illecebrarum omnium le- „nocinia præterire maximum cœleſtis ſpei lu- „crum eſt. Illis autem quibus ſolum bonum „eſt ſcortari, comeſſare, ambire, inſoleſcere, „faſtidire, odiſſe, diripere, plurimus eſt fre- „quentantium iter tale comitatus, & quia pau- „corum eſt, viam anguſtam invenire, fraudu- „lentiam eorum, qui eam ſe quærere men- „tiuntur, exponit dicens:

v. 15. *De pſeudoprophetis.* 4. „*Attendite a pſeudoprophetis &c.* Blan- „dimenta verborum & manſuetudinis ſimula- „tionem admonet fructu operationis expendi „oportere, ut non qualem quis verbis referat, „ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectemus, quia „in multis veſtitu ovium rabies lupina conte- „gitur. Ergo ut ſpinæ uvas, ut tribuli ficus „non generant, & ut iniquæ arbores utilia po- „ma non afferunt, ita ne in iſtis quidem con- „ſiſtere docet boni operis effectum, & idcirco „omnes cognoſcendos eſſe de fructibus: regnum „enim cœlorum ſola verborum officia non ob- „tinent,

„tinent, neque qui dixerit: Domine, Domi-„ne, hæres illius erit: quid enim meriti eſt, „Domino dicere, Domine? numquid Domi-„nus non erit, niſi fuerit dictus a nobis? & „quæ officii ſanctitas eſt nominis nuncupatio, „cum cœleſtis regni iter obedientia potius vo-„luntatis, quam Dei nuncupatio repertura ſit? „*multi mihi dicent in illa die: Domine Domine,* „*nonne in nomine tuo prophetavimus*, & reliqua. „Etiam nunc pſeudoprophetarum fraudulen-„tiam, & hypocritarum ſimulamenta condem-„nat, qui gloriam ſibi ex verbi virtute præſu-„munt in doctrinæ prophetia, dæmoniorum „fuga & iſtiusmodi operum virtutibus, atque „hinc ſibi cœlorum regnum pollicentur, qua-„ſi vero eorum aliquid proprium ſit, quæ lo-„quuntur aut faciunt, & non omnia virtus „Dei invocata perficiat, cum doctrinæ ſcien-„tiam lectio afferat, dæmonia Chriſti nomen „exagitet. De noſtro igitur eſt beata illa æter-„nitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid „ex proprio, ut bonum velimus, malum om-„ne vitemus, totoque affectu præceptis cœle-„ſtibus obtemperemus, ac talibus officiis co-„gniti Deo ſimus, agamusque potius quod vult, „quam quod poteſt, glorfemur, repudians eos „ac repellens, quos a cognitione ſua opera ini-„quitatis averterint.

5. „*Omnis ergo, qui audit verba mea & fa-* *v. 24.*
„*cit, ſimilem eum æſtimabo viro ſapienti, qui ædi-* *De domo*
„*ficat domum ſuam ſuper petram &c.* In petra *ſupra pe-*
„ſeipſum Dominus ſignificat, validum excelſi *tram.*
„ædificii fundamentum, eum autem, qui ex

„se in sublime opus excreverit moveri n„posse vel pluviis, vel fluminibus vel ven„In pluviis blandarum voluptatum illecebr„significat, quibus primum fides rimis paten„bus immadescit; postque torrentium proc„sus, id est, graviorum cupiditatum mot„incurrit, atque exinde tota ventorum vis „cumstantium desævit, universus scilicet „bolicæ potestatis spiritus infertur. Sed fu„damento petræ homo ædificatus insistet: st„tus vero infideliter stat, cito pluviis illab„tibus subruendus, fluminibus propellend„ventis differendus, & secundum naturam „per quas ædificatus est, arenarum cum „vi ruinæ suæ strage solvendus.

De leproso, quem curavit Dominus. D puero tribuni paralytico. De socru Petri. De plurimis & diversis curis.

CANON VII.

Matth. 8. De leproso curato. 1. „*Et descendente eo de monte... leprosus qu„dam adorabat eum &c.* Curatio ob„dientis & credentis turbæ & cum Domino „monte venientis, adoratio in leproso osten„tur, quæ vitiosa labe corporis contamina„audita regni cœlorum prædicatione curari „rogat, contactu corporis visitatur, verbi vi„tute curatur: & *ostendere se sacerdotibus* jub*v. 4.*„tur, ut prænuntiatus in lege operibus ce„natur.

2. „Pr

2. „*Post hæc autem cum introisset Capharnaum,* v. 5.
„*accessit ad eum quidam tribunus &c.* De tribu- *De puero*
„no posuisse me satis sit, principem esse gen- *centurionis curato.*
„tium crediturarum. Succedit deinde in hoc
„puero post paralytici sanitatem curatio popu-
„li de monte descendentis salus gentium, &
„tribunus scit, posse puerum verbo sanari, quia
„salus gentium omnis ex fide est, & quia in
„præceptis Domini vita est universorum. Et
„perfecta quidem est in puero secundum cre-
„dentis fidem veritas sanitatis, sed præsen-
„tium efficientia etiam futurorum imagini
„proficere monstratur, quando & tribuno cre-
„dente, & puero salvato nec talis in Israel fi-
„des reperta est, & regni cœlorum consortium
„cum Abraham gentibus destinatur.

3. „*Cum venisset Jesus in domum Petri, vidit* v. 14.
„*socrum ejus jacentem & febricitantem &c.* In so- *De socru Petri.*
„cru Petri vitiosa infidelitatis æstimatur affe-
„ctio, cui adjacet libertas voluntatis, quæ nos
„quadam sibi conjugii societate conjungit. Er-
„go ingressu Domini in Petri domum, id est
„in corpus, curatur infidelitas peccatorum ca-
„lore exæstuans, & mox sanata famulatu mi-
„nistrat, & quod in eo ante languebat, Dei
„verbo invalescens ministerio tamquam pu-
„blicæ salutis operatum est.

4. „*Vespere autem facto obtulerunt ei multos* v. 16.
„*dæmonia habentes &c.* Curationem promiscuam *De variis curis.*
„horis vespertinis concursu eorum, quos post
„passionem docuit, recognovimus, omnium
„peccata dimittens, & passione corporis sui
„secun-

„ſecundum Prophetarum dicta infirmitates hu-
v. 18. „manæ imbecillitatis abſorbens. *Videns au-*
De ſequela Chriſti. „*tem Jeſus turbas multas circum ſe, juſſit diſcipu-*
„*los ſuos ire trans fretum &c.* Eccleſia inſtar eſt „navis ſubjecta omnibus & ventorum flatibus „& maris motibus, quæ vexatur & ſæculi, & „immundorum ſpirituum incurſibus: propoſi- „tis enim periculorum omnium motibus Chri- „ſti navem, id eſt, Eccleſiam introimus, ſcien- „tes nos mari ventoque jactandos. Ut autem „ordo typicæ ſignificantiæ cohæreret, poſſet- „que intelligi fidelium portio conſcendentium „navim, & infidelium turba reſidentium, ſcri- „bæ & populi perſona ſubjungitur: & quidem „*ſcriba*, an ſit *ſecuturus Chriſtum* interrogat, „quaſi vero lege eum ſequi utile eſſe non con- „tineretur. Igitur infidelitatis affectum ſub „diffidentia interrogationis expreſſit, quia fi- „dei aſſumptio non interroganda eſt, ſed ſe- „quenda. Ut autem eadem interrogatio infi- „delitatis eſſet punita judicio, Dominus re- „ſpondit, *vulpes*, id eſt, pſeudoprophetas & „*volucres cæli*, ſeu immundos ſpiritus *foveas & „nidos habere*, extra navem ſeu Eccleſiam re- „licti, Filium autem hominis non reperire, „in quos collocata Dei cognitione requieſcat, „paucis in navem ſeu Eccleſiam ſecuturis. Ad- „eſt poſt hæc diſcipulus, ſequi Chriſtum volens, „ſed permitti ſibi orans *ſepelire patrem.* Sed „Dominus primum oſtendit, perfectam in ſe „fidem nulla ſæcularis in alterum officii religio- „ne eſſe devinctam: deinde inter fidelem fi- „lium patremque infidelem jus paterni nomi- „nis non relinqui. Non igitur obſequium hu-
„mandi

„mandi patris negavit, sed addendo, *dimitte* „*mortuos sepelire mortuos suos*, admonuit, non „admisceri memoriis Sanctorum mortuos in„fideles.

De discipulis in navi excitantibus Jesum. De duobus dæmoniacis in terra Gerasenorum. De paralytico curato ferente lectum suum.

CANON VIII.

1. „*Et ascendente eo in naviculam secuti sunt* „*eum discipuli, & ecce tempestas magna* „*facta est in mari.* Ecclesiæ, intra quas Ver„bum Dei non vigilaverit, naufragæ sunt, „non quod Christus in somnum relaxetur, sed „quod somno nostro consopiatur in nobis: ma„xime autem illud accidit, ut a Deo præcipue „in periculi metu speremus, atque utinam vel „spes sera confidat sese periculum posse evade„re, Christi intra nos servitute vigilante. Per„petuam autem nobis suæ objurgationis recor„dationem reliquit dicens: *modicæ fidei quid ti-* „*midi estis:* metum scilicet motuum sæcula„rium cum quibus fides Christi vigilat, nul„lum esse oportere. Consequitur deinde ho„minum admiratio dicentium: *qualis hic homo* „*est, quia venti & mare obediunt ei?* Gentium „hic sermo est, quia piaculi gentilis stultitiam „demonstrat, quod eum ex humilitate passio„nis hominem potius nuncupent, quam ex „virtutibus Deum.

Matth. 8. *v.* 23. *De discipulis periclitantibus in mari.* *v.* 26. *v.* 27.

2. „Et

v. 28. 2. „*Et cum venisset trans fretum in reg*
„*Gerasenorum occurrerunt ei duo homines de*
„*numentis exeuntes &c.* Venienti Domino
„homines occurrunt, ut occursu eorum
„currentium ad salutem voluntas indicari
„Sed in hominibus dæmones proclamant,
„sedem invideat; & videntes non sibi jan
„cum in gentibus derelinqui, ut patiatur
„bitare se in hæreticis deprecantur, quibus
„cupatis totus in mare grex præceps co
„est, in cupiditatem scilicet sæcularium
„reliquorum gentilium infidelitate moritu
„quorum principes ad urbem veniunt, &
„gesta sunt, nuntiant. Urbs illa Judaici
„puli habet speciem, qui Christi operibus
„ditis Domino suo obviam pergit, probibe
„ne fines suos urbemque contingeret, ne
„enim Evangelia lex recipit, a qua repudi
„in civitatem suam revertitur. Dei civita
„delium plebs est, in hanc igitur navi, id
„Ecclesiam invectus introiit.

Matth. 9. *De paralytico curato.* 3. „Jamque in *paralytico* gentium univ
„tas offertur medenda: & non dicitur par
„tico: Sanus esto: non dicitur: surge &
„bula, sed dicitur: *Constans esto Fili, re*
„*sunt tibi peccata tua:* in Adam uno pec
„universis gentibus remittuntur, hic filius
„cupatur, qui primum Dei opus est,
„enim paralyticum aliquid peccasse accepin
„Movet autem scribas remissum ab hon
„peccatum, hominem enim tantum in
„Christo contuebantur, & remissum ab
„quod lex laxare non poterat. Porro ut

„in corpore positus intelligi posset esse, qui & „animis peccata remitteret, & resurrectionem „corporibus præstaret, ait: *Surge, tolle lectum* „*tuum*: ubi primum remissionem tribuit pecca„ti, dehinc virtutem resurrectionis ostendit; „tum sublatione lectuli infirmitatem ac dolo„rem corporibus docuit absuturum; postremo „reditum in domum propriam, iter in para„disum credentibus esse redhibendum, ex quo „Adam peccati labe dissolutus excesserat. *Vi*„*dentes autem turbæ timuerunt.* Domini virtu„tem turbæ timent, magni enim timoris res „est, non dimissis a Christo peccatis in mor„tem resolvi, quia nullus est in domum æter„nitatis reditus, si cui indulta non fuerit venia „delictorum. *Et honorificaverunt Deum, qui* „*tantam dedit potestatem hominibus*, scilicet per „Verbum ejus, & peccatorum remissionis, & „corporum resurrectionis, & reversionis in „cœlum.

De Matthæo publicano. De Pharisæorum & discipulorum Joannis jejunio. De adsutu panni rudis. De profluvio mulieris. De filia principis a mortuis excitata. De duobus cæcis. De surdo & muto.

CANON IX.

1. „*Et cum transiret inde Jesus vidit hominem* „*sedentem in telonio, Matthæum nomi*„*ne &c.* Publicanorum nomen ex vita est, qui „rejectis legis operibus gerere se usu commu„ni & publico maluerunt. Ergo e domo, id „est,

Matth. 9. v. 9. De Matthæo publicano.

„est, peccatis corporis Matthæum
„evocavit, in cujus mentem ingressi
„bit. Hic enim Evangelii scriptor,
„cis cibis peccatoribus & publicanis
„divite copia præparavit. Æmulat
„agitat Judæos, Dominum publican
„catoribus communicare, quibus i
„infidelitatis velamine verba legis e
„legem scilicet sacrificiorum observa
„vinctam opem ferre non posse, se
„universis in misericordiæ indulgen
v. 13. „vari: *non enim veni justos vocare, s*
„*res in pœnitentiam.* Ubi ostendit, i
„se justitiæ jactantiam, quia præ sa
„salutem misericordia erat universis i
„sitis necessaria, nam si justitia
„lege, venia per gratiam necessi
„fuisset.

v. 14. *De Pharis. & Joannis discipul. jejunio.* 2. Tunc accesserunt ad eum Joan
„puli, dicentes: *quare nos & Pharis*
„*mus &c.* Sed istis spiritaliter respon
„præsente sponso jejunandi necessita
„lis non sit, & præsentiæ suæ gaudiu
„cramentum sancti cibi edocet, quo
„præsente, id est, in conspectu mei
„stum continens indigebit: ablato aut
„junatores esse dicit, quia omnes
„dentes, resurrexisse Christum, hab
„essent cibum vitæ: in fide enim re
„nis Sacramentum panis cœlestis acc
„quisquis sine Christo est in vitæ
„nio relinquetur.

3. „Ut autem intelligerent, non posse sibi „in veteribus positis perfecta hæc salutis Sa„cramenta committi, comparationis posuit „exemplum, *Pannum rudem* vestimento veteri „non adsui, quia vetustatis infirmitatem vir„tus assumpti rudis dissolvit, & ferventis mu„sti calor *utres veteres* abrumpit, infirmas vi„delicet peccatorum vetustate & animas & cor„pora novæ gratiæ Sacramenta non capiunt, „nisi novi fiant. *v. 16. De adsuto panni rudis.*

4. „*Hæc illo loquente ecce Princeps unus ac„cessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia „mea modo defuncta est &c.* Princeps hic lex „esse intelligitur, quæ Dominum orat, ut „plebi suæ, quam in expectatione ejus nutri„verat, vitam mortuæ reddat: cui quidem „Dominus opem spopondit, ad quam præstan„dam profectus est; sed prior in *mulieris* spe„cie salus publicanis & peccatoribus redditur, „quæ *tactu vestis Domini*, dono scilicet Spiritus „sancti de Christi corpore modo fimbriæ ex„euntis mox sana fit: & ita quod Israeli pa„rabatur, ples gentium occupavit. *Ingreditur* „deinde *Dominus domum principis*, Synagogam „videlicet; cui in canticis legis hymnus lu„ctum personabat, & irridetur a plurimis, „numquam enim illi Deum in homine credi„derunt, quin potius prædicari resurrectionem „ex mortuis riserunt. Apprehensam igitur „puellam manu retraxit ad vitam turba omni „expulsa, quam utique salvari Dominus optas„set, sed irridendo dicta gestaque ejus resur„rectionis non fuit digna consortio. *v. 18. De profluvio mulieris.* *v. 23. De filia principis resuscitata.*

v. 27. *De duobus cæcis.* 5. „Exeuntem igitur Dominum mox „*duo* sequuntur, qui filium David nuncupa „& salvari se rogant, quibus nescientibus „quo salutem peterent, indicavit lex, & s „vatorem suum in corpore ex David gei „monstravit, & lumen mentis inseruit, iis „Dominus ostendit, non ex salute fidem, „per fidem salutem expectandam, cæci ei „quia crediderant, viderunt, non quia v „rant, crediderunt. Ex quo intelligendum „fide merendum esse, quod petitur, cre „tibus enim visum præstat, & *silentium in* „*rat*, quia Apostolorum erat proprium, p „dicare.

v. 32. *De surdo & muto.* 6. „Quin etiam in *muto & surdo & da* „*niaco* gentium plebs indigna totius salutis „fertur, omnibus enim malis circumsessa „tis corporis vitiis implicabatur, & in eo „rum ordo servatus est: nam dæmon prius „citur, & tunc reliqua corporis officia sui „dunt. Deus quippe superstitione effugata „visus & auditus & sermo salutis invehit „cujus facti admirationem talis turbæ est c „secuta confessio: *numquam sic apparuit in* „*rael*, eum, cui per legem nihil afferri c „potuerat, verbi virtute salvari: salute aut „gentibus data civitates omnes virtute & „gressu Christi illuminantur, & omnem *in* „*mitatem* veterni languoris evadunt.



Mi

Misertus turbarum Dominus duodecim di-scipulos præmittit cum potestate & doctrina.

CANON X.

„*Misertus turbarum Dominus*, immundi spi- *v. 36. Misertus Dominus turbæ.*
„ritus dominante violentia vexatam
„& sub legis onere ægrotam plebem misere-
„tur, quia nullus illis pastor esset custodiam
„sancti Spiritus redditurus. Erat autem do-
„ni istius copiosissimus fructus, sed nondum
„messus a quoquam, sed ab Apostolis meten-
„dus, quos primo præcipit *abstinere a viis gen-* *Matth. 10. Apostolorum missio.*
„*tium*, ita ut opere & vita gentilis ignorantiæ
„abstinerent. Secundo *in civitates Samaritano-*
„*rum* vetiti sunt introire, scilicet ut Ecclesias hæ-
„reticorum non adeant, admonentur. Tertio
„mittuntur *ad oves perditas domus Israel*. Hoc
„minus Israel sceleris sui excusationem habi-
„turus, quo plus sedulitatis in admonitione
„sensisset. Quarto tota in Apostolos *potestas*
„Dominicæ virtutis transfertur, ut qui in Adam
„in imaginem & similitudinem Dei erant figu-
„rati, nunc perfectam Christi imaginem for-
„tiantur. Quinto ut *prædicent*, *regnum cælo-*
„*rum propinquare*, imaginem scilicet Dei in
„consortium veritatis assumi: *infirmos curent*,
„*mortuos suscitent*, *leprosos mundent*, *dæmones*
„*ejiciant*, *gratis dent*, *quod gratis acceperunt*;
„*aurum*, *argentum* & *pecuniam in zonis non*
„*possideant*, ne quid in ministerio illorum ve-
„nale sit; nec *peram* in via ferant, curam
„scilicet sæcularis substantiæ; nec *duas tunicas*
„*habeant*, sufficit enim semel Christus indutus,

„tradidisse, sed quia omnis sermo ejus carna-„libus tenebræ sunt, & verbum ejus infideli-„bus nox est. Itaque id, quod a se di-„ctum est, cum libertate fidei & confessionis „vult esse loquendum. Idcirco quæ in tene-„bris dicta sunt, prædicari jussit in lumine, „ut quæ secreto aurium commissa sunt, super „tecta, id est, excelso loquentium præconio „audiantur. Constanter enim Dei ingerenda „cognitio est, & profundum doctrinæ Evan-„gelicæ secretum lumine prædicationis aposto-„licæ revelandum, non timentes eos, quibus „cum sit licentia in corpora, tamen in ani-„mam jus nullum est, sed timentes potius „Deum, cui perdendæ in gehenna & animæ „& corporis sit potestas. *Nonne duo passeres „asse veneunt, & unus ex illis non cadit in ter-„ram sine voluntate patris vestri &c.* Ut nihil ex „nobis periturum esse cognosceremus, quia „multo passeribus meliores sumus, ipso *capil-„lorum* nostrorum supputatorum numero indi-„catur. Nullus igitur corporum nostrorum ca-„sus est pertimescendus, neque ullus interi-„mendæ carnis admittendus est dolor, quan-„do pro naturæ suæ atque originis conditione „resoluta in substantiam spiritualis animæ re-„fundatur, & quia doctrinis talibus confirma-„tos oportet liberam confitendi Dei habere „constantiam, etiam conditionem, qua tene-„remur, adjecit, negaturum se eum Patri in „cœlis, qui se hominibus in terra negasset; „eum porro, qui confessus coram hominibus „se fuisset, a se in cœlis confitendum, qua-„lesque nos nominis sui testes hominibus

„fuis-

„fuissemus, tali nos apud Deum Patrem te„stimonio ejus usuros.

5. *Nolite arbitrari, quoniam veni pacem* v. 34
„*mittere in terram &c.* Cum innovamur Bap- *Pugna*
„tismi lavacro per Verbi virtutem ab origi- *carnis*
„nis nostræ peccatis & autoribus separamur, *spiritus*
„sicque quadam exsecatione gladii Dei a pa„tris & matris affectionibus dissidemus, & ve„terem cum peccatis atque infidelitate sua „hominem exuentes, & per Spiritum anima „& corpore innovati, necesse est, ut vetusti „operis consuetudinem oderimus: & quia cor„pus ipsum per fidem mortificatum in natu„ram animæ ob communionem cum Verbo „evadit, atque idem cum anima velle cæpit „effici, fit gravis dissensio, & domestica no„vo homini erunt inimica, quia ille per Ver„bum divisus ab illis manere interior & ex„terior, id est, & corpus & anima in Spiri„ritus novitate gaudebit, ea vero, quæ in„genita sunt, consistere in his, quibus oble„ctata sunt, concupiscent, & origo carnis, „& origo animæ, & libertas potestatis in duos „dividentur, animam scilicet & corpus ho„minis novi, quæ idem velle cæperunt. Et „idcirco illi, qui domesticas nominum chari„tates dilectioni Dei prætulerunt, futurorum „bonorum indigni erunt hæreditate.

6. „Postquam igitur Christus omnia relin- v. 38.
„quenda, quæ in sæculo charissima sunt, im- *Crux*
„peraverat, adjecit, *qui non accipit crucem* *renda.*
„*suam, & sequitur me, non est me dignus.* Quia

 „qui

„qui Christi sunt, crucifixerunt corpus cum „vitiis & concupiscentiis, & indignus est „Christo, qui non crucem suam, in quá compatimur, commorimur, consepelimur, con„resurgimus, accipiens Dominum sit secutus. „*Nam qui invenerit animam suam, perdet illam, „& qui perdiderit animam suam, inveniet eam.* „Verbi scilicet potestate, & veterum dimissio„ne vitiorum proficiet lucrum animæ in mor„tem, & damnum in vitam.

Joannes de carcere ad Jesum mittit, & Jesus de Joanne ad turbas loquitur. Item confessio Jesu ad Patrem.

CANON XI.

Matth. 11. Joannes ad Christum mittit.

1. „*Joannes autem cum audisset in carcere ope„ra Christi, mittens ad eum discipulos „suos ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium „expectamus?* Tali Joannes exemplo non suæ, „sed discipulorum ignorantiæ consulit, ipse „enim venturum in remissionem peccatorum „prædicavit, sed ut scirent, non alium a se „prædicatum, ad opera ejus intuenda disci„pulos suos misit, ut authoritatem dictis suis „illius opera conferrent, neque Christus alius „expectaretur, quam cui testimonium opera „præstitissent. Et cum totum se Dominus re„rum miraculis prodidisset, cæcorum scilicet „visu, claudorum gressu, vita mortuorum, „ait: *Beatus qui in me non fuerit scandalizatus,* „quia enim futura erat crux sua plurimis scan„dalum, beatos eos professus est, quorum fi-

„dei

„dei nihil tentamenti afferret crux, mors, „atque ſepultura. At ne iſtud referri ad Jo„annem poſſet, tamquam aliquid ſcandaliza„tus fuiſſet in Chriſto, abeuntibus illis ad „turbas de eo locutus eſt.

2. „*Quid exiſtis in deſertum videre? arun-* *v. 7.*
„*dinem vento agitatam?* id eſt, numquid ex- *Elogium*
„iſtis videre hominem cognitione Dei, adin- *S. Joan.*
„ſtar arundinis vacuum, & ad immundorum „ſpirituum flatum vagantem? quod increpan„tis affectu potius, quam confirmantis loqui„tur, oſtendens ſcilicet, non illum in Joanne „conſpici, qui & inanis & mobilis ſit. *Sed* „*quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum?* „*ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum* „*ſunt.* Id eſt, illi quibus per luxum & laſci„viam fluida, mollia & diſſoluta ſunt cor„pora, ſunt mundi dominantium dæmo„num habitatio, conſimilem ſedem propoſitis „ſuis & operibus eligentium. *Sed quid exiſtis* „*videre? Prophetam? dico vobis, etiam plus* „*quam Prophetam:* quia ſoli Joanni licuit, & „prophetare Chriſtum & videre, & quo ex „*natis mulierum nullus major Propheta ſurrexit*, „niſi quod minor, qui interrogatur, cui non „creditur, cui teſtimonium nec opera ſua „præſtant, in regno cœlorum major erit.

3. „*A diebus autem Joannis Baptiſtæ usque* *Matth.* 11.
„*nunc regnum cœlorum vim patitur &c.* quia *v.* 12.
„gloria Iſrael patribus debita, a Prophetis *Regnum*
„nuntiata, a Chriſto oblata, fide gentium *cœlorum*
„occupatur & rapitur. *Cui autem ſimilem æſti-* *vi rapitur.* *v.* 16.

 „*mabo*

„*mabo generationem istam? similis est pueris se-*
„*dentibus in foro &c.* Totus hic sermo infide-
„litatis opprobrium est, quia insolens plebs
„per diversa prædicationum genera edocta
„non fuit, & Prophetas in medio Synagogæ
„instar puerorum in foro cantantium populum
„coarguentes non audierint, & dictis eorum
„non paruerint: atque ita tot & tantis etiam
„Christi admonitionibus frustra habitis nec per
„gratiam justificentur, & a lege sint abdicati:
v. 19. „*& justificata est sapientia a filiis suis*: ab his
„scilicet, qui vim facientes regno cœlorum
„ipsum illud fidei justificatione diripiunt, con-
„sitentes justum sapientiæ opus esse, quia mu-
„nus suum ad fideles & obsequentes a contu-
„macibus infidisque transtulerit. Unde se-
v. 21. „quitur: *væ tibi Chorozain &c.* ubi inobedien-
Impœnitentia Judæorum. „tiæ maledictum, cum obedientiæ benedictio-
„ne decernitur: primis enim Judæis oportuit
„prædicari, qui vero ob infidelitatem suam
„credentium arguuntur exemplo: Dominum
„enim in Bethsaida & Caparnaum muti lau-
„dant, cæci vident, & nulla fidei voluntate
„rerum tantarum admiratio commovebat, cum
„sola gestorum auditio revocare ad fidem, &
„ad fidem rapere debuisset. Sed non solum
„*Tyri* & *Sidonis*, sed ipsa *Sodomorum & Go-*
„*morrhorum* facient levia peccata, quia forte
„illis credendi fuisset affectus, si talium virtu-
„tum contemplatio contigisset.

v. 25. 4. „*In illo tempore respondens Jesus dixit:*
Confessio Christi ad Patrem. „*confiteor tibi Domine &c.* digne superioribus
„confessio talis adjungitur: cælestium enim ver-

„borum

„borum arcana & virtutes *sapientibus abscon-* „*duntur*, & *parvulis revelantur*, parvulis mali- „tia non sensu, sapientibus vero stultitiæ suæ „præsumptione, non prudentiæ causis, facti- „que hujus æquitatem Dominus paternæ volun- „tatis judicio confirmat, ut qui dedignantur „parvuli in Deum fieri, stulti deinceps in sa- „pientia sua fiant. Ac nequid in illo minus, „quam quod in Deo est, existimetur, *omnia* „*sibi a Patre* ait *tradita* esse, solique se *Patri* „*cognitum*, Patremque soli sibi notum, vel cui „ipse revelare voluisset, qua revelatione eam- „dem utriusque in mutua cognitione esse sub- „stantiam docet. Legis deinde difficultatibus „laborantes, & peccatis sæculi oneratos ad *se* „*advocat*, dempturumque se laborem onusque „promittit, si modo ejus *jugum tollant*, man- „datorum scilicet suorum præcepta suscipiant, „eum Sacramento crucis adeant, quia *corde* „*humilis* & *mitis est*, & in his *animabus suis* „*requiem inveniant*. Et quid jugo ipsius sua- „vius, quid onere levius? probabilem fieri, „scelere abstinere, bonum velle, malum nol- „le, amare omnes, odisse nullum, æterna „consequi, præsentibus non capi, nolle in- „ferre alteri, quod ipsi sibi perpeti sit mo- „lestum.



Disci-

Discipuli spicas vellunt. Manus arida Sabbato curatur. Cæcus & dæmoniacus curatur. De blasphemia Spiritus. De fructu arboris bonæ & malæ. De verbo otioso. De signo Jonæ. De Ninivitis. De septem spiritibus. De matre Jesu & fratribus.

CANON XII.

Matth. 12. Discipuli spicas vellunt.

1. „*In illo tempore abiit Jesus per segetes Sabbatis &c.* Ager mundus est, Sabbatum „otium est, seges crediturorum profectus in „messem. Ergo Sabbato in agrum profectus „in legis otio Domini progressus in hunc mundum est, segetem, id est, sationem humani „generis invisens. Et quia esuritio famés est „salutis humanæ, spicas vellere scilicet Sanctorum se salute satiare discipuli festinant. „Pharisæi vero illicita agere discipulos coarguunt, quos Dominus exemplo David panes „propositionis comedentis, & Sacerdotum Sabbato in templo sacrificantium redarguit, & „adjecit, opus salutis nostræ non *sacrificio*, „sed in *misericordia* esse, quia lege cessante in „Dei bonitate salvamur, cujus rei donum si „intellexissent, numqam *condemnassent innocentes* Apostolos, quos insimulabant transgressæ legis invidia, cum sacrificiorum vetustate cessante universis per eos misericordiæ novitas subveniret, neque existimassent, Sabbati præscripto Dominum Sabbati contineri.

2. „Subji-

2. „Subjicitur poſt hæc manus aridæ cura- v. 9.
„tio: nam poſt reditum de ſegete, ex quo jam *Manus*
„Apoſtoli fructus ſationis acceperant, *ad Sy- aridæ cu-*
„*nagogam* venit, etiam illinc meſſis ſuæ ope- *ratio.*
„rarios paraturus, qui curantur, in manu „enim dandæ ſalutis ſubſtantiam non habe„bant. Dominus igitur cum juſſit *manum ex„tendere*, illa ſimilis Apoſtolorum in officio „dandæ ſalutis efficitur. *Plures* autem *tur-* v. 15.
„*bæ illum ſecutæ ſunt*, ab infidelibus ſcilicet „recedenti, fidelium comitatus aſſiſtit: his ve„ro quos curat *ſilentium imperavit*, & glorian- v. 16.
„di de ſe jactantiam declinat, & nihilominus „cognitionem ſui præſtat in eo ipſo, quod ju„bet de ſe taceri, quia obſervantia ſilentii ex „re, quæ ſit ſilenda, proficiſcitur.

3. „Sequitur *dæmoniaci & cæci & muti* op- v. 22.
„portuna curatio, quia enim priora ad con- *Dæmo-*
„vertendum Iſrael non ſolum nihil proficie- *niaci mu-*
„bant, verum etiam Phariſæi conſilium necis *ti & cæci*
„inibant, oportebat, ut poſt hoc in unius hu- *curatio.*
„jus forma gentium ſalus fieret, ut qui erat „habitatio dæmonis & cæcus & mutus, Deo „capax pararetur, & Deum contueretur in „Chriſto, & Chriſti opera Dei confeſſione lau„daret. Sed quia Phariſæi hæc opera eſſe ex„iſtimare hominis non poſſent, & confiteri „Dei nollent, omnem hanc ejus ex *Beelzebub* „principe dæmoniorum eſſe dicebant in dæ„mones poteſtatem. *Jeſus autem ſciens cogita„tiones eorum dixit illis, omne regnum diviſum „contra ſe deſolabitur.* In Phariſæos reſponſio„nis ipſius conditionem retorſit: lex enim a

„Deo

„Deo eſt, & regni Iſrael pollicitatio ex
„eſt, & Chriſti adventus ex lege eſt: ſi
„regnum legis contra ſe dividitur, diſſc
„tur neceſſe eſt, & ſic regnum Iſrael a
„ex lege, cum adimpletionem legis in C
„ſto plebs legis impugnet; & *civitas* Hie
„lem non ſtabit: & *ſi ſatanas ſatanam e*
„*adverſus ſe diviſus eſt*, & regnum ejus divi
„tali diſſolutum eſt, ergo ſi diſcipuli operant
„Chriſto, & Chriſtus ex Spiritu Dei oper
„cum per Beelzebub poſſe Chriſtus argu
„Deus blaſphematur in Chriſto, atque it
„Deum inexpiabilis convicii blaſphemia
„Phariſæos in Beelzebub nomine compar

v. 31. *Blaſphemia in Spiritum irremiſſibilis.* 4. „*Nam omne peccatum & blaſphemia re*
„*tetur hominibus, Spiritus autem blaſphemia*
„*remittetur.* Caret quippe miſericordia, ſi D
„negetur in Chriſto, & in quo ſine venia
„catur, benevolentiam iteratæ admoniti
„impendit: quid enim tam extra veniam
„quam in Chriſto negare, quod Deus ſit,
„in Spiritu Dei omne opus conſummet, &
„ſit regnum cœlorum, & in eo Deus ſit m
„dum reconcilians ſibi? Ergo quidquid
„tumeliæ extiterit in Chriſto, id omne e
„bit in Deo, quia & in Chriſto Deus, & C
„ſtus in Deo eſt.

v. 33. *De arbore bona & mala.* 5. „*Aut facite arborem bonam &c*, Arbo
„ſe in corpore poſitum Chriſtus ſignificat,
„per interiorem virtutis ſuæ fœcundita
„exit ubertas omnis in fructus. Unde Chri
„aut tamquam inutilis relinquendus, aut t
„qu

„quam bonus bonorum fructuum utilitate re-„tinendus, quia adversus Filium hominis di-„cta sub venia sunt, blasphemia autem Spiri-„tus caret venia. Omnem autem male sen-„tiendi corruptelam ex naturæ vitio proficisci „docuit, dicens, *de malo thesauro* nonnisi quæ „mala sunt posse ferri, & omnis *otiosi*, id est, „inepti & inutilis *dicti* rationem Deo esse red-„dendam. *v. 36. De verbo otioso.*

6. „Signum deinde rogatur ut præstet, „quod se ex *Jonæ signo* daturum esse respon-„dit *triduo in ventre ceti* detenti, quo pari etiam „tempore intra interiora terræ se demoraturum „dicit. Sed majorem futuram gentium fidem „monstrat ab exemplo *Ninivitarum*, & *reginæ* „*Austri*. Item etiam ex eo quod immundus spi-„ritus, qui ex Judæis metu legis excesserat, „nunc ad eos cum ultione repudiatæ ab eis „gratiæ cum *septem aliis spiritibus se nequioribus* „revertitur. *v. 38. De signo Jonæ, Ninivitis, & septem spiritibus.*

7. „Et quia totum istud in paternæ maje-„statis virtute loquebatur, nuntianti sibi, quod „foris a matre & fratribus expectaretur, ma-„num in discipulos extendens, sibi fratres es-„se matremque respondit, quicunque volunta-„ti paternæ obsequutus esset: formam seipsum „agendi universis constituens, propinquitatum „omnium jus & nomen jam non conditione „nascendi, sed de ecclesiæ communione reti-„nendum. Est autem etiam in eo typica ra-„tio servata, ut mater ejus & fratres foris sta-„rent, quia in sua venit, & sui eum non re-„cepe- *v. 46. De matre Jesu & fratribus.*

„ceperunt, unde in matre ejus & fratribus Sy-
„nagoga & Israelitæ præfigurantur, ingressu
„& aditu abstinentes.

Sedens in navicula Jesus turbis parabolas loquitur: de seminante bonum semen: de grano sinapis: de fermento: de thesauro in agro: de bona margarita: de reti misso in mare.

CANON XIII.

Matth. 13. *Jesus parabolas loquitur.*

1. „*In illa die exiit Jesus, & sedebat secus mare &c.* In Parabolis Dominus locuturus erat, & facto significabat, eos, qui extra ecclesiam positi sunt, nulli divini sermonis capere posse intelligentiam: navis enim ecclesiæ typum refert, intra quam verbum vitæ positum & prædicatum est. De parabolis autem jam a Domino absolutis loqui otiosum est. *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit &c.* Regni mysteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit, proficiet, & incrementis profectus sui abundabit, in quibus vero non fuerit, etiam quod habent, auferetur ab eis, quam proinde fidem Judæi non habentes, legem quam habuerunt, perdiderunt. *Vestri autem beati oculi, qui vident, & aures, quæ audiunt.* Apostolici temporis beatitudinem docent, quorum oculis & auribus contigit Dei salutare visere & audire.

2. „Si-

2. „*Simile est regnum cælorum grano sina-* v. 37.
„*pis &c.* Grano sinapis se Dominus compara- *De grano*
„vit acri maxime & omnium seminum mini- *sinapis.*
„mo, cujus virtus & potestas tribulationibus
„& pressuris accenditur. Granum hoc seu
„Christus, ubi a populo comprehensus & tra-
„ditus morti tamquam in agro satione quadam
„fuit corporis consepultus, ultra mensuram
„omnium olerum excrescit & universam Pro-
„phetarum gloriam excedit, & jam ex ramis
„arboris ex solo in sublime prolatæ *cæli volu-*
„*cres* inhabitant; Apostolos scilicet ex Christi
„virtute protensos, & mundum inumbrantes
„in ramis intelligemus, in quos gentes in spem
„vitæ advolabunt, & diaboli flatu vexatæ tam-
„quam in ramis arboris acquiescent.

3. „*Simile est regnum cælorum fermento &c.* v. 38.
„Fermento se Dominus comparavit, quod *ac-* *De fer-*
„*ceptum mulier*, Synagoga scilicet per judicium *mento.*
„mortis abscondit, arguens legem & Prophe-
„tas ex Evangeliis dissolvi: hoc autem farinæ
„mensuris tribus, id est, legis, Prophetarum,
„Evangeliorum æqualitate coopertum omnia
„unum facit, ut quod lex constituit, & Pro-
„phetæ nuntiaverunt, idipsum Evangeliorum
„profectibus expleatur, fiuntque omnia per
„Dei Spiritum ejusdem & virtutis & sensus.

4. „*Iterum simile est regnum cælorum thesau-* v. 44.
„*ro abscondito &c.* Per similitudinem thesau- *De thesau-*
„ri in agro spei nostræ opes intra se positas *ro abscon-*
„ostendit, quia Deus in homine est repertus, *dito.*
„cujus pretio omnes sæculi vendendæ sunt fa-

„cultates, ut vestitu, cibo potuque indi„tium æternas cœlestis thesauri divitias c„paremus. Ideo autem absconditus est the„rus, quia & agrum emi oportebat, nam u„di & possidendi hujus thesauri Christi „agro potestas non est sine pretio, quia c„stes divitiæ nonnisi damno sæculi possi„tur. Et *de margarita* par ratio est, sed ad

v. 45. *De bona margarita.* „gotiatorem jam diu in lege versantem p„ciens hic sermo est, quia longo ac diu „labore ad margaritæ scientiam perveniret „ea, quæ sub onere legis adeptus sit, der„quat: diu enim est negotiatus & margari „aliquando, qualem optabat, invenit, c„unius hujus desiderati lapidis pretium rel„laboris jactura est comparandum.

v. 47. *De reti misso in mare.* 5. „*Iterum simile est regnum cœlorum reti* „*so in mare &c.* Merito prædicationem s„reti comparavit, quæ in sæculum venien„ne sæculi damno, habitantes intra sæcul„congregavit modo retis, quod mare penetr„ita agitur de profundo, ut per omne elem„ti illius corpus evadens, clausos intra an„tum suum extrahat, nosque e sæculo in „men veri solis educat, in bonorum electi„& malorum abjectione futuri judicii exan„ostendens.



De Scriba in regno cœlorum. De fratribus & sororibus Domini. De Joannis capite in disco. De quinque panibus & duobus piscibus. De ingressu super mare Petro merso erecto.

CANON XIV.

1. „*Intellexistis hæc omnia &c.* Intelligentibus „discipulis parabolas dignum testimo„nium reddit, ipsos sibi patrisfamiliæ nomi„ne comparans, quod doctrinam de thesauro „suo novorum & veterum sint adepti, quosque „ideo propter scientiam nuncupat. *Et factum „est, cum consummasset Jesus parabolas istas, „transiit inde & venit in patriam suam &c.* In„honoratur Dominus a suis, quanquam & do„cendi prudentia & operandi virtus admiratio„nem commoveret, non enim credunt hæc in „homine Deum agere, quin etiam *patrem, ma„trem, fratresque* ipsius nuncupant, & paternæ „artis quodam opprobrio lacessunt. Quibus „Dominus *inhonorabilem in patria sua prophetam* „esse respondit, quia in Judæa esset usque ad „crucis sententiam contemnendus: unde etiam „propter eorum incredulitatem ab omnibus di„vinæ operibus virtutis abstinuit. *Matth. 14. De Scriba, fratribus & sororibus Christi.*

2. „*In illo tempore audit Herodes tetrarcha fa„mam Jesu* & reliqua. Joannes formam præ„tulit legis. Joannes ergo Herodem monebat, „ne fratris sui uxorem sibi jungeret, id est, ne „Israel infidelitatem sibi jungeret. Ob hanc *Matth 14. De nece S. Joannis.*

„vero admonitionis veritatem Joannes tam-„quam lex in carcere continebatur. Die au-„tem natalis, in rerum temporalium gaudiis „Herodiadis filia ſaltavit; voluptas enim ex „infidelitate orta per omnia Iſraelis gaudia ef-„ferebatur. Hæc matris ſuæ, id eſt, infide-„litatis inſtinctu deferri ſibi caput Joannis, id „eſt, gloriam legis oravit, quæ lex inceſtuo-„ſum Iſraelem arguebat. Igitur inter reliqua „diſſoluti populi gaudia *in diſco Joannis caput* „*affertur*, damno ſcilicet legis voluptas corpo-„rum & ſæcularis luxus augetur. Ita per puel-„lam ad matrem defertur, ac ſic probroſus Iſ-„rael & voluptati & infidelitati ſuæ familiæ „gloriam legis addixit. Finitis igitur legis „temporibus & cum Joanne conſepultis diſci-„puli ejus res ita geſtas Domino nuntiant, ad „Evangelia ſcilicet ex lege venientes.

v. 15. De quinque panibus & duobus piſcibus.

3. „Ergo Dei verbum lege finita *navem* „*conſcendens* Eccleſiam adit, & in deſertum „concedit. Relicta quippe converſatione Iſrae-„lis in vacua divinæ cognitionis pectora tranſit. „Turba hæc audiens Dominum de pede ſequi-„tur in deſertum, de Synagoga videlicet ad „Eccleſiam conſcendit. Quam videns miſer-„tus eſt, & omnem languorem ejus curat, ob-„ſeſſas ſcilicet mentes infidelitatis veterno „emundat, & cum diſcipuli dimitti turbas in „caſtella proxima ad coemendos cibos admo-„nerent, reſpondit: *non habent neceſſe ire*, oſten-„dens, eos venalis doctrinæ cibo non egere, „neque neceſſitatem habere, regredi ad Ju-„dæam cibumque mercari, jubetque Apoſto-

„lis,

„lis, ut eis escam darent, sed illi solos se „*quinque panes & duos pisces* responderunt ha„bere, quia adhuc sub quinque panibus quin„que libri legis continebantur, & piscium duo„rum, id est, Prophetarum & Joannis prædi„cationibus alebantur. Acceptis igitur pani„bus & piscibus *respexit ad cælum, benedixit,* „*& fregit*, Patri agens gratias, post tempora „legis ac Prophetarum se in Evangelicum ci„bum verti significans. Accumbere post hæc „super fœnum populus jubetur, non jam in „terra jacens, sed lege suffultus & fructibus „operis sui substratus. Subduntur quoque Apo„stolis panes, quia per eos erant divinæ gra„tiæ dona reddenda, plebs deinde duobus „panibus, & duobus piscibus pascitur, & *frag*„*menta* residua usque ad *duodecim cophinorum* „plenitudinem abundaverunt; Dei scilicet ver„bo ex doctrina legis Prophetarumque venien„te multitudo satiatur, & reservata gentium „plebi ex æterni cibi ministerio in duodecim „Apostolorum plenitudinem copia divinæ vir„tutis exuberat.

4. „*Conscendere post in navem discipulos præ*„*cepit &c.* esse intra Ecclesiam, & per fretum, „id est, per sæculum ferri usque in id tem„pus jubet, quo revertens in claritatis adven„tu, populo omni, qui ex Israel erit reliquus, „salutem reddat. Sed inter hæc *discipuli ma*„*ri & vento differuntur*, & totis sæculi motibus „immundo spiritu adversante jactantur. Sed „*quarta vigilia Dominus venit.* Prima enim vi„gilia erat legis, secunda Prophetarum, tertia

Matth. 14 v. 22. De ingressu super mare, & Petro erecto.

v. 24.

v. 25.

 „corpo-

„corporalis adventus, quarta autem in reditu „claritatis, sed inveniet fessam, & antichristi „spiritu & totius saeculi motibus circumactam. „Sed bonus Dominus statim loquetur: *Ego* „*sum*, adventus sui fide metum naufragii im„minentis depellens; quod vero respondere so„lus Petrus audet, & juberi sibi, *ut super*
v. 28. „*aquas ad Dominum veniat*, precatur, passionis „tempore voluntatis suae designat affectum, „cum Dominum ad contemnendam mortem „pari virtute comitatus est; sed infirmitatem „futurae tentationis timiditas ejus ostendit, „qua usque ad negationem coactus est. Sed „proclamat & salutem orat a Domino: clamor „iste poenitentiae ipsius gemitus est. Quod „autem trepidanti illi manum extendit, ap„prehensumque sustinuit, haec ratio est, quod „cum Dominus esset redemtio universorum, „erat etiam Petrus ante redimendus, cum in „redemptionis fidem in Christi martyrem re„servatur. Et hoc in Petro considerandum „est, fide eum caeteros anteisse, nam igno„rantibus caeteris primus respondit: *Tu es Fi*„*lius Dei vivi*, cujus etiam ascensu in navim „ventum & mare esse sedatum, post clarita„tis suae reditum aeterna Ecclesiae pax & „tranquillitas indicatur: & quia tunc mani„festus adveniet, recte admirantes universi „loquuti sunt: *vere Filius Dei est:* confessio „enim universorum tunc absoluta & publica „erit.



De

De lavandis manibus: & ea, quæ ex ore exeunt, inquinare. De filia Chananææ mulieris, De septem panibus & paucis piscibus.

CANON XV.

1. „*Tunc accesserunt ad eum Scribæ &c.* Ab- *Matth.* 15.
„soluta & dictorum & gestorum in *De lavandis manibus &c.*
„consequentibus ratio est, nam his, quæ pro-
„posita fuerant, ipse respondit, *omnem plantationem, quæ non a Patre sit eradicandam* dicens, id est, traditionem hominum eruendam, cujus favore legis præcepta transgressi sunt, & ideo eos esse *duces cæcos* vitæ æternæ iter, quod non videant, pollicentes, cæcisque ipsis, & ducibus cæcorum *casum in foveam esse communem*.

2. „Post hæc *ad regiones Tyri & Sidonis* *v.* 21.
„*venit*, & *Chananæa* a finibus illis egressa fi- *De filia Chananææ.*
„liæ suæ opem poscit. Merito hæc Chananæa proselytorum formam præferens existimabitur fines suos egressa, ex gentibus scilicet in populi alterius nomen excedens. Ipsa quidem curatione jam non eget, quæ Christum & Dominum, & David Filium confitetur, sed filiæ suæ plebi videlicet gentium dominatu immundorum spirituum occupatæ opem poscit. Dominus tacet, silentii pœnitentia Israel privilegium salutis reservans. Et miserantes discipuli preces jungunt, sed arcanum ille paternæ voluntatis continens *ovi-*

„*bus se perditis Israel missum esse* respondit, ut „absolute liqueret, typum Ecclesiae Chananaeae filiam continere, cum illa posceret, „quod aliis differebatur, non quod non & „gentibus impertienda salus esset. Atque ideo „ait: *non licet accipere panem filiorum, & dare* „*canibus*. Delatus Israel honor affectus in eum „Dei cumulat invidiam, juxta quem plebs gen„tium accepit canum nomen. Sed Chananaea „jam ipsa per fidem salva, & interioris certa „mysterii respondit: *micis, quae de mensa ca*„*dunt, pasci catellos*, canum opprobrio jam sub „blandimento diminutivi nominis mitigato. Et „ut silentium Domini intelligeremus ex ratio„ne temporis, non voluntatis difficultate pro„ficisci, adjecit: *o mulier magna est fides tua.* „Salutis suae scilicet jam certa, quin etiam de „gentium congregatione confidat, quo in tem„pore ita credentes mox ut puella ab omni do„minatu immundorum spirituum liberabuntur.

v. 37. *De septem panibus multiplicatis.* 3. „*Jesus autem convocatis discipulis ait: mi*„*sereor turbae &c.* Miseretur turbae Dominus, „quod triduum secum maneat, quam dimittere „jejunam non vult, ne in via prae inedia de„ficiat. Ordo idem in sermone Domini est, „qui in consequenda gratia manet. Venturi „enim ad Baptismum prius confitentur credere „se in Dei Filio, & in passione & resurrectio„ne ejus, & toto passionis dominicae tempore „quadam Domino compassionis societate jun„guntur, quos Dominus misertus ne in vitae „saecularis cursu & opere defectio labefactaret, „vult cibo suo alere, & ad peragendam totius

„itine-

„itineris fortitudinem panis sui virtute fir„mare. *Panes* igitur *septem* offeruntur, nulla „enim ex lege & Prophetis gentibus salus „sumitur, sed per gratiam Spiritus vivunt, „cujus septiforme munus est. Ergo Spiritus „per fidem salus gentium est, quae *in terram* „*recumbunt*, nullis enim legis operibus fue„rant ante substratae, sed peccatorum & cor„porum origini inhaerentes ad donum Spiri„tus septiformis vocantur. Indefinitus pi„scium numerus diversorum donorum & cha„rismatum partitiones ministrationesque signi„ficat, quibus fides gentium gratiarum di„versitate satiatur. Sed quod *septem sportae* re„plentur, redundans & multiplicata septifor„mis Spiritus copia indicatur, cui quod lar„giatur, exuberet, fitque saturatis nobis di„tior semper & plenior. Quod vero *quatuor* „*millia virorum* congregantur, multitudo in„numerabilium ex quatuor orbis partibus in„telligitur. Turba igitur dimittitur satiata & „expleta, & quia omnibus diebus vitae no„strae nobiscum Dominus manet, navem, id „est, Ecclesiam credentium plebe comitatus „ingreditur.



De Jonæ Prophetæ signo, & de fermento Pharisæorum. De confessione Petri. De benedictione Domini. De se abnegando.

CANON XVI.

Matth. 16. *De signo Jonæ.* 1. „*Et accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes, & rogaverunt eum, ut „signum de cœlo illis ostenderet.* Humilitatem „in Christo carnis contuentes, doctrinam ex „his, quæ sub hominis habitu gerebat, dedignantur accipere: quorum insolentiam irridens, multa eos de natura cœli conjicere „solere respondit, porro autem ignorare eos „temporum signa, cum omnibus lex & Pro„phetæ adventus sui indicia ex operum, quæ „gereret, admiratione significent. Sed ortum „e cœlo signum iis terrestre constituit, ut eos „intra confessionem humilitatis contineret, „dandum dicens *Jonæ signum.* Huic se com„parat Dominus, quem ad futuræ passionis „effectum in prædicationem pœnitentiæ ad „Ninivitas præmiserat, quique post triduum „devoratus a ceto illæsus in auras superas „sicut Christus a mortuis vivus evasit.

v. 5. *De fermento Pharisæorum.* 2. „*Attendite vobis a fermento Pharisæo„rum &c.* absoluta omnis de fermento Phari„sæorum & Sadducæorum obscuritas est. „Quod autem abstinere se eo Apostoli juben„tur, non admisceri doctrinæ Judæorum mo„nentur, quia legis opera in effectum fidei „&

„& in præformationem rerum consequentium „constituta sunt, ut in quorum tempora at„que ætatem veritas contigisset, nihil ultra „in veritatis similitudine spei positum arbitra„rentur, ne doctrina Pharisæorum Christum „nesciens effectus veritatis Evangelicæ cor„rumperet.

3. „*Venit autem Jesus in partes Cæsareæ „Philippi &c.* Quia summum in fide Christi „Dei hominis bonum est, Dominus a disci„pulis requirit, quem se homines esse dice„rent, & adjecit hominis Filium: hæc enim „confessionis tenenda ratio est, ut sicut Dei „Filium, ita & Filium hominis meminerimus, „quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad „salutem. Editis itaque, quæ diversæ de eo „erant hominum opinionibus, quid de se ipsi „sentiant, quærit. Petrus respondit: *Tu es „Christus Filius Dei vivi.* Sed Petrus condi„tionem propositionis expenderit. Dominus „enim dixerat, quem me homines esse dicunt, „Filium hominis? & certe Filium hominis „contemplatio corporis præferebat; sed ad„dendo, quem me esse dicunt? significavit, „præter id, quod in se videbatur, esse aliud „sentiendum: erat enim hominis Filius. Quod „igitur de se opinandi judicium desiderabat? „non illud arbitramur, quod de se ipse con„fessus est, sed occultum erat, de quo quæ„rebatur, in quod se credentium fides debe„bat extendere. Et dignum plane confessio „Petri præmium consecuta est, quia Dei Fi„lium in homine vidisset: beatus hic est, qui „ultra

v. 13. De confessione Petri.

„ultra humanum oculos intendisse, & vidisse „laudatus est, non id, quod ex carne & sanguine „erat, sed Dei Filium cœlestis Patris revelatio„ne conspiciens, dignusque judicatus, qui quod „in Christo Dei esset, primus agnosceret. O in „nuncupatione novi nominis felix Ecclesiæ fun„damentum, dignaque ædificationis illius pe„tra, quæ infernas leges, & tartari portas, & „omnia mortis claustra dissolveret. O beatus „cœli Janitor, cujus arbitrio claves æterni „adytus traduntur, cujus terrestre judicium „præjudicata autoritas sit in cœlo, ut quæ in „terris aut ligata sint aut soluta, statusejus„dem conditionem obtineant & in cœlo. Ju„bet etiam discipulis, ne cui loquantur, quod „ipse est Christus, alios enim Spiritus sui te„stes esse oportere, legem videlicet & Pro„phetas, cæterum resurrectionis testimonium „proprium esse Apostolorum.

v. 20. *Petrus reprehensus.* 4. „Quia vero scientium in Spiritu Chri„stum beatitudo monstrata est, negatæ rursus „passionis ejus periculum declaratur: nam cum „de ea prædicare cæpisset, Petrus ait: *Absit „a te Domine, non erit istud: At ipse conversus „Petro dixit: Vade retro post me Satana &c.* „Ut enim Dei munus est, Christum in Spiritu „Deum nosse, ita Zaboli opus est, Christum „in homine nescire. Igitur post prædicationem „passionis accipiens diabolus facultatem fu„mens hanc humanæ infidelitatis occasionem „opinionis istius insinuavit affectum. Sed sciens „Dominus zabolicæ artis instinctum, Petro „ait: *Vade retro post me*, id est, ut exemplo

„passio-

„passionis se sequatur; in diabolum vero con-
„versus adjecit: *Satana scandalum mihi es*: non
„enim convenit existimare, Petro satanæ no-
„men & offensionem scandali deputari, post
„illa indultæ & beatitudinis & potestatis tan-
„ta præconia, sed quia infidelitas omnis dia-
„boli opus est, Petri responsione Dominus of-
„fensus cum opprobrio nominis infidelitatis
„istius est detestatus authorem.

5. „*Tunc Jesus dixit discipulis suis: Siquis* *v. 24.*
„*vult post me venire abneget semetipsum &c.* O *Abnega-*
„beatum damnum & jactura felix! ditescere *tio sui.*
„nos Dominus detrimento animæ & corporis
„voluit, & esse sui similes hortatur, quia
„ipse in figura Dei constitutus usque ad mor-
„tem humilis & obediens factus principatum
„potestatis totius, quæ in Deo est, accepit.
„Sequendus igitur est cruce assumta, & pas-
„sionis suæ si non forte attamen voluntate co-
„mitandus est. *Quid enim prodest occupasse*
„*mundum, si perdenda anima?* Quæ autem
„commutatio pro anima, cum fuerit amissa,
„quæretur? cum angelis enim Christus aderit
„reddens singulis, ut merebuntur. Quid af-
„remus ad vitam? terrenarum opum thesau-
„ros, ambitiosos dignitatum titulos, veteres
„delicatæ nobilitatis imagines? neganda sunt
„hæc omnia, ut melioribus abundemus, &
„contemtu universorum Christus sequendus
„est, & æternitas spiritualium terrenorum est
„damno comparanda.

Ubi

Ubi in monte cum Moyse & Helia videtur. Ubi puerum lunaticum salvat de credentium fide. De didrachma.

CANON XVII.

Matth. 17. *Transfiguratio Christi.*

1. „Postquam ad tollendam crucem, & per„dendam animam, & damno mun„commutandam vitæ æternitatem monue„Dominus, conversus ad discipulos ait, quo„dam ex his futuros, *qui gustaturi mortem n„essent, donec Filium hominis in regni sui glor„contuerentur*. Itaque verba res sequitur: na„post sex dies Petrus, Iacobus, & Ioann„assumuntur seorsum, & in excelso mon„consistunt, ipsisque inspectantibus *Domi„transfiguratur*. Et in hoc quidem facti gene„servatur & ratio, & numerus, & exemplu„nam post dies sex gloriæ Dominicæ habit„ostenditur: sex millium scilicet annoru„temporibus evolutis regni cœlestis hono„præfiguratur tribusque assumptis de triu„origine Sem, Cham, & Iaphet futura electi„populi ostenditur. Quod autem *Moyses* & „*Elias* assistunt, medius inter legem & Pro„phetas Christus in regno est, cum his eni„Israelem quibus testibus prædicatus est, judi„cabit, simulque resurrectionis gloria docetu„cum Moyses conspicabilis adstitisset. Ipse „autem Dominus *nive ac sole* candidior, scili„cet supra opinionem nostram cœlestis lumini„splendore conspicuus. Petro autem ut *tria „tabernacula* fierent offerenti nihil respondetur, „nondum enim, ut in hac gloria consisterent

„tem-

„tempus erat: ſed loquente adhuc eo *nubes* „*eos candida* inumbravit, & divinæ virtutis „ſpiritu ambiuntur. Hunc eſſe *Filium*, hunc di„lectum, hunc complacitum, *hunc audiendum* „vox de nube ſignificat. Territos deinde „elevavit ut ſolum contuerentur, & ſilentium „rerum geſtarum imperat, donec a mortuis re„ſurgeret, hoc enim fidei præmium reſerva„batur, ut honor redderetur his apud quos „non levis ſola præceptorum autoritas repe„riretur.

2. „Reverſo ad turbas Domino a patre v. 14.
„genibus advoluto *puer offertur dæmoniacus fre-* *De puero*
„*quenter & in aquam decidens & in ignem*, cui *lunatico.*
„curationem afferre diſcipuli non potuerunt. „Objurgatis his, & increpato dæmone ſanus „puer factus eſt. Crediderant quidem Apo„ſtoli, nondum tamen erant perfectæ fidei, „atque icirco ait: *generatio incredibilis atque*
„*perverſa quousque ero vobiscum*. Denique quæ- v. 19.
„rentibus a ſe, quare dæmonium ejicere non *De fidei*
„potuiſſent reſpondit, de inopia fidei factum *virtute.*
„eſſe, quia ſi in illis tamquam granum ſinapis „eſſet, monti huic, ut a loco in locum tran„ſiret, cum efficiendi poteſtate præciperent. „Sed jam de monte deceſſerat: itaque et ſe „granum ſinapis nuncupavit, & diabolum mon„tem, cœleſteſque virtutes per eos ejicien„das, & in altitudinem maris tamquam in „profundum inferni abjiciendas, quos in hanc „efficaciam *jejunium & oratio* proſequentur. „Sub diſcipulorum etiam nomine Phariſæi & „Scribæ intelligi poſſunt, qui non per legem „amiſ-

„amissam, sed fidem in Christum dæmonem „ejicere potuissent.

v. 24. De didrachma soluta. 3. „*Et cum venisset Jesus capharnaum didrachmam* solvere postulatur, hoc enim lex omni „Israeli pro redemptione animæ & corporis „constituerat in ministerio templi servientium. „Sed lex futurorum umbra est, non enim æris „pretium desiderabat, ut tam exigua impensa „criminibus corporis & animæ redemptio con„cederetur. Ut igitur nos Christi nomine con„signatos offeramus in Christo vero Dei tem„plo pro testimonio Filii Dei, hujus didrach„mæ oblatio constituta est. Ergo hæc eadem „didrachma consvetudine legis tamquam a „homine poscebatur a Christo qui ut scandalo „præstet, illud solvit, debito autem legis ob „paternæ dignitatis gloriam ut Deus liber est, „et *staterem* in ore piscis a Petro capti reper„tum pro se & Petro solvere jubet.

De infantibus inhibitis, humilitate, scandalo, ove perdita, correctione fraterna, & ignoscendo aliis.

CANON XVIII.

Matth. 18. De parvulis sequendis. 1. „*In illa die accesserunt discipuli ad Jesum di„centes: Quis putas major est in regno „cœlorum &c.* Nonnisi reversos in naturam „puerorum introire regnum cœlorum Domi„nus docet, id est in simplicitatem puerilem „vitia corporum nostrorum animique revocan„da. Pueros autem credentes omnes per au„dien-

„dientiæ fidem nuncupavit, hi enim patrem „sequuntur, matrem amant, proximo velle „malum nesciunt, curam opum negligunt, „non insolescunt, non oderunt, non menti„untur, dictis credunt, & quod audiunt, ve„rum habent. Revertendum igitur est ad sim„plicitatem infantium, quia in ea collocati „speciem humilitatis Dominicæ circumfe„remus.

2. „*Væ mundo ab scandalis &c.* humilitas „passionis scandalum mundo est, in hoc enim „maxime ignorantia detinetur humana, quod „sub deformitate crucis æternæ gloriæ Domi„num noluit accipere; & quid mundo tam „periculosum quam non recepisse Christum? „ideo vero necesse esse ait venire scandala, „quia ad sacramentum reddendæ nobis æter„nitatis omnis in eo passionis humilitas esset ex„plenda. Superius autem in abscindendis ma„nu vel pede propinquitatum contineri nomi„na exposuimus, atque ideo cognationem „generis Israelitæ relinquendam. *Videte ne* „*contemnatis unum de pusillis istis, qui in me* „*credunt.* Arctissimum vinculum amoris mutui „imposuit ad eos præcipue, qui vere in Do„mino credidissent: *pusillorum enim Angeli* „*quotidie Deum vident*, quia Filius hominis „venit salvare, quæ perdita sunt. Ergo & „Filius hominis salvat, & Deum angeli vi„dent, & angeli pusillorum præsunt fidelium „orationibus. Præesse angelos absoluta autori„tas est. Salvatorum igitur per Christum oratio„nes angeli quotidie Deo offerunt: Ergo pe-

v. 7.
De scandalo vitando.
Angeli custodes.

„riculose ille contemnitur, cujus desideria „ac postulationes ad æternum & invisibilem „Deum ambitioso angelorum famulatu ac mi- „nisterio pervehuntur.

v. 12. *De ove perdita:* 3. „Atque ut ingentem esse in cœlis læti- „tiam reditu humanæ salutis ostenderet com- „parationis posuit exemplum, ejus qui *oves* „*nonaginta novem* in montibus reliquisset, & „errantem unam requisisset, qua inventa plus „gaudii sit, quam habebatur in nonaginta no- „vem, ovis una homo intelligendus est, & „nonaginta novem multitudo angelorum opi- „nanda est, quibus in cœlo est lætitia & cu- „ra salutis humanæ.

v. 12. *De correptione fraterna.* 4. „*Quod si peccaverit in te frater tuus, va-* „*de & corripe eum &c.* Eum ordinem conti- „nendæ charitatis nobis Dominus imposuit, „quem ipse in conservando Israel tenuerat, „quem sacrificantem diis alienis potestatis „suæ terrore corripuit: deinde insolenti Is- „rael lex et Prophetæ & Ioannes missus est, „ut peccare desinerent, tertio ipso Domini ad- „ventu tamquam coetu Ecclesiæ inspectantis „admonitus est, frustraque habilis his objur- „gationibus publicani aut ethnici utilitate „negligitur. Quærenti deinde Petro, an *pec-* „*canti in se fratri septies remitteret, respondit:* „*non usque septies sed usque ad septuagesies sep-* „*ties*: quod placabilitatis suæ confirmat exem- „plo, quippe peccatorum omnium veniam per „fidem tribuens, neque enim naturæ nostræ „vitia indulgentiam merebantur: ergo omnis

„venia

„venia ex eo eſt, cum etiam ea, quæ in ſe ſunt „peccata poſt reditum confeſſionis indulgeat. „Unde cum omnium omnino peccatorum ve„niam Deus nobis ſuo potius munere quam „noſtro merito largiatur, fas non eſt, nos ex „præſcripto legis dandæ veniæ numero con„cludi, cum per Evangelii gratiam ſine modo „nobis a Deo fuerit indulta. Quin etiam ad „perfectæ bonitatis affectum comparationis po„ſuit exemplum, in quo *ſervo* unde redderet „non habenti *omne Dominus debitum relaxavit*, „conſervoque ſuo ſervus ille exiguum, quod „ſibi debebatur, extorquens per hoc volunta„tis ſuæ vitium donum munificentiæ Domini „amiſit.

De tranſitu Jeſu in Galilæam. De uxore non dimittenda. De infantibus inhibitis. De divite difficulter ſalvando.

CANON XIX.

1. „*Et factum eſt, cum locutus eſſet ſermones* *Matth.* 19.
„*iſtos Jeſus, tranſtulit ſe in Galilæam,* *De tran-*
„*& venit in fines Judææ,* ut peccata gentium *ſitu Jeſu*
„in eam veniam, quæ Iudææ parabatur, ad- *in Galilæ-am.*
„mitteret. Illum autem ſermonem qui de *v.* 3.
„uxore ac *repudio* eſt, quem Apoſtolus de *De uxore*
„Chriſto & Eccleſia velut myſterium grande *non dimit-*
„accepit intactum relinquamus: admonemus *tenda.*
„tamen legentem, ut quibus Dominus reſpon„derit, & quibus verbis diſcipuli uſi ſint, di„ligenter advertat. Pauli autem de hoc af„fectum vel ſilentis, vel ſub aliis locis tractan-

 „tis

v. 10. De Eunuchis. „tis expendat. Nobis circa *eunuchos* sermo „sit, & voluntas: in uno posuit naturam, in „altero necessitatem, in tertio voluntatem: „naturam in eo, qui ita nascitur; necessita„tem in eo, qui ita factus est; voluntatem in „illo, qui spe regni cœlestis talis esse decreve„rit, cui nos similes effici, si tamen possimus, „admonuit.

v. 13. De infantibus prohibitis. 2. „*Tunc oblati sunt ei infantes &c.* Infan„tes hi gentium forma sunt, quibus per fidem „& auditum salus redditur. Verum ex af„fectu primum salvandi Israel a discipulis in„hibentur accedere, quos Dominus ait non „oportere prohiberi, quia talium sit regnum „cœlorum. Munus enim & donum spiritus „sancti per impositionem manus & precatio„nem cessante legis opere erat gentibus lar„giendum.

v. 15. Adolescens vitam æternam quærens. 3. „*Et ecce unus accessit ad eum, & ait illi* „*Magister quid boni faciam, ut habeam vitam* „*æternam.* Juvenis hic formam Iudaici populi „habet, nihil præter præcepta Moysi spei ex„pectantis a Christo: cui Dominus in respon„sione ipsa severitatem judicii ex se futuri pro„testatus est dicens: *Quid me vocas bonum* „is enim, cui necesse sit iniqua punire, nomi„ne bonitatis abstinuit, congrua severitate „judex usurus. Hunc ergo ex lege insolentem „remittit ad legem, ut in ea ipsa intelligeret, „se nihil recti fecisse: jussus enim fuerat, non „occidere, sed prophetas interfecit, & sic de „cæteris: ut igitur depositis omnibus vitiis

„in

„in legem reverteretur, est jussus. Sed re„spondit, hæc omnia fecisse se a juventute „sua, & quærit, quid adhuc restet. Cui Do„minus respondet, *vendenda* omnia bona sua „esse, danda pauperibus, & tunc eum futurum „esse perfectum, habiturumque thesaurum in „cœlis; ubi admonetur, confidentiam legis re„linquere, & eam felici commercio mutare. „Hæc autem neminem posse efficere, nisi qui „sequi cæperit Christum. Sed adolescens au„ditis his tristis recessit, multam enim opu„lentiæ fiduciam habebat ex lege. Dehinc „Dominus cognita adolescentis mæstitudine „respondit.

4. „*Difficile divitem venturum in regnum* *v.* 23. „*cœlorum;* quin etiam adjecit: *Camelum faci-* *Divites* „*lius per foramen acus posse transire.* Habere *difficulter* „divitias criminis non est, sed modus in ha- *salvantur.* „bendo retinendus est: nam quomodo imper„tiendum est, si impertiendi materia non re„linquatur. Sed periculosa cura est, velle „ditescere, & grave onus innocentia subit in„crementis opum occupata; rem enim sæculi „famulatus Dei non sine sæculi istius vitiis affe„quetur: hinc difficile est, divitem regnum „cœlorum adire, ita ut non absolute regnum „cœlorum nemo introire possit, sed intelligatur „futurorum raritas ex difficultate. In sensu „vero typico adolescens ubi jacturam legis fa„cere præcipitur tristis est, est enim judaico „populo crux & passio scandalum, idcirco nihil „salutis ipsi ex ea est, adeoque difficile tran„sit in Evangelicam libertatem, & in regnum

cælorum introibit, sed facilius camelus seu gentes per foramen acus seu verbi novi prædicationem angustissimum iter regni cœlestis intrabit, quam opulentia divitis, id est, gloriantis in lege.

De præmio & spe Apostolorum. De novissimis primis futuris. De operariis in vinea. De filiis Zebedæi. De primo accubitu. De duobus cæcis.

CANON XX.

1. „*Auditis itaque istis discipuli admirantur,* „*& metuunt dicentes, neminem posse sal-* „*vari.* Dominus respondet, *hoc impossibile esse* „*apud homines possibile apud Deum.* Rursum „illi ajunt, *reliquisse se omnia,* & cum ipso esse, „Quibus Dominus, cum sederit in sede maje- „statis suæ sessuros super sedes duodecim ac „totidem tribus Israel judicaturos spopondit. „Omnis hic sermo est spiritualis: Apostoli „enim spiritualiter audientes, neminem ex „lege posse salvari metuunt: sed Dominus eo- „rum metum solvit, hoc esse possibile per „Evangelium dicens. Quibus auditis Apostoli „cito credunt, seque omnia reliquisse profiten- „tur, quam obedientiam Dominus cito mune- „ratur, cum dicit: *vos, qui secuti me estis, in* „*regeneratione judicabitis duodecim tribus Israel:* „secuti in regeneratione sunt in lavacro Bap- „tismi, in fidei sanctificatione, in adoptione „hæreditatis, in resurrectione ex mortuis. Hæc „est illa regeneratio, quam lex indulgere non „potuit,

„potuit, quæ Apoſtolos ſuper duodecim thro„nos in judicandis duodecim tribubus Iſrael; „in duodecim Patriarcharum gloria copulavit. „Cæteris quoque contemptu ſæculi ſe ſequen„tibus centeſimi fructus copiam pollicetur, qui „in centeſima ove cum cœleſti lætitia exple„tur, quem perfectæ terræ ubertas conſeque„tur. Atque ita *ex noviſſimis primi efficientur*, „quia noviſſimi efficientur ex primis.

2. „*Simile eſt regnum cælorum homini patri„familias, qui exiit primo mane, conducere ope„rarios* &c. Patremfamilias hunc D. N. Ie„ſum Chriſtum exiſtimari neceſſe eſt, qui to„tius humani generis curam habens omni tem„pore univerſos ad culturam legis vocaverit: „*vineam* vero legis obedientiam, *denarium* vero „obedientiæ præmium ſignificare intelligimus; „*forum* aut pro ſæculo accipi res ipſa admonet. „In prima igitur hora tempus conſtituti teſta„menti ad Noe ex matutini ſignificatione no„ſcendum eſt; tertia hora ad Abraham, ſex„ta ad Moyſen, nona ad David et Prophetas, „in undecima autem hora corporei adventus „tempus oſtendit. Et quidem diverſus ad un„decimæ horæ operarios ſermo eſt: Primis „enim & cæteris dictum eſt: *Ite ad vineam*, „merces tamen cum primo conſtituta denarii, „cæteris vero juſtæ ſolutionis promiſſa ſpes „eſt: noviſſimis vero dicitur: *quid hic ſtatis?* „quia quamvis ad Iſrael lata lex fuerat, vo„luntas tamen gentium non excludebatur a „lege. Qui reſponderunt: *nemo nos conducit*, „debitum namque, per orbem Evangelium

Matth. 20. De vineæ operariis.

„prædicari. Hi igitur mittuntur ad vineam, „& mercedem legis optimæ & inculpabiliter „custoditæ donum gratiæ per fidem credentibus primis & novissimis Deus largitur.

v. 20. *De filiis Zebedæi.*

3. „*Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi &c.* In matre filiorum Zebedæi lex „intelligitur, quæ confidentia privilegii sui „pro credentibus ex se populis deprecatur, ut „in Domini regno unus a dextris in Domini „regno sedeat, alius ad sinistram: cui Dominus respondit: *nescire eam quid oret*, & in „medio sermone, an *calicem passionis possent* „*bibere* interrogat: at illi qui jam martyrii libertatem constantiamque retinebant, bibituros se pollicentur: Dominus vero collaudans eorum fidem ait, martyrio quidem eos „secum compati posse, sed ut lævæ ejus ac „dextræ assiderent, aliis a Deo Patre fuisse „depositum, sed quantum ex Evangeliis sentire licet, Moysi & Heliæ Christum in monte „transfiguratum comitantibus; & hos quidem „eosdem Prophetas duos prævenientes adventum ejus esse intelligimus, quos Apocalypsis „Ioannis ab Antichristo perimendos esse dicit, „licet variæ vel de Henoch vel de Hieremia „plurimorum extiterint opiniones, quod alterum eorum sicut Heliam mori non oporteat. Et hæc quidem instruendi causa sint „dicta. Cæterum ut ratio spiritualis intelligentiæ plena esset, pro duobus Dominum „mater oravit, duæ enim sunt vocationes ex „Israel, una discipulorum Joannis, altera „Apostolorum & Pharisæorum, quæ post pas-

Moyses & Helias Christo in judicio assidebunt.

„sionem

ionem Evangelio Chriſti crediderunt, Apoſtoli reliqui de duobus mæſti conſortium gloriæ ipſis optabant. Ne autem credituri de prærogativa Iſraelitici nominis præſumerent; docet, non eos, quibus miniſtratum it, ad gloriam honoris maximi advocandos.

4. „*Et credentibus illis ab Hiericho... ecce* v. 29.
duo cæci ſedentes ſuper viam audierunt, quod *De duobus*
Jeſus tranſit &c. competenter cæci duo viam *cæcis,*
obſident, populi videlicet gentium duo ex Cham & Iaphet procreati, ſibique cæcis reddi viſum deprecantur: denique eos turba objurgat, quia acerbe a cæcis audiunt, quod negabant, Dominum eſſe David Filium, illuminatis enim cæcorum mentibus Deus in homine prædicabatur. Quibus miſertus oculos contingit, & viſum cognoſcendi Dei reddidit: atque ut typus crediturarum gentium expleretur, cæleſtis gratiæ cognitione percepta, qui cæci fuerant, videntes Dominum ſunt ſecuti.



De asina et pullo ejus. De ejectis e t plo nummulariis. De ficu maledicta. I duobus filiis ad vineam missis. De publicanis & meretricibus.

CANON XXI.

Matth. 21. *De asina & pullo.*

1. „Post superiorem sermonem, quo in „bus filiis Zebedaei duplicem ex I „vocationem significatam meminimus, c „petenter nunc duo *discipuli ad solvendam* „*nam & pullum* destinantur, quia duplex „ex gentibus plebis vocatio consecutura, f „cet samaritanorum & gentium, quippe „Philippum Samaria credidit, per Pet „autem Cornelius tamquam primitiae gent „adductus est. Porro asina de vico solv „& Domino redditur. Pullum vero idem „minus ascendit contumacem, durum at „hæc omnia gentilis ignorantiæ vitia edom „tur. Atque hæc omnis species futuri o „nem tenet: aderit enim Dominus in clar „tis suæ adventu gentes possidens, & glori „suam in *vestimentis* Patriarchæ Domino f „sternent, docentes omnem gloriam su „præparationi Dominici adventus fuisse f „stratam: illi etiam Prophetæ mortibus se „ferentes vestimenta seu corpora sua inced „tis itineri substernunt. Apostoli quoque „fructuosarum gentium *ramos*, *modo* fruct „sos Domino substernent. Turba autem „laudationis verba redemptionis in eo exp

„n

„mit poteſtatem, nam *Oſanna* Hebraico ſemo-„ne ſignificatur redemptio domus David. *Oſanna ſignificatio.*

2. „Commovetur deinde Hieroſolyma, & „Dominus templum introit; ſeu Eccleſiam, „a qua primum omnia ſacerdotalis miniſterii „vitia expellit, reddenda enim ab omnibus „gratuita tradiderat, quæ gratuita fuerant „conſecuti: *cathedras* autem præcipue *ven-„dentium columbas* evertit. In columba enim „ſanctum ſpiritum intelligimus, in cathedris „ſacerdotii ſedes eſt. Ergo eorum, qui ſpiri-„tus ſancti donum venale habent, cathedras „evertit, quibus miniſterium a Deo commiſſum „negotiatio eſt. *v. 10. De ejectis e templo nummulariis.*

3. „*Mane autem tranſiens in civitatem eſuriit, „& videns arborem fici ſecus viam venit ad „eam &c.* In ficu ſynagogæ poſitum exem-„plum eſt; dato enim pœnitentiæ ſpatio, quod „inter paſſionem, & reditum claritatis Do-„mini eſt medium, veniet eſuriens plebis hu-„jus ſalutem, & inveniet infæcundam, foliis „tantum veſtitam, id eſt, verbis inanibus glo-„riantem, ſed fructibus ſeu bonis operibus „vacuam, & expectatis proventibus nudam, „& quia pœnitendi tempus exceſſit, in perpe-„tuum ſententia judicii cœleſtis areſcit. Ad-„mirantur vero diſcipuli arborem in momento „aruiſſe, quos Dominus ſi fidem habuerint, „non ſolum hæc, ſed majora eorum eos poſ-„ſe confirmat, nam illi non ſolum judicaturi „erant Iſrael, ſed etiam jus omne in diabolo, „quem montem nuncupat, erant conſequuturi, *v. 18. De ficu maledicta.*

„ait

„ait enim: *si fidem habueritis, non solum de „ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, „tolle, & jactare in mare, fiet.*

v. 28. De duobus filiis. 4. „*Homo quidam habebat duos filios &c.* „Primus est Filius populus ex Pharisæis in „præsens a Deo per Ioannis prophetiam, ut „præceptis obtemperaret, admonitus: hic ino„bediens fuit habens in lege fiduciam, qui „deinceps operum miraculis post Domini re„surrectionem pœnitens sub Apostolis credidit, „& anterioris insolentiæ culpam pœnitendo „confessus est. Filius autem junior plebs „est publicanorum & peccatorum, cui præ„ceptum est per Joannem, ut a Christo ex„pectaret salutem, & ab eo baptizata credi„dit. Sed quod ait spopondisse eam ituram se, „& non iisse, ostendit, credidisse, eam qui„dem Joanni, sed quia Evangelicam accipere „doctrinam nonnisi post passionem Domini per „Apostolos potuit, non iisse eam significat, in „quo proinde necessitatis mora sine crimine „voluntatis ostenditur: unde etiam publicani „& meretrices in regno erunt priores.

De vinitoribus missos ad se interficienti„bus. De invitatis & veste nuptiali.

CANON XXI.

v. 43. De vinitoribus homicidis. I. „*Homo erat paterfamilias, & plantavit vi„neam &c.* Patremfamilias hic Pa„trem Deum intelligimus, qui populum If„rael in proventum optimorum fructuum plan„taverit,

„taverit, quique eos sanctificatione paterni „nominis, id est, nobilitate Abrahae, Isaac „& Iacob intra fines suos tamquam septo ali„quo custodiae peculiaris incluserit, prophetas „quoque quasi quaedam *torcularia* aptaverit, „in quos musti modo quaedam ubertas sancti „spiritus ferventis influeret: in *turri* autem „eminentiam legis extruxerit, quae & in coe„lum ex solo egressa proveheret, & ex qua „Christi speculari posset adventus: in *colonis* „vero principum sacerdotum & Pharisaeorum „est species, quibus in plebem potestas est „promissa doctrinae: in *servis* vero missis, ut „fructus perciperent repetitus progressus Pro„phetarum, qui variis temporibus verberati, „lapidati & occisi sunt: in *Filio* vero ad ulti„mum misso Domini nostri & adventus & pas„sio est, quia extra Hierusalem tamquam ex„tra vineam in sententiam damnationis ab„jectus est: consilium vero colonorum, & „haereditatis occiso haerede praesumptio spes „inanis est gloriam legis perempto Christo „posse retineri. In patrisfamilias reditu tem„pore judicii gloria est in Filio paternae maje„statis assistens, qui est *lapis angularis* ab aedi„ficatoribus improbatus, sed in fastigium „erectus, et in oculis omnium miraculis, & „inter legem & gentes lateris & aedificii „utriusque conjunctio.

2. „*Simile est regnum coelorum homini regi*, „*qui fecit nuptias Filio suo &c.* Hic nuptiae „vitae coelestis & in resurrectione suscipiendae „aeternae gloriae sacramentum est, quae in „Christo

Matth. 22. De nuptiis & veste nuptiali

„Christo jam perfectæ habentur. Qui ante
„monentur ut veniant invitati, antea popu
„rael est, in gloriam enim æternitati
„legem est advocatus. *Servi* missi qui i
„tos vocarent, Apostoli sunt: qui vero i
„cum præceptorum conditione mittu
„Apostolici sunt viri & successores Apo
„rum. *Tauri saginati* gloriosa martyrun
„cies est, qui confessioni Dei tamquam
„electa sunt immolati. *Saginata altilia*
„homines spirituales, qui tamquam cœlest
„ne ad evolandum aves paratæ cœteros a
„cibi ubertate expleturæ. His enim om
„cœlestis gloria tamquam nuptiæ nuntia
„sed eorum admonitionem ita neglexeru
„eorum ambitione sæculi tamquam *agro*
„parentur: plures ob pecuniæ cupidit
„*negotiatione* detinerentur, cæteri misso
„vos, uti Apostolos, affectos injuriis o
„runt, unde missi exercitus cœlestes on
„eorum congregationem judicio Dei uren
„flammis æterni ignis succendent. Inc
„ergo repertis his, qui primi invitati fu
„jubet iri ad *exitum viarum*, dono enim g
„vitæ anterioris crimina remittuntur: v
„deinde omnes sine aliqua exceptione ad
„tias jubet, & mali simul cum bonis ven
„vocatio quidem bonos efficere debuerat,
„sancta est, sed per vitium inemendata
„luntatis discrimen est vocatorum, &
„simulatio Deum fallere non potest, ide
„gressus Deus & hominem accumbentem
„*nuptiali veste* conspiciens, interrogat,
„modo sit ingressus: vestitus autem nup

„eſt gloria ſpiritus ſancti, & candor habitus „cœleſtis, qui bonæ interrogationis confeſſio„ne ſuſceptus usque in cœtum regni cœlo„rum immaculatus & integer reſervatur. Hic „itaque tollitur, & in exteriores *tenebras* mit„titur, quia multi vocati pauci vero electi.

De tributo Cæſari dando. De ſeptem fratrum uxore. De maximis mandatis. De Filio David.

CANON XXIII.

1. „ *Tunc abierunt Phariſæi & conſilium fece-* *v. 15.*
„*runt, ut eum caperent in verbo &c.* *De tribu cæſari dando.*
„Frequenter Phariſæi commoventur, & occa„ſionem inſimulandi eum ex præteritis habere „non poſſunt, cadere enim vitium in geſta „ejus & dicta non poterat: ſed de malitiæ „affectu in omnem ſe inquiſitionem reperien„dæ accuſationis extendunt, namque a ſæcu„li vitiis, atque ſuperſtitionibus humanarum „religionum univerſos ad ſpem regni cæleſtis „vocabat. Igitur an violaret ſæculi poteſta„tem de propoſitæ interrogationis conditione „pertentant, an videlicet & reddi tributum „cæſari oporteret: Qui interna cogitationum „ſecreta cognoſcens (Deus enim nihil eorum, „quæ intra homines abſconſa ſunt, non ſpe„culatur) afferri ſibi denarium juſſit, & quæ „ſunt, cujus & inſcriptio eſſet & formæ Pha„riſæi reſponderunt, cæſaris eam eſſe: qui„bus ait: *cæſari redhibenda eſſe, quæ cæſaris „ſunt: Deo autem reddenda eſſe, quæ Dei ſunt.*

„O ple-

„O plenam miraculi responsionem, & perfectam „dicti cœlestis absolutionem: ita omnia inter „contemptum sæculi & contumeliam lædendi „cæsaris temperavit, ut curis omnibus & of„ficiis humanis absolveret, cum cæsari, quæ „ejus redhibenda decernit, si enim nihil ejus „penes nos resederit, conditione reddendi ei, „quæ sunt non tenebimur. Porro autem si „rebus ejus incubamus, si jure potestatis suæ „utimur, & nos tamquam mercenarios alieni „patrimonii procuratione subjicimus, extra „querelam injuriæ est, cæsari redhiberi, quod „cæsaris est, Deo autem, quæ ejus sunt, „propria reddere nos oportere, corpus, ani„mam, voluntatem: ab eo enim hæc recte „profecta atque aucta retinemus, proinde con„dignum est, ut ei se totum reddant, cui „debere se recolunt & originem & profectum.

v. 23. *De septem mulieribus & resurrectione.* 2. „*In illa die accesserunt ad eum Sadducæi,* „*qui dicunt non esse resurrectionem &c.* & pro„ponunt, septem fratrum eamdem conjugem „cujusnam eorum in resurrectione futura sit, „quibus respondet, quod *tunc non nubent, ne*„*que nubentur:* de ipsa vero resurrectione ad„versum infidelitatem eorum ita locutus est: „*non legistis, quod dictum est vobis a Deo ita di*„*cente: Ego sum Deus Abraham... non est Deus* „*mortuorum, sed viventium.* Sermo enim hic „ad Moysen sanctis istis Patriarchis jam pri„dem quiescentibus extiterat: ergo quorum „erat Deus, hi Deum habebant, nihil autem „poterant habere, si non erant, atque ita Deum „habere viventium est, cum Deus æternitas

„sit,

„ſit, & non ſit eorum, quæ mortua ſunt, ha„bere id, quod æternum eſt: & quomodo eſ„ſe illi futurique ſemper negabuntur, quorum „ſe eſſe profiteatur æternitas?

3. „Succedunt Sadducæis tentantibus Pha- *v. 34. De maximo mandato.*
„riſæi, *& interrogavit eum unus ex his legis do„ctor: quod eſt mandatum magnum in lege:* re„ſpondit primum eſſe mandatum: *diliges Do„minum Deum tuum in toto corde tuo, & in to„ta anima tua, & in tota mente tua.* Admo„net igitur cognitionis ejus, quam habere ſe „gloriabantur in lege, Deum omni affectu di„ligendum: deinde adjecit: ſecundum vero „ſimile eſt huic: *diliges proximum tuum ſicut „te ipſum.* Sed mandatum ſequens & ſimi„le ſignificat idem eſſe & officii & meriti in „utroque, neque enim aut Dei ſine Chriſto, „aut Chriſti ſine Deo poteſt utilis eſſe dilectio. Et „ideo in his duobus mandatis univerſa lex „pendet & Prophetæ, quia lex & prophetia „omnis Chriſti deputabatur adventui. Nam „de proximo frequenter admonuimus, non „alium intelligendum eſſe, quam Chriſtum.

4. „Atque ut legis ipſius verbis argui poſ- *v. 41. De Chriſto filio David.*
„ſent, & de proximo manifeſtior intelligen„tia ponderetur, requirit, quid illis videretur, „*Chriſtus cujusnam Filius futurus eſſet:* qui re„ſponderunt: *David.* Quibus ait: *Quomodo „in Spiritu Dominus a David nuncuparetur.* Erat „quidem verum Chriſtum ex David ſemine „procreandum, ſed ſimilitudo nominis, qua „Dominus Domino dicebat, ſignificabat & de

„consortio nominis substantiae unitatem, &
„minissent, in eo, qui ex David oriebatur,
„nae virtutis & potestatis, & originis sub
„tiam contineri, & Deum in homine mansu

De cathedra Moysi. De vitiis Phar rum, & peccatis Hierusalem.

CANON XXIV.

Matth. 23. Cathedra Moysi, & vitia Pharisaeorum.

1. „*Super cathedram Moysi sederunt Scri* „*Pharisaei &c.* Jubet praeceptis „risaeorum obtemperari, quia in Moy „thedra sederint: jubet legis mandatis „bus obediri, sed ab eorum operibus ab „ri. Unde simulationem eorum poenae „ficatione condemnat, dicens: *vae vobis* „*bae & Pharisaei hypocritae qui clauditis re* „*caelorum*, quia in lege meditationem „quae in Christo est, veritatis occultatis „corporeum adventum a Prophetis prae „tum doctrinae simulatione absconditis, „que non adeuntes viam aeternitatis in Cl „quoque adire caeteros non sinitis. *Vae* „*qui comeditis domos viduarum*, ut in eis ret „tur ambitio, ut legis dignitas gratiae fil „perseveret. *Vae vobis, qui circuitis ma* „*aridam*, in totis orbis finibus Christi E „gelio obtrectaturi, & legis jugo contra j „ficationem fidei aliquos Proselytos sub „ri. *Vae vobis duces caeci, qui dicitis: qu* „*que juraverit in templum nihil est &c.* Re „guit eos, quod dona altaris & aurum t „pli pro Sacramentorum religione ven

„ren

„rentur, cum honor potior esset & altaris & „templi. *Væ vobis, qui decimatis mentam & „anetum*: obscuram voluntatum iniquitatem „redarguit, quod ea quæ in decimis menti & „aneti præscribit lex, efficiant, misericordiam „vero, justitiam, fidem, & omnem benevo„lentiæ affectum reliquerint, quod proprium „hominis officium est: irridet etiam eorum in „*colandis culicibus* diligentiam, quorum in glu„tiendis *camelis* esset incuria, peccata videli„cet levia vitantium, & gravia devorantium. „Par quoque in eos pœnæ denuntiatio est, „qui *calices* & *paropsides* extrinsecus eluentes, „eorum interiora non mundant, nam interio„ris conscientiæ nitor est obtinendus, ut ea, „quæ corporis sunt, forinsecus eluantur. *Se„pulcris* quoque eos comparavit, quia præfe„runt inanibus verbis justitiæ speciositatem, „habent vero intra se conscientiæ suæ men„tisque fœtorem.

2. „*Væ vobis, qui ædificatis sepulchra Pro„phetarum &c.* Prophetas legis populus occi„dit, in odium enim eorum amaritudine ob„jurgationis accensi sunt. Sed parentum fa„cta posteritas ita detestata est, ut prophetiæ „libros veneretur, memorias adornet, sepul„chra restauret, talique reverentia extra cul„pam se esse paterni sceleris testetur. Qui „ergo Prophetas cum gravissimo piaculo oc„cisos fatentur, qua venia Christum qui Pro„phetarum scopus est condemnabunt, cum „ea, quæ detestantur etiam multiplicato fa„cinore perficiant: atque ideo & serpentes

v. 25. *Judæi occisores Prophetarum.*

„& viperina genreatio sunt, quia mensuram „paternæ voluntatis implebunt. Et quomo-„do effugient judicium detestantes cædem Pro-„phetarum, & usque ad crucis mortem Do-„minum persequentes?

v. 32. Ierusalem scelera. 3. „*Hierusalem, Hierusalem, quæ interficis* „*Prophetas &c.* in civitatis nuncupatione ha-„bitantium facinus ostenditur: & idcirco Abel „sanguis & Zachariæ in hanc eorum posteri-„tatem venturus ostenditur, quia jam in his „habitans Christus & prædicans erat passus. „Quodsi creditum ei fuisset, non solum extra „pœnam necis Prophetarum credentium fides „fuisset, sed illam ipsam Dominicæ passionis „sententiam esset venia consecuta: at vero cum „nec post resurrectionem creditum ei fuerit, „etiam ultio ab his Abelis & Zachariæ sangui-„nis reposcetur, domus eorum deserta & va-„cua relinquetur, id est, indigni sancti Spiri-„tus habitatione erunt, & in contumacia in-„fidelitatis manentes, usque in id tempus „eum non videbunt, quo in nomine Domini „revertentem etiam invita infidelitatis confes-„sione benedicent.

De structura templi destruenda. De his, qui in tecto, domo, vel agro sunt.

CANON XXV.

Matth. 24. Ruina templi. 1. „Post comminationem deferendæ Hierusa-„lem tamquam commovendus ambi-„tione templi esset, magnificentia extructionis

„ei

„ei oftenditur, qui ait: *deſtruenda omnia eſſe*, „templum enim æternum ad habitationem „ſancti Spiritus conſecrabatur, homo ſcilicet „per agnitionem Filii & confeſſionem Patris, „& præceptorum obedientiam Deo fieri dignus „habitaculum. Et cum ſeceſſiſſet in montem „adeuntes eum ſecreto diſcipuli *interrogant*, „*quando hæc fierent*, quodve ſignum vel ad„ventus ſui, & conſummationis ſæculi noſce„rent. Et quia tria hæc in unum quæſita „ſunt, diſtinctis & temporis & intelligentiæ „ſignificationibus ſeparantur. Reſpondet igi„tur primum de civitatis occaſu, & confir„mantur veritate doctrinæ, nequid fallax igno„rantibus poſſet obrepere: venturi enim erant „etiam eorum tempore, qui ſe Chriſtum eſ„ſent nuncupaturi. Ut igitur fides peſtifero „mendacio detrahi poſſet, admonitio præceſ„ſit. Confirmat igitur eos ad tolerantiam paſ„ſionum, fugæ, verberationis, interitus & pu„blici in eos odii propter nomen ejus. At„que his quidem vexationibus multi turba„buntur, & tantis inſurgentibus malis ſcan„dalizabuntur, & usque in mutuum odium ex„citabuntur: & falſi prophetæ erunt, ut Ni„colaus unus ex ſeptem diaconibus fuit, mul„tosque ementita veritate pervertent, & abun„dante nequitia charitas refrigeſcet; ſed us„que in finem perſeverantibus ſalus reſerva„ta eſt; ac tunc per omnes orbis partes viris „Apoſtolicis diſperſis Evangelii veritas prædi„cabitur; & cum univerſis fuerit cognitio Sa„cramenti cœleſtis invecta, tunc Hieruſalem „occaſus & finis incumbet, ut prædicationis fi-

Nicolaus diaconus hæreticus.

 „dem

„dem & infidelium pœna, & metus civitatis e
„tæ consequatur. Hæc igitur in eam, ut fuer
„prædicta perfecta sunt, & lapidatis, fuga
„peremptis Apostolis, fame, bello, capt
„tate consumpta est, ac tunc fuit digna
„esse, cum ejectis prædicatoribus Christi
„dignam Dei prædicatione se præbuit.

v. 3. Antichristi adventus. 2. „Sequitur deinde & indicium adven
„futuri, cum abominationem desolationis st
„tem in loco sancto videbunt, tunc clarit
„reditum intelligendum. Et de hoc quid
„beatissimo Daniele & Paulo prædicanti
„superfluum nos puto habere sermonem,
„Antichristi enim temporibus hæc locutus
„abominatio ideo dictus, quod honorem
„sibi vindicet, desolatio autem, quia bellis
„cædibus terram desolaturus sit. Et q
„proprius iste Judæorum erit error, ut
„veritatem respuerunt, suscipiant falsitate
„Judæam deseri monet, & transfugere in m
„tes, ne admixtione plebis illius Antichr
„crediture contagio polluatur.

v. 16. De his qui in tecto &c. 3. „Quod autem ait: *Qui in tecto est,*
„*descendat tollere aliquid de domo.* Tectum
„domus fastigium, qui ergo in tecto, id
„in corporis sui perfectione constiterit, re
„neratione novus, spiritu celsus & perfec
„non descendere in humiliora rerum sæcu
„rium cupiditate debebit. *Et qui in agro*
„*non revertatur, tollere tunicam suam,* scili
„positus in operationem præcepti non ad
„ras pristinas revertatur, neque aliqua

„p

„poris indumenta desideret, ob quæ reversus „veterem peccaminum tunicam erit relaturus. „*Væ prægnantibus & nutrientibus*, seu anima„bus peccatis repletis & gravidis, quæ ne„que in tecto positæ, neque in agro manen„tes repositæ iræ tempestatem vitare possint. „Væ etiam nutrientibus seu animabus, quæ „ad cognitionem Dei velut adhuc infirmæ la„cte adhuc alantur, & idcirco væ ipsis erit, „quia & ad effugiendum antichristum graves, „& ad sustinendum imperitæ nec peccata ef„fugerint, nec cibum veri panis acceperint. „Atque idcirco orare admonemur, ne vel *hye„me* fuga nostra vel *Sabbato* sit, id est, ne aut „in peccatorum frigore, aut in otio bonorum „operum reperiamur. Ne vero loci, ubi ve„rus Christus reperitur, essemus ignari, ait: „*ubicunque fuerit corpus, congregabuntur aqui„læ.* Sanctos de volatu spiritualis corporis „aquilas nuncupavit, quorum conventum fu„turum in loco passionis ostendit: & digne il„lic claritatis adventus expectabitur, ubi no„bis gloriam æternitatis passione corporeæ hu„militatis operatus est.



De solis, lunæ & stellarum obscuratione. De signo ficus. De incerto die adventus, & vigilantia.

CANON XXVI.

. 29. *gna adventus Christi.* 1. „Gloriam adventus sui & claritatis indicat obscuritate solis & cæteris. Sic „erit de grano sinapis arbor ingens: sic de „lapide montis contrita imagine orbem ter„ræ mons occupans; sic civitas omnibus con„templabilis; sic lucens universis lumen in „lychno, sic ex humilitate mortis Deus glo„riæ. Cognoscendi autem temporis signum „in similitudine *ficus arboris* posuit; cujus ra„mus Antichristus esse intelligitur; qui cum „tenerescere cæperit atque frondescere, tunc „proxima esse æstas, id est, dies judicii sen„tietur: frontescere autem quadam peccatorum „exultantium viriditate noscitur, erit enim „tunc flos criminosorum, & honor facinoro„sorum, & gratia profanorum, quibus tamen „æstus, id est, calor æterni ignis in proxi„mo est.

. 36. *certitu- ultimi ni.* 2. „De fine autem temporum curam sol„licitudinis nostræ ademit, diem illum di„cens nemini esse cognitum, & non so„lum angelis, sed etiam sibi ignoratum: ni„mirum quia ad nos omnia a Patre accepta „Filius deveheret, Deique Verbum non tam „futuri in se fidem contineat, quam facti, „ideo extra definitionem dies posita est, ut „largum

„largum licet Deus pænitentiæ nobis tem-
„pus indulgens, incerti tamen metu semper
„nos sollicitos detineret, & ipse nulli loquen-
„do voluntatem dandi hujus diei nulla dicti
„sui definitione cohiberet. Quin etiam in as-
„sumendis fidelibus futurum esse discrimen
„ostendit: *duos enim in agro*, id est, duos po-
„pulos fidelium & infidelium in sæculo tam-
„quam vitæ hujus opere dies Domini depre-
„hendet, separabuntur tamen relicto alio, &
„alio assumpto. Et quia pars Judæorum per
„Apostolos credidit, una per fidem boni ope-
„ris apprehendetur, alia vero in infructuoso
„legis opere derelinquetur, molens *in mola*
„incassum, & non fractura cœlestis cibi panem.
„Duo autem sunt *in lecto*, eamdem passionis
„Dominicæ requiem prædicantes, circa quam
„& hæreticorum & Catholicorum eadem con-
„fessio est, sed quia unitatem Patris & Filii
„& communionem eorum theotetem, seu di-
„vinitatem Catholicorum veritas prædicabit,
„quam hæreticorum falsitas impugnabit, in
„lecto alter relinquitur, alter assumitur.

3. „Atque ut ignorantiam illam diei omni- *v.* 42.
„bus taciti non sine utilis silentii ratione esse *De vigi-*
„sciremus, *vigilare* nos propter adventum fu- *lantia.*
„ris admonuit, & orationum assiduitate de-
„tentos omnibus præceptorum suorum operi-
„bus inhærere: furem enim esse ostendit za-
„bulum ad detrahenda ex nobis spolia pervigi-
„lem, & corporum nostrorum domibus insidi-
„antem, ut ea incuriosis nobis, & somno de-
„ditis consiliorum suorum atque illecebrarum

„jaculis perfodiat. Paratos igitur esse nos co
„venit, quia diei ignoratio intentam sollicit
„dinem suspensæ expectationis exagitet.

De servo fideli. De decem virginibus. I
homine peregre profecto.

CANON XXVII.

v. 45. *De servo fideli.* 1. „*Quisnam est fidelis servus & prudens, qua*
„*constituit Dominus supra familia*
„*suam.* Quamquam in commune nos ad inde
„fessam vigilantiæ curam adhortetur, speci
„lem tamen populi principibus, id est, Epi
„copis in expectatione adventuque suo sollic
„tudinem mandat; hunc enim servum fidele
„atque prudentem præpositum familiæ signifi
„cat, commoda atque utilitates commissi sibi po
„puli curantem. Qui si dicto audiens, & præ
„ceptis obediens erit, id est, si doctrinæ op
„portunitate & veritate infirma confirmet, di
„ruta consolidet, depravata convertat, & ve
„bum vitæ in æternitatis cibum alendæ fami
„liæ dispendat, atque hæc agens, hisqu
„immorans deprehendatur, gloriam a Do
„mino tamquam dispensator fidelis & villicu
„utilis consequetur, id est, in Dei gloria col
„locabitur, quia nihil sit ultra quod meliu
„sit. Quod si contuens longam Dei patien
„tiam, quæ in profectum humanæ salutis ex
„tenditur, adversum conservos insolescet, &
„sæculi malis, vitiisque se tradet, præsen
„tium tantum curam in cultu ventris exercens
„desperata die Dominus adveniet, eumque a
„bonis,

„bonis, quæ ſpoponderat, dividet, portio„nemque ejus cum hypocritis in pœnæ æter„nitate conſtituet, quia adventum deſperave„rit, quia mandatis non obtemperaverit, „quia præſentibus ſtuduerit, quia vita gentium „vixerit, quia deſperatione judicii commiſſam „ſibi familiam fame, ſiti, cæde vexaverit.

2. „*Tunc aſſimilabitur regnum cœlorum de-* *Matth.*2 *Prudent & fatuæ virgines*
„*cem virginibus &c.* in quinque virginibus pru„dentibus, & quinque fatuis fidelium & infi„delium eſt conſtituta diviſio, *ſponſus* & *ſponſa* „Dominus noſter eſt in corpore Deus: deni„que tuba excitante ſponſo obviam tantum pro„ceditur, erunt enim jam ambo unum, quia „in gloriam ſpiritualem humilitas carnis ex„ceſſerat. *Lampades* animarum ſplendentium „lumen eſt, quæ ſacramento Baptismi ſplen„duerunt: *oleum* boni operis eſt fructus: *vaſa* „humana ſunt corpora, intra quorum viſcera „theſaurus bonæ conſcientiæ recondendus eſt: „*vendentes* ſunt hi, qui miſericordiæ fidelium „indigentes boni operis conſcientiam indigen„tiæ ſuæ ſatietate veneunt. *Nuptiæ* immortali„tatis aſſumptio eſt: *Mora ſponſi* pœnitentiæ „tempus eſt: expectantium *ſomnus* credentium „quies eſt, et in pœnitentiæ tempore mors „temporalis univerſorum: *Nocte media clamor* „tubæ vox eſt Domini præcedentis adventum, „& univerſos, ut obviam ſponſo exeant, ex„citantis: lampadum aſſumptio animarum eſt „reditus in corpora, earumque lux conſcien„tia boni operis elucens. *Prudentes virgines* „ſunt, quæ opportunum in corporibus ope„randi tempus amplexæ in primum ſe occur-

„ſum

„sum adventus dominici præparaverint; *fatuæ*
„autem, quæ negligentes præsentium tantum
„sollicitudinem habuerint, & in nullam se
„spem resurrectionis extenderint, & quia pro-
„dire obviam extinctis lampadibus non possunt,
„deprecantur prudentes, ut oleum mutuent:
„quibus responderunt, non posse se dare, quia
„non sit forte, quod omnibus satis sit, alienis
„scilicet operibus ac meritis neminem adju-
„vandum, quia unicuique lampadi suæ emere
„oleum sit necesse (*cum neglecta cura propria*
„*salutis etiam merita sanctorum post mortem ne-*
„*minem adjuvent*) quas hortantur, ut redeant
„ad emendum, si vel sero præceptis Dei obse-
„quendo cum lampadum luce sponsi dignæ ef-
„ficiantur occursu. Quibus morantibus spon-
„sus ingressus est, & una cum eo sapientes
„ad nuptias introeunt, id est, in cœlestem
„gloriam. Et quia jam pœnitentiæ nullum
„est tempus, fatuæ accurrunt, aperiri sibi
„adytum rogant, quibus respondetur a sponso:
„*nescio vos:* quia morantes & indignæ intro-
„eundi ad nuptias tempus amiserunt.

. 14. 3. „*Sicut etiam homo proficiscens vocavit ser-*
talen- „*vos suos &c.* Patremfamilias seipsum signi-
servis „ficat, peregrinationis tempus pœnitentiæ
missis. „spatium est, quo potestatem universo huma-
„no generi fidei & operationis Evangelicæ
„permisit. Igitur unusquisque secundum fidei
„suæ mensuram talentum, id est Evangelii
„prædicationem a prædicante suscepit. Sed
„servus ille, qui *quinque talenta* accepit, popu-
„lus ex lege credentium est, qui Domino re-
„verso de quinque decem obtulit, talis in fide
„re-

„repertus, qualis in lege: unde jubetur in „gaudium Domini introire, id est in honorem „gloriæ Christi recipitur. Ille vero servus cui „*duo talenta* commissa sunt, gentium populus „est, & confessione & Filii justificatus & Pa„tris, qui incremento duorum talentorum ope„ratione scilicet, eorum quæ crediderunt, & „ipsi cum laudatione jubentur in gaudium „Domini introire. Qui vero *unum talentum* „accepit, & in terram recondidit, populus est „in lege persistens, totus carnalis, & stupi„dus, & nihil spirituale intelligens, & quem „virtus prædicationis Evangelicæ non subeat, „sed qui sufficere sibi legem existimet ad „salutem: atque ideo cum ab eo ratio expo„stulatur, ait: *Timui te*, tamquam per reve„rentiam & metum veterum præceptorum usu „Evangelicæ libertatis abstineat, & novæ præ„dicationis gloriam obtrectatione corporeæ „passionis Christi abscondat. Sed hoc ipsum „magis sine venia erit, quod talentum sibi tra„ditum suffoderit, cum sciret Dominum suum „messurum sine semine; sed potius oportuisse „eum nummulariis, id est, universo homi„num generi sæculi negotiis occupato usum „crediti sibi talenti communicare Domino red„ditus ejus a singulis postulaturo: ob quam „culpam talentum ab eo non tam Evangelii, „quod suffoderat, quam legis aufertur, eique, „qui quinque duplicaverat datur, quia ha„bentibus usum Evangeliorum etiam legis ho„nor redditur, habenti autem non fidem Chri„sti, etiam id, quod ex lege habere sibi vi„debatur, honoris aufertur.

De adventu Filii hominis ad judicium majestate sua.

CANON XXVIII.

v. 31. *De judicio extremo.* „*Cum autem venerit Filius hominis in majest* „*sua, & omnes Angeli cum eo &c.* omn „ipse rationem hujus sermonis absolvit, „judicii enim tempore adventuque comn „morat.

De muliere quæ accessit ad Jesum in dor Simonis leprosi.

CANON XXIX.

Matth.26. De muliere ungente Jesum. 1. „Sub ipso tempore passionis non ex nil „lo est, *ut mulier unguentum pretiosi* „*Domini capiti infuderit.* Mulier hæc in præ „guratione gentium plebs est, quæ in p „sione Christi gloriam Deo reddidit, c „put enim ejus perunxit, caput enim Chri „Deus est, nam unguentum boni operis „fructus, & propter corporis curam muliéri „sexui maxime gratum est. Igitur omn „curam corporis sui & totum pretiosæ men „affectum in honorem Dei transfudit. Sed „scipuli favore salvandi Israelis commovent „vendi hoc in usum pauperum debuisse: f „neque mulier venale hoc unguentum circu „ferebat, & pauperes fidei indigos instinc „prophetico nuncupaverunt, atque hanc ge „tium fidem emi potius ad salutem egeni h „jus populi debuisse: Quibus Dominus a

„pl

„plurimum esse temporis, quo habere curam „pauperum possent, cæterum nonnisi ex præ„cepto suo salutem gentibus præstari, quæ se„cum infuso hoc mulieris hujus unguento „sint consepultæ, quia regeneratio nonnisi „commortuis in baptismi professione redhibe„tur: & idcirco ubi prædicabitur hoc Evan„gelium, narrabitur opus ejus, quia cessante „Israel Evangelii gloria fide gentium prædica„tur. Qua æmulatione in Iudæ persona Israel „profanus accensus omni odio ad extinguen„dum nomen Domini incitatur.

De die prima azymorum.

CANON XXX.

1. „Discipuli ire ad quemdam hominem ju„bentur, & ei dicere, quod cum eo „Dominus *Pascha* cum discipulis facere vellet, „qui præceptis obtemperaverunt, & pascha „paraverunt. Hominem cum quo pascha ce„lebraturus erat, non nominat, nondum enim „Christiani nominis honor credentibus erat „præstitus. Post quæ *Judas* proditor indicatur, „sine quo pascha accepto calice & fracto pane „conficitur, dignus enim æternorum sacra„mentorum communione non fuerat, nam di„scessisse statim hinc intelligitur, quod cum „turbis reversus ostenditur: neque sane bibere „cum Domino poterat, qui non erat bibiturus „in regno, cum universos tunc bibentes ex „vitis istius fructu bibituros secum postea pol„liceretur.

v. 17. Institutio S. S. Eucharistiæ.

An Judas eam sumserit.

Nota.

Nota. Hæc sententia Sancti Hilarii de Juda exclusо a mensa Eucharistica ab omnibus fere Theologis rejicitur. *Vid. Comp. Theol. tom.* 3. §. 979. *Sch.* 6.

Jesus in agro Getsemani orat Patrem.

CANON XXXI.

v. 46. *Tristitia & oratio in horto.*

1. „Jesus assumsit Petrum Jacobum & Joan„nem. Quibus assumptis tristis esse „mæstusque cæpit, ubi aliquorum opinio est, „quod cadere propter se mæstitudo in Deum „potuerit, eumque futuræ passionis metus „fregerit, quia ait *tristis est anima mea usque ad* „*mortem.* Verum mori in Deo nihil potuit, ne„que ex se metus Deo ullus est. Assumptis „igitur Petro Jacobo & Joanne cœpit mæstus „esse. Ergo non ante tristis est, quam assu„mit, & omnis metus illis cœpit esse assump„tis, atque ita non de se orta est (*scilicet sicut* „*in nobis ex peccato cum animæ perturbatione*) sed „ de his quos assumpserat, mæstitudo.

v. 38. *Christus dormientes discipulos excitat.*

2. „*Sustinete & vigilate mecum;* sciebat „enim ingravante diabolo fidem eorum conso„piendam, deinde orat: *Pater si possibile est,* „*transeat a me calix iste,* id est in alterum, quod „a me transit, excedat, & qui post me passu„ri sunt, quomodo a me calix bibitur, ita ab „his bibatur sine spei diffidentia, sine sensu „doloris (*impatientis*) sine metu (*inordinato*) „mortis. Quod autem ad discipulos revertens, „domientesque reperiens primo objurgat, se„cundo silet, tertio quiescere jubet, ratio ista

est,

„est, primum post resurrectionem dispersos eos „ac diffidentes ac trepidos deprehendit, se„cundo misso Paracleto, gravatis ad contuen„dam Evangelii libertatem oculis, visitavit, „nam aliquamdiu legis amore detenti quodam „fidei somno occupati sunt: tertio vero, id est, „claritatis suæ reditu securitati eos, quietique „restituet.

De Juda traditore. De gladio Petri.

CANON XXXII.

1. „In osculo *Judæ* hæc fuit traditio, ut do„ceremur, inimicos omnes, eosque, „quos sciremus in nos desævituros esse, dili„gere, osculum enim ejus Dominus non re„spuit. Quod autem ait Judæ, *cito*, traditio„nis suæ potestatem sub verbi hujus conditio„ne permittit, ut, quia voluntatis crimen pro „facti pensatur invidia, re perageret, quod vo„luntate jam faceret. *v. 47. Judæ proditio.*

2. „Deinde ab Apostolo servo principis „sacerdotum *auricula desecatur*, populo scilicet „sacerdotio servienti per Christi discipulum „inobediens auditus exciditur. Recondi vero „gladium præcepit, quia eos non humano „sed oris sui gladio esset pertempturus. Deinde „*Sacerdos* ipsius legis ignarus, *an ipse sit Chri„stus quærit*, quasi occulte de eo lex & pro„phetæ loquerentur, *vestem* autem *discidit*, ip„sum videlicet quo contegebatur velamen„tum legis abrumpens. Diligenter autem con„tuendum, qua conditione *Petrus negaverit*, *v. 51. S. Petrus gladio servum percutit. S. Petri negatio.*

„nam primo ait, non se intelligere, quid di„ceret: sequenti, non se ei adhæsisse: ter„tio vero, se hominem non nosse. Et vere „prope jam sine piaculo hominem negabat, „quem Dei Filium primus agnoverat; ta„men quia ex infirmitate carnis vel ambiguus „extisset, amarissime flevit, recolens trepida„tionis istius culpam se nec admonitum potuis„se vitare. (*Verum hanc excusationem rejicit* „*S. Hieronymus l. 4. com. in Matth.*)

Matth. 27. *Judæ desperatio.*

3. „Traditur deinde Dominus *Pilato* genti„um judici, non enim reus judicari poterat „ex lege, ipse sine dolo & peccato. *Judas* „vero agens pœnitentiam pretium sanguinis „Christi reddidit sacerdotibus, ut ementium „infidelitatem ipsa professio vendentis argue„ret. Secedens itaque suspendit se. De ar„genteis vero redditis emitur *ager figuli*, & „in sepulturam peregrinorum deputatur. Fi„guli opus est, de luto vasa formare, cujus in „manu sit, ex luto eodem vas aut idipsum aut „pulchrius reformare, agrum autem sæculum „nuncupari ipsis Domini nostri verbis conti„netur. Christi ergo pretio sæculum emitur, „id est, universitas ejus acquiritur, & in se„pulturam peregrinorum & inopum deputa„tur: nihil hinc pertinet ad Israel, & totus „hic sæculi empti usus alienis est, qui in pre„tio sanguinis Christi sepelientur, quo omnia „empta sunt. Interroganti autem Pilato, *an* „*ipse esset rex Judæorum* respondit tanquam „legis ignaro: *Tu dicis*: quia per fidem præ„sentis confessionis salus gentium est.

Di

De Pilati uxore, crucifixione Christi &c.

CANON XXXIII.

1. „*Sedente autem Pilato pro tribunali misit* *v.* 19.
„*ad illum uxor sua &c.* Species in ea *De Pilati*
„gentium plebis est, quæ jam fidelis incredu- *uxore,*
„lum populum cum quo conversabatur, ad Chri- *Barraba*
„sti fidem advocat. Deinde Pilatus manus *&c.*
„lavat, quia Judæis suscipientibus in se fusi
„Christi sanguinis crimen in confessionem fidei
„ablutus gentium populus demigrat. Barra-
„bas item zabuli filius, & antichristus Christo
„salutis autori præfertur. Cæso quoque Do-
„mino imponitur *chlamys coccinea*, & omnium
„martyrum sanguine in cocci colore perfundi-
„tur, & prophetarum ac Patriarcharum in
„purpura honore vestitur. Peccatorum acu-
„leus est in *spinis*, ex quibus deletis Christo
„victoriæ corona contexitur: *in calamo* vero
„gentium infirmitas manu comprehensa firma-
„tur, quin etiam capiti ejus inditur, ut infir-
„mitas gentilium etiam in Deum Patrem; qui
„caput Christi est, acquiescat. In his autem
„omnibus Christus dum *illuditur*, adoratur.

2. „Procedentes autem homini cuidam *v.* 32.
„*Cyrensi* lignum passionis imponunt, indignus *De cruci-*
„enim erat Iudæus Christi crucem ferre, quia *fixione.*
„fidei gentium hoc relictum erat. *Locus* dein-
„de *crucis* talis est, ut positus in medio terræ
„ad capessendam Dei cognitionem universis gen-
„tibus esset æqualis: oblatum quoque *vinum*
„*felli admixtum* bibere recusavit, non enim

„æternæ gloriæ incorruptioni peccatorum ama-„ritudo miſcetur: *veſtis* vero ejus *ſorte* potius „*diviſa*, quam ſciſſa manſuram incorruptionem „corporis indicabat. In *ligno vitæ* ſalus cun-„ctorum ſuſpenditur, cui *duo latrones* lævæ ac „dexteræ affiguntur, ut intelligi poſſit mors „hominum a morte unigeniti diſcrepare, ille „enim reddidit ſpiritum ſponte, iſtis crura ſunt „comminuta, & quia per diverſitatem fide-„lium & infidelium fit omnium ſecundum dex-„tram, ſiniſtramque diviſio, unus ex duobus „ad dextram ſitus fidei juſtificatione ſalvatur. „Non erat difficile Chriſto, de cruce deſcen-„dere, ſed ſacramentum erat patientiæ volun-„tatis explendum. Quod autem latrones ambo „conditionem ei paſſionis exprobrant, univer-„ſis etiam fidelibus ſcandalum crucis futurum „eſſe ſignificat. Clamor vero ad Deum corpo-„ris vox eſt recedentis a ſe verbi Dei conteſta-„ta diſſidium (*ſcilicet non ſecundum unionem* „*hypoſtaticam ſed ſpecialem protectionem*) in cala-„mo *ex ſpongia* offertur, ut potaret, id eſt; „ex corporibus gentium vitia corruptæ æterni-„tatis accepit, & in ſe atque immortalitatis com-„munione ea quæ in nobis erant vitiata trans-„fudit. *Spiritum* cum clamore *emiſit*, dolens, „non omnium ſe peccata potare. *Velum tem-„pli ſcinditur*, quia populus eſt diviſus in par-„tes, & veli honor cum cuſtodia angeli prote-„gentis auffertur. *Movetur terra* capax enim „hujus mortui eſſe non poterat. *Petræ ſciſſæ* „*ſunt*, omnia enim penetrans Dei verbum ir-„ruperat. *Et monumenta aperta ſunt:* erant „enim mortis clauſtra reſeranda. *Et multa*

„*cor-*

„*corpora ſanctorum dormientium ſurrexerunt;* il-
„luminans enim mortis tenebras in ſanctorum
„reſurrectione mortis ſpolia detrahebat. Ut
„autem infidelitatis facinus Iſraeli accumula-
„retur, *centurio* & cuſtodes *Dei Filium con-*
„*fitentur.*

3. „*Joſeph* etiam Apoſtolorum habens ſpe- *v. 57 Sepultura Chriſti.*
„ciem *munda ſindone corpus involvit*, in qua de
„cœlo ad Petrum univerſorum animantium
„genera ſummiſſa conſepeliri intelligitur Chri-
„ſto Eccleſia, & in *novam requiem* lapidis, ſci-
„licet in pectus duritiæ gentilis quodam duri-
„tiæ opere exciſum Chriſtus infertur, & quia
„nihil eſt, quod præter eum oporteat in pecto-
„ra noſtra penetrare, *lapis oſtio advolvitur.*
„Metus deinde furandi corporis & *ſepulchri*
„*obſignatio* ſtultitiæ & infidelitatis teſtimonium
„eſt.

4. „Motus terræ tempore matutino diei *Matth. 28 Reſurrectio Chriſti.*
„Dominici *reſurrectionis* virtus eſt, cum contuſo
„mortis aculeo infernorum trepidatio commo-
„vetur. *Angelus Domini* de cœlo deſcendens
„& lapidem revolvens miſericordiæ Dei Patris
„inſigne eſt, reſurgenti filio virtutum cœleſtium
„miniſteria mittentis. Quod vero primum
„*mulierculæ* Dominum vident, cauſa eſt, ut
„quia a ſexu iſto cœpta mors eſſet, ipſi pri-
„mum reſurrectionis gloria & fructus nuncia-
„retur. Emitur vero a cuſtodibus, qui omnia
„viderant, argento reſurrectionis Chriſti mi-
„raculum. Poſt reſurrectionem Jeſus *in monte*
„*& Galilæa* conſpicitur, ibique adoratur, li-
„cet quidam dubitent, & dubitatio eorum no-

 „ſtram

„ſtram augeat fidem, tamen manifeſtius oſten„ditur Thomæ & latus lancea vulneratum, & „manus fixas demonſtrat clavis. Accedens „Ieſus locutus eſt eis, dicens; *data eſt mihi* „*omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Illi poteſtas eſt, „qui paulo ante crucifixus, qui ſepultus in tu„mulo, qui mortuus jacuerat, qui poſtea re„ſurrexit. In cœlo autem & in terra pote„ſtas data eſt, ut qui ante regnabat in cœlo, „per fidem credentium regnet in terris. *Eun*„*tes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in* „*nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Pri„mum docent omnes gentes, deinde doctas in„tingunt aqua, non enim fieri poteſt, ut „corpus baptismi recipiat Sacramentum, niſi „anima fidei ſuſceperit veritatem. Baptizan„tur autem in nomine Patris & Filii & Spiri„tus ſancti, ut quorum eſt una divinitas, ſit „una largitio, nomenque Trinitatis unus „Deus eſt. *Docentes eos ſervare omnia, quæ*„*cunque mando vobis:* ordo præcipuus: juſſit „Apoſtolis, ut primum univerſas docerent „gentes, deinde fidei tingerent ſacramento „& poſt fidem ac baptisma, quæ eſſent obſer„vanda, præciperent. Ac ne putemus levia „eſſe, quæ juſſa ſunt & pauca, addidit; *omnia* „*quæcunque mandavi vobis*, ut qui crediderint, „qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia fa„ciant, quæ præcepta ſunt. *Et ecce ego vobis*„*cum ſum usque ad conſumationem ſæculi.* Cum „diſcipulis ſe fututum eſſe promittit, & illos „ſemper oſtendit eſſe victuros, & ſe num„quam a credentibus receſſurum. Qui autem „ad conſummationem mundi ſui præſentiam

„pol-

„pollicetur, non ignorat illam diem, in qua „scit se futurum cum Apostolis.

S. HILARII PICTAVORUM EPISCOPI,

COMMENTARIA IN PLEROSQUE PSALMOS.

§. I.

Monitum.

Commentaria seu uti antiqua exemplaria legunt, Explanatio seu Enarratio in plerosque Psalmos a S. Hilario fere tota ex Origine deprompta sunt: plurimas allegorias plurimasque sententias morales continent, in quibus multum ingenii & eruditionis elucet. In antiquis editionibus habentur Ennarrationes in Psalmum I. II. XIII. XIV. Deinde a LI. usque ad LXX. Denique a CXVIII. usque ad finem. His in nova editione Parisiensi accesserunt Tractatus de titulo Psalmi IX. & XCI & fragmentum in Psalmum XIII. quibus Gallandius in nova Bibliotheca Patrum Tomo V. interpretationem Psalmorum XV. XXXI. XLI. adjecit.

§. II.

ANALYSIS.

PROLOGUS.

Psalmorum divisio.

1. In Prologo S. Hilarius nonnullas Criticas quæstiones de Psalmis pertractat, & *primo* notat „aliquos Hebræorum Psalmos in „quinque libros dividere, ut sit usque in quadragesimum psalmum liber primus, & a quadragesimo usque ad septuagesimum liber secundus, & usque ad octogesimum octavum, „liber tertius; & usque in centesimum quintum liber quartus, quia hi omnes psalmi in „consummatione sua habent: *fiat, fiat.* Concluditur denique in centesimo quinquagesimo „psalmo liber quintus.

Autores Psalmorum.

2. „Alii vero ita scribendos Psalmos existimant, *Psalmi David*, quo titulo intelligi volunt, eos omnes a Davide esse conscriptos. „Sed nos secundum apostolicam autoritatem, „*librum Psalmorum* scribimus, quorum plures „sunt Autores: nam aliquibus David autor „præscribitur, aliquibus Salomon, Asaph, „Idithum, filii Core, Moyses: Hieremiæ „vero, Aggæi & Zachariæ superscriptiones in „authenticis septuaginta translatorum libris „non reperiuntur: Psalmi vero, qui sine autorum superscriptione succedunt, ejus esse „existimandi sunt, qui anterioris psalmi autor „inscribitur usque in eum psalmum, quo nomen alterius Autoris præfertur. Quod si „quis

„quis dicat in Psalmo 98. Moysi inscripto Samuelem tempore posteriorem memorari, meminerit, mirum non videri oportere, ut tantus propheta tanti prophetæ postea futuri nomen ediderit. Porro ab Esdra psalmos post captivitatem in unum librum collectos esse creditur.

Argumentum Psalmorum.

3. „Non est vero ambigendum, ea, quæ in Psalmis dicta sunt, secundum Evangelicam prædicationem intelligi oportere, ita ut totum illud ad cognitionem adventus D. N. Iesu Christi & corporationis & passionis & resurrectionis gloriam & virtutem referatur. Sunt autem omnes prophetiæ ad prudentiam sæculi clausæ & obsignatæ secundum Esaiam *cap.* 29. Quod ipsum Dominus post resurrectionem testatus est, dicens: *Quoniam oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & in Prophetis, & in Psalmis de me, Luc.* 24.

De ordine Psalmorum.

4. „Notandum etiam, quod Psalterium Græce Hebraice Nabla nuncupatur, quod unum omnium musicorum organorum rectissimum est. Non est autem ignorandum, indiscretum esse apud Hebræos numerum Psalmorum, sed sine ordinis annotatione esse conscriptos: Esdras enim incompositos eos, & pro autorum & temporum diversitate dispersos in volumen unum collegit. Sed septuaginta seniores secundum Moysi traditionem ad custodiendam legis doctrinam in synagoga manentes, posteaquam illis a rege

„Ptolemæo transferendæ ex Hebræo in Græ-
„cum sermonem totius legis cura demandata
„est, spirituali scientia virtutem Psalmorum
„intelligentes, in ordinem eos redegerunt,
„singulis quibusque numeris perfectorum &
„efficientium psalmorum ordinem deputantes;
„sic Psalmus tertius secundum historiam fugæ
„David a persecutione Absalon posterior est
„quinquagesimo Psalmo de pœnitentia David
„ob commissam cædem Uriæ & adulterium,
„nam cum in quinquagesimo remissio peccato-
„rum collocaretur, pœna perfidiæ inpœniten-
„tis Doech in psalmo quinquagesimo primo con-
„stituta venia carebat. Tribus vero quinquage-
„simis Psalmorum liber continetur, qui ordo Psal-
„morum cum dispensatione salutis nostræ con-
„venit; cum enim primus gradus sit ad salu-
„tem in novum hominem post remissionem pec-
„catorum renasci, sitque post pœnitentiæ con-
„fessionem regnum Domini in cælestis Hieru-
„salem tempora reservatum, & postea con-
„summata in nos cœlestis gloria in Dei Patris
„regnum per regnum Filii proficiamus, in quo
„debitas Deo laudes universitas spirituum præ-
„dicabit, facile intelligimus in singulis Psal-
„morum virtutibus sub quinquagenariæ nu-
„mero collocatis sacramentum dispensationis
„salutis nostræ contineri, quæ proinde sab-
„bata sabbatorum ogdoas seu octava dies, quæ
„est apud nos prima seu Dominica secundum
„plenitudinem Evangelicam consummat, in
„qua constitutum est, in terram strato corpo-
„re adorare, neque jejunio festivitatem spiri-
„tualis hujus beatitudinis impedire. Et hæc
„ogdoa-

Die Dominica non jejunatur.

„ogdoadis etiam in illis Psalmis pro octava „inscriptis elucet, & in Psalmo 118, nam in „octonum numerum per octonos versus secun„dum Hebræos singularum litterarum initia „collecta sunt ut quia Psalmus iste perfectum „virum secundum doctrinam Evangelicam „consummat, per omnes viginti duas Hebræi „sermonis litteras sub sacramenti ogdoadis „erudiremur.

5. „Et ea causa est, ut in viginti duos li„bros lex Testamenti veteris deputetur, ut „cum litterarum numero convenirent, qui ita „secundum traditiones veterum deputantur, „ut Moysi sint libri quinque, Iesu Nave sextus; „Iudicum & Ruth septimus; primus & secun„dus Regnorum in octavum; tertius & quar„tus in nonum; Paralipomenon duo in de„cimum sint; sermones dierum Esdræ in un„decimum; liber Psalmorum in duodecimum; „Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canti„cum Canticorum in tertiumdecimum & quar„tumdecimum, & quintumdecimum: doude„cim autem Prophetæ, in sextumdecimum; „Esaias deinde & Hieremias cum lamentatio„ne & Epistola, sed & Daniel & Ezechiel & „Iob & Hester viginti duorum librorum nu„merum consumment. Quibusdam autem vi„sum est additis Tobia & Iudith viginti qua„tuor libros secundum numerum Græcarum „litterarum connumerare. Romana quoque „lingua media inter Hebræos Græcosque col„lecta; quibus tribus linguis beati regni ex„pectatio prædicatur, cum in illis Pilatus „regem

Libri vet. Testamenti.

„regem Judæorum Dominum Jesum Christum „præscriberet.

De Psalm. gradualibus. 6. „Porro post perfectam præcedentium „ogdoadum doctrinam canticum graduum in „quindecim Psalmis, & duobus perfectis nu„meris oportuit convenire, hebdomade scili„cet & ogdoade, id est, septimo & octavo „numero, nam per observantiam legis, quæ „in hebdomade est, & Evangelicum pro„fectum, qui ogdoadis & præsenti religione „& sperata expectatione perficitur, isto canti„co graduum in cælestia conscenditur, nam „& in templo per hunc numerum graduum „principes sacerdotum in sancta sanctorum „conscendebant.

Superscriptiones Psalmorum. 7. „Superscriptionum omnium tituli in „Psalmis sunt diversi, nam præter eos, qui „auctorum suorum nominibus, aut caufarum „aut temporum significationibus prænotantur, „sunt alii, quibus titulus, *in finem*, est: alii „quibus tantum *Psalmus cantici*, vel *canticum* „*Psalmi*. Psalmi igitur qui inscribuntur: *In* „*finem*, tituli intelligendi sunt, ut ex perfectis „æternorum doctrinis & speciebus existant, „quia ad ea, quæ in his dicuntur fidei se no„stræ cursus extendit, & in illis adeptæ bea„titudinis fide requiescit. In musicis vero ar„tibus hæc sunt generum varietates. *Psalmus* „est, cum cessante voce pulsus tantum organi „exauditur. *Canticum* est cum cantantium „chorus hymno canoræ tantum vocis exultat. „*Canticum Psalmi* est, cum organo præcinente

In finem

Psalmus

Canticum

Canticum Psalmi.

„æmula

„æmula organo vox chori canentis auditur.
„*Psalmus Cantici* est, cum choro ante canente *Psalmus cantici.*
„humanæ cantionis hymno ars organi conso-
„nantis aptatur. In eo ergo Psalmo, qui
„*Psalmus* tantum inscribitur, fidelium operum
„doctrina aut confessio continetur, cum Pro-
„pheta commemorando quæ egerit, ad doctri-
„nam nos similium gestorum instituit. At
„vero cum *Canticum* tantum in titulo ponitur,
„non commemoratis fidei operibus sola doctri-
„na perfectæ de Deo cognitionis ostenditur,
„non enim statim omnis scientia in bono opere
„est, nec omne opus bonum veram scientiam
„consequitur, ob quod & illud, quod in ter-
„tio superscriptionum genere est *Canticum*
„*Psalmi* cum bonorum operum efficientiæ sci-
„entia & doctrina conjungitur. Ubi autem
„est *Psalmus cantici* illic per cognitionis scien-
„tiam usus boni operis tractatur. Eos vero
„Psalmos, qui sine inscriptione ulla habentur,
„intelligendum est ex doctrina spiritus sancti
„ad spiritualem cognitionem generalis scientiæ
„fuisse cantatos, ut unusquisque ex his se-
„cundum fidei suæ sinceritatem rationem in-
„telligentiæ spiritualis expeteret. Aliæ vero
„superscriptiones, quæ aut res gestas signifi-
„cant, aut tempora, aut dies, vel ex inter-
„pretatione nominum, vel ex comparatione
„gestorum vel ex consimilium specie, ex qui-
„bus rebus Psalmus consistat, ostendunt. In
„*diapsalma* vero, quod interjectum plurimis
„Psalmis est, cognoscendum est demutatio-
„nem aut personæ aut sensus sub conversione
„modi musici inchoari. Cæterum modum
„musicæ

„musicæ disciplinæ conservare translatio Græca „& Latina non potuit.

ENARRATIO
IN PRIMUM PSALMUM.

Persona loquens. 1. „Principalis hæc in Psalmis intelligentia „est, ex cujus persona, vel in quem „ea, quæ dicta sunt, intelligi oporteat, posse „discernere: invenimus enim in illis frequen„ter personam Dei Patris solere proponi: Per„sonam vero Filii in plurimis fere introduci. „Hunc autem primum Psalmum vel ex persona „Patris vel Filii non posse intelligi res ipsa do„cet, cum in eo ait, sed in lege Domini fuit „voluntas ejus, ubi nulla Domini persona de „se loquentis ostenditur, sed alterius viri bea„titudo cujus in lege Domini voluntas sit, „prædicatur. Persona itaque Prophetæ, cu„jus ore spiritus sanctus loquitur, esse noscen„da est. Sed quærendum est, de quo viro *De quo loquatur.* „eum loqui intelligere debeamus. Et multos „quidem comperi sensisse, quod in hoc psal„mo D. N. Jesus Christus intelligi debeat, cu„jus beatitudo in illo prædicetur. Sed ea, quæ „in exordio Psalmi posita sunt, minime per„sonæ ejus dignitatique conveniunt: cum „enim dicitur: & in lege Domini fuit volun„tas ejus, cum lex per Filium Dei lata sit, „quomodo ad eum ob id beatitudo referetur? „vir ergo ille a Propheta beatus prædicari „opinandus est, qui se ei corpori, quod Do„minus assumpsit, in quo homo natus est, „conformem studio æquitatis & totius justitiæ „per-

„perfectione præstiterit. Speciosissimum autem Psalmorum spiritus sanctus sumpsit exordium, ut humanam infirmitatem per spem beatitudinis ad innocens religionis studium adhortaretur, insolentem impietatem intra metum denunciata impiis severitas coerceret, meriti differentiam in consiliis sanctorum conditionis ordo distingueret, Dei magnificentiam in cognoscendis justorum viis æquitas constituta monstraret. Nunc & res ipsas & earum verba tractemus. *Summa Psalmi.*

2. „*Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum &c.* Quinque generum observantiam beato viro subesse Propheta docet. Primam in impiorum consilium non eundi: alteram in peccatorum via non consistendi, tertiam in cathedra pestilentiæ non sedendi, deinde voluntatis in lege Domini ponendæ, postremo in ea diu noctuque meditandi. Differt autem impius a peccatore: impius est, qui cognitionem Dei expetere fastidit, nullum esse mundi creatorem sed eum fortuitis motibus constitisse putat. Horum impiorum consilium vagum est, non enim tenet modum alicujus definitionis. Sunt & alia consilia impiorum, qui in hæresin delapsi nec novi nec veteris Testamenti legibus continentur, & Deum non ex Dei ipsius professione, sed ex arbitrii sui voluntate metiuntur, a quibus si requiras, quo spei ac fidei suæ fine sic sentiant, circumerrant, & finem disputationis evitant. Beatus ergo vir est, qui in hoc impiorum consilium non abiit. Sequens „autem *Quinque in viro beato requisita.* *Impii & peccatoris differentia.*

„autem est, ut *in via quoque peccatorum non*
„plures enim sunt in ecclesia quidem ma
„tes, sed ecclesiæ disciplinam non tene
„avari, ebriosi &c. & idcirco beatus vir
„qui in via peccatorum non stetit, na
„quidem instinctu in viam hanc defere
„sed ex hac via fidei religione refer
„Tertius obtinendæ beatitudinis ordo est

Cathedra pestilentiæ. Sæcularia negotia periculosa.

„*cathedra pestilentiæ non sedere:* multos
„sæcularium honorum ambitio corrumpit
„quamquam ad ipsa hæc officia, quæ a
„ferant secum religiosam voluntatem, ta
„necesse est eorum, in quibus diversabu
„negotiorum quodam pestilenti contagio
„luantur: publicarum enim causarum
„manere eos volentes etiam in Ecclesia
„legis sanctitate non patitur, unde hanc ca
„dram pestilentiæ Propheta cognominat,
„contagione sua voluntatem religosæ m
„inficiat.

Legis Dei meditatio die ac nocte qualis.

3. „Sed perfectum virum & beatum
„summat Propheta his quæ sequuntur: *S*
„*lege Domini voluntas ejus*: timoris est no
„dere timenda negligere, perfecto vero rel
„nis est, præscriptis velle parere; & id
„beatus ille est, cujus in lege Dei non t
„est, sed voluntas. Verum voluntatem
„qui debet operatio, unde sequitur: *& in*
„*ejus meditabitur die ac nocte*: meditatio at
„legis non solum in verbis legentis est, se
„in operis religione, neque ut libros tan
„& scripturas recenseamus, sed content
„illis gestis rebusque meditemur, & di

„no

„nocturnaque opera per legem semper exer„ceamur, ut Apostolus jubet 1. *Cor.* 20. Per „hoc enim efficitur, ut sine intermissione ore„mus, cum per opera Deo placita, & in glo„riam ejus semper exercita sancti cujusque „viri vita oratio sit, & nocturna legis ac „diurna meditatio. Quantus autem ei fructus „acquisitæ hujus beatitudinis sit futurus, mo„do sequitur.

4. „*Et erit tamquam lignum, quod planta„tum est juxta decursus aquarum &c.* lignum „hoc vivens & rationale est, plantatum in „Paradiso, quo latronem Dominum se confi„tentem Dominus, qui sapientia est, intro„duxit. Huic itaque ligno Christo scilicet „beatus ille vir similis fiet, cum modo latro„nis translati in paradisum secundum decur„sus aquarum & ipse plantetur, & suos fru„ctus det, & in gloria Dei Domino sup con„formis in immortalitatis naturam absorpta „mortalitate astiterit. *Et folium ejus non de„fluet,* id est; Dei verba non transibunt, quæ „promissos nobis fructus communiunt. *Et „omnia, quæcunque faciet, bene dirigentur,* „scilicet non demutatione incerta, non natura „infirma, cum incorruptio incorruptionem, „& æternitas infirmitatem, & forma Dei for„mam terrenæ carnis absorpserit. Demon„strata autem perfecta hujus viri beatitudine „consequens erat, quæ impios pœna maneret, „ostendere, sequitur namque

Fructus beatitudinis.

5. „*Non sic impii non sic, sed tamquam pul„vis, quem projicit ventus a facie terræ.* Com„pa-

Pœna impiorum.

„paratio itaque ſicut beatitudinis, ita & pœnæ „eſt conſtituta: quomodo enim nullus labor „eſt vento, pulverem diſſipare, ita pœnæ illi „inferni facile eſt impios delere & diſpergere, „quos peccatorum ratio comminuerit in pul„verem, & per id quod pulvis ſunt, in natu„ram tantum pœnalis ſubſtantiæ reſervari. „*Et propterea non reſurgent impii in judicium,* „*neque peccatores in conſilio juſtorum*: impiis „judicium, quia jam judicati ſunt, *Ioan.* 3. „non relinquit, peccatoribus autem conſilium „juſtorum, quia judicandi ſunt, denegavit: „illos enim præjudicatos impietas facit, hos „vero peccatum detinet judicandos. Itaque „neque impietas, quæ jam judicata eſt, pec„catorum eſt permiſſa judicio, neque pecca„tores, qui judicandi ſunt, juſtorum, qui non „judicabuntur, meriti ſunt digni eſſe conſilio. „Et hujus differentiæ hinc ordo proficiſcitur, „*quia cognoſcit Dominus viam juſtorum, & via* „*peccatorum peribit*, cognoſcit Dominus viam ju„ſtorum non ignorationis ſcientia, ſed digna„tione noſcendi. Abſolute autem Dominus „oſtendit in Adam & Abraham peccatores ſe „ignorare, cognoſcere autem fideles: nam„que Adæ poſt peccatum dictum eſt: Ubi „es? non quod Deus eum in paradiſo eſſe „neſciret, ſed quod indignus cognitione Dei „per id quod peccavit oſtenditur, Abraham „autem, qui magnum timoris Dei dederat Fi„lium ſuum offerendo documentum, nunc „cognoſcitur, nunc probatur, nunc dignus „eſt, qui non ignoretur. Impii ergo in judi„cium non reſurgent, cum jam fuerint judi-

Quomodo Deus cognoſcat vel ignoret.

„cati

„cati per eum, qui ait: Pater non judicat „quemquam, sed omne judicium dedit Filio „Domino nostro Jesu Christo, qui est bene„dictus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus II.

Sine titulo apud Hebræos.

1. „In Actis Apostolorum primum hunc Psal„mum haberi sub oratione B. Pauli docemur *Act.* 4. cognoscenda itaque ea ratio „est, cur a nobis secundus intelligendus sit. „Erat scilicet jam a Moyse institutum, in syna„goga omni septuaginta esse doctores quibus „Moyses quædam ex occultis legis secretiora „mysteria intimaverat. Hi seniores libros le„gis transferentes secundum hanc Moysis tra„ditionem ambigue lingua Hebraica dicta „transtulerunt doctrinæ scientia multimodam „illam sermonum intelligentiam temperantes: „& ex eo fit, quod qui postea transtulerunt, „diversis modis interpretantes magnum genti„bus attulerint errorem, dum occultæ illius „traditionis ignari ambigua in lingua Hebrai„ca suis ipsi judiciis ediderunt. Sed perfecta „horum septuaginta interpretum autoritas ma„net, primum quod ante adventum Domini „sine adulatione transtulerunt; dehinc quod „secretiori Moysis doctrina perfecti non potue„runt non probabiles esse arbitri interpretandi. „Hi ergo Psalmos transferentes in numerum „& ordinem redegerunt, & diapsalmis di„stinxerunt, qui apud Hebræos confusi haben„tur; Horum translationes Hebræis lingua

Quare Psalmus hic primus dicatur Act. 4.

Secreta traditio legis.

Septuaginta interpretes.

„ſua tantum utentibus non erant neceſſariæ, „ipſis tamen poſt reſurrectionem Chriſti cum „illis libris, quos Regi Ptolemæo iidem „translatores ediderant, collatis, & fideliter „conſonare compertis indiſſolubilis, conſti„tuta eſt doctrinæ & ætatis autoritas. Bea„tus ergo Apoſtolus Hebræus etiam ſecundum „Hebraicam confeſſionem pſalmum hunc pri„mum eſſe dixit, translatorum diſtinctione „non uſus, cui maximum hoc prædicandi ad „ſynagogæ principes ſtudium fuit, ut D. N. „Ieſum Chriſtum Dei Filium natum, paſſum, „reſurgentem regnare ex doctrina legis oſten„deret. Quid autem in libro Actorum ſuorum „de hoc pſalmo Apoſtoli ſenſerint verbis ipſo„rum loquemur. Scilicet: *Tu per os patris „noſtri David ſancti pueri tui dixiſti.*

Conſilium contra Chriſtum.

2. „*Quare fremuerunt gentes, & populi me„ditati ſunt inania? &c. convenerunt enim in „veritate in civitate iſta adverſus ſanctum tuum „filium quem unxiſti, Herodes & Pontius Pila„tus & populus Iſrael.* Et gentes quidem fre„muerunt, nam cohors militum Pilati ex fre„mitu iræ eum ſpinis coronavit &c. populi „autem inania meditati ſunt per meditationem „legis non intelligentes eum, qui prædicaba„tur in lege. Reges quoque aſtiterunt, He„rodes & Pilatus, & uterque pro legum, qui„bus præerant, neceſſitate præſentiæ ſuæ ad„hibuit officium: qui autem impio conſilio „multis conveniebant ſacerdotum principes in „domum Cayphæ, adverſus Dominum tracta„bant. Quia autem hæc ex perſona Patris

„dicta

„dicta sunt, ad intelligendam personæ demu-
„tationem ab interpretantibus interjectum dia-
„psalma est. Persona ergo, quæ demutatur
„Apostolorum est dicentium.

3. „*Dirumpamus vincula eorum*, scilicet in- *Lex vet*
„fidelitatis gentium: & *projiciamus a nobis* *abrogat*
„*jugum ipsorum*, scilicet Judæorum, qui jugo
„legis onerantur, quod a se Apostoli abjiciunt,
„ut gravi isto abjecto svavi & levi evangelicæ
„sanctificationis se jugo subderent. Porro vo-
„lens Propheta sub personæ distinctione signifi-
„care Patrem, qui Filio suo etiam in Filio
„hominis consistente in terris, in illa sua
„æterna sede maneret, ait: *Qui habitat in*
„*cœlis irridebit eos*, & *Dominus subsannabit eos*.
„Subsannati autem & irrisi sunt, nam cum
„crucifixerant, perdiderunt impietatis suæ la-
„borem. Irridetur impietas, dum ad illicita
„nititur, dum quod obtinuisse se sperat,
„amittit, dum Deum esse, quem tamquam
„hominem condemnat, agnoscit, ob quod
„competenter hoc sequitur: *Tunc loquetur ad* *Ira Dei*
„*eos in ira sua &c.* irascitur vero Deus, cum *quid.*
„per pœnæ dolorem iram decernentis sentiat
„esse punitus, quæ non per demutationem
„naturæ in iram ex placabilitate commota est,
„sed ex constitutione pœnæ ira sit puniendis.
„Postéaquam ergo gentes, reges &c. irrisi
„subsannatique sunt, subjectum est: *Tunc lo-*
„*quetur ad eos in ira sua*: qualiter autem loqui
„semper in ira sua Dominus sit, ex capite primo
„Esaiæ cognosci potest. Ut autem Propheta
„ostenderet, quis ille iræ sermo esset, & quæ
„ex eo conturbatio gigneretur, adjecit.

 4. „*Ego*

Quid iratus Deus loquatur.

4. „*Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus &c.* conturbantur ergo frequentes & vana meditantes, cum „*regem* sciunt, cum *Filium Dei* audiunt, cum „possessorem eum *finium terræ*, & hæredem „esse gentium discunt, cum regendi jus *in virga* „*ferrea* ejus esse cognoscunt, cum facilitate „*vasis figuli* comminuendos populos intelligunt: sic loquitur iratus non puniens admissam impietatem, sed impœnitentem ad pœnitentiæ confessionem memoratæ potestatis terrore perturbans. Præter hæc autem omnia „dicta ex persona Unigeniti Filii Dei D. N. „Jesu Christi intelligi possunt: nam primo illud: *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus*, nescio cui „Christum regem esse ambigere sit tutum, latrone in cruce *Luc.* 23. magis *Matth.* 2. hoc „confitentibus, hic ergo rex super Sion montem sanctum Dei Hierusalem cœlestis constitutus est, & Dei præceptum annuntiat, ut „venturum eum cum cœli nubibus meminissent, adversus quem fremerent & convenirent, & super contumelia illusæ humilitatis „corporeæ poeniterent, nam ait: *Dominus* „*dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui* „*te*, quod non ad virginis partum, neque ad „lavacri regenerationem, sed ad primogenitum ex mortuis ex resurrectione in immortalitatem renatum pertinere apostolica autoritas est. *Act.* 13. Resurgens enim jus omne „in cœlo & in terra sortitus est *Matth.* 28. „adeoque poposcisse id, quod sortitus est, „ostendit: sequitur enim

5. „*Posca*

5. „*Posce a me, & dabo tibi gentes hæredi- „tatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ:* „hæc ergo ejus hæreditas est, ut omnes gen- „tes baptizatæ regenerentur in vitam æter- „nam. In eo autem, quod subjectum est: *Et „possessionem tuam terminos terræ*, accepit pos- „sessionem finium terræ, ut in nomine Iesu „omne genu flectatur cælestium terrestrium, „& infernorum, & omnis lingua confiteatur, „quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris, „non terra solum, sed superna & inferna do- „nantur, & ea quibus terra concluditur, & in „gloria Dei Patris hodie genitus nascitur, id „est, manente ante Dei forma per præmium „mortis formæ servilis adsumptio honestatur, „fitque sub tempore nova, nec tamen inusi- „tata nativitas, cum ad resumendam gloriam „Dei Patris, qui ex forma servi erat, reper- „tus primogenitus ex mortuis nasceretur. Se- „quitur deinde. *Possessio Christi.*

6. „*Reges eos in virga ferrea, & tamquam „vas figuli confringes eos.* Quod latinis est, re- „ges eos, græcis est, pastoraliter reges, re- „gendi scilicet eos curam pastoris affectu ha- „biturus. Ne autem tyrannicum significari „arbitremur in virga, noscendum, quod quia „omnis Dei sermo, quo ex errore in verita- „tem retrahimur, quo per terrorem judicii „ad sanctæ vitæ viam regimur, virga in scrip- „turis est nuncupatus 1. *Cor.* 4. Ipsum quoque „Dominum nostrum ob doctrinæ suæ modera- „tam prædicationem virgam nuncupari scimus „ex Isaia: Exiet virga de radice Iesse. *cap.* 11. *Regimen Christi in homines.*

„In hac ergo virga reget gentes sibi datas „non fragili sed ferrea pro naturæ suæ validi„tate firmissima, & sicut hac virga reget, ita „etiam confringet & conteret, non tamen ad „hæreditatem suam perdendum & abolendum, „quippe cui cor.contribulatum sacrificium sit „optimum. Contritio ergo illa seu confractio „est, quæ in nobis corporeas voluptates com„minuit, dignosque Dei dignatione præstabit. „Qualis autem a Deo secundum vas figuli „nostra sit confractio, docuit per Jeremiam „*cap.* 18. Scilicet sic obtentas hæreditatis suæ „gentes Deus confringet & conteret, ut refor„met ad rationabilem vitæ usum, cum per „doctrinæ regimen terroremque judicii in vir„tutes post vitia revivifcimus. Sed & illa „tamquam vas figuli non ignoranda confractio „est, tunc cum his corporibus casu mortis con„fractis secundum Dei voluntatem resurgen„tium corporum instauratio est futura, non „ex alia aliqua, sed ipsa originis suæ materie, „ut corruptibilium corporum in incorrup„tionis gloriam resurrectio non interitu na„turam perimat, sed qualitatis conditio„nem demutet. Confringi itaque nos tam„quam vas figuli vel nunc vel tunc gau„deamus, ut & nunc modo figuli vasis com„mortui & consepulti Domino in baptismate „in novitate ambulemus, & in novum homi„nem deposito veteri renascamur, & tunc in bea„tam illam iteratæ reparationis nostræ speciem „reformemur, cujus boni non ignarus Prophe„ta post hæc hortatur & dicit.

7. *Et nunc reges intelligite &c.* Reges hi „sunt illi, quos nobis Evangelia demonstrant, „scilicet in quos approquinquavit regnum Dei, „qui regnantes in se peccatum devicerunt, „qui sui ipsius corporis reges sunt, dominatui „suo universa vitiorum incentiva subdentes, „hoc enim in nobis est regnum Dei. Hos „itaque reges Propheta ad intelligendum co„hortatur, ut sciant, quæ hucusque in hoc „psalmo memorata sunt: hæc enim intelligen„tes, sacramentum omne divinæ voluntatis „agnoscent, & cum per obedientiam præcep„torum æterno regi Christo cohæredes sunt, „id consequentur, ut reges sint. Sequens „est, ut cognoscamus, qui sint *Judices terræ.* „Scilicet sancti quique intelligendi sunt esse „judices terræ, quorum vita atque fides infi„delium iniquorumque judicii vice sit, quo„rumque comparatione fidei ac timoris impii „condemnabuntur, unde Apostolus ait: *Sancti* „*mundum judicabunt* 1. *Cor.* 6. Eruditionis „autem hujus opus continuo Propheta subjecit „dicens. *Quinam reges & judices.*

8. „*Servite Domino in timore &c.* non se„curum patitur aut negligens servitium, sed „vult in omni admisceri timorem: ut enim „metuentes servi diligentius dominis carnali„bus serviunt, ita & Deo servientes si timeant „non negligentes erunt: ac ne tyrannici ter„roris hic metus esse fidelium crederetur, ad„jecit: *Et exultate ei*, ut metum servitutis „gaudii exultatio temperaret. Porro autem „ne libertas gaudii fines congruæ moderatio- *Serviendum Deo cum timore.*

„nis excederet, subdidit: *exultate in trem*
„quia periculosa ad oblivionem timoris e
„libera a tremore lætitia. Hujus autem
„vitii & timorem exultantem, & exulta
„nem trementem docuit in eo, quod sequi
„consistere, dicens: *Apprehendite disciplin*
„ardorem spiritus in apprehendendi avidi
„desiderans, causam autem hujus comple
„Propheta subjecit, dicens: *ne quando irasc*
„*Dominus*, & *pereatis de via justa*, *cum exa*
„*rit in brevi ira ejus*: adest enim pœnæ d
„qui in exardescente ira Domini significari
„telligitur, in quo si, non apprehensam di
„plinam tenebimus perditi de via justa erim
„Non in mora hæc ira est, in brevi nam
„exardescit: excipit enim nos statim ultor
„fervus, & decedentes de corpore, si m
„vixerimus confestim via recta perimus, Te
„nobis Evangelicus pauper, & dives, q
„rum unum angeli in sedibus beatorum lo
„verunt, alium statim pœnæ regio exce
„Denique hunc psalmum Propheta sic con
„sit. *Beati omnes, qui confidunt in eum*,
„trepidam spem, neque ambiguam perfe
„beatitudinis exigit. Confidendum ergo
„ne nos a via recta exardescens brevi ira
„deperdat, fidelis enim est, qui ait:
„credit in me, non judicabitur, sed tran
„de morte ad vitam D. N. Jesus Christ
„qui est benedictus in sæcula sæculon
Amen.

„P

Psalmus XIII.

1. „Integra hujus Psalmi Enarratio non habetur, sed solum nonnulla ejus fragmenta, quorum præcipuum est sequens. Spiritus sanctus cernens errorem generis humani, & mala sæculi hujus ingravescentia, ubi Deus negatur a stulto, ubi abominandis voluptatum fallaciis corrupti sunt cuncti, quibus malis grassantibus Spiritus S. qui solus opem ferre possit exclamat. *Quis dabit ex Sion salutare Israel?* omnia enim legis opera adversus tantam morborum pestem infirmabantur, opus erat medico, qui una auxilii sui ope universa curaret, & verbi potestate sanaret, hunc requirit spiritus & clamat, quis dabit ex Sion seu Ierusalem cælesti salutare Israel seu Dominum salvatorem nostrum. Hoc salutare gentium annuntiatur non carnali Israel, sed sermo iste omnis ad gentes est, & gentium salutaris est, unde ait: *dum avertit Dominus captivitatem plebis suæ:* captivitas proprie gentium est, qui in corde suo induxerant, *non est Deus*, *qui trepidaverunt ubi non erat timor*, *qui spem inopis confuderant.* Hæc captivitas appellatur, hoc servitium adimitur, sed Israel erit ille qui credit, qui Deum oculis cordis aspiciet, qui post *captivitatem aversam* hoc Dei salutare cognoscit. *Lætatur Jacob*, *lætatur & Israel* captivitate aversa, libertate concessa, Deo contemplato, Abraham & Jacob patribus per adoptionem familiæ nuncupatis. In his ergo lætemur & exultemus scientes per nostram redemp-

Salvatoris adventus petitur.

„demptionem ob unius pœnitentis salutem „in cœlis gaudia angelorum, & cum cœl „lætitia pro nobis sit, oportet in Christo „gaudia nostra perpetua, qui est benedictu „sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus XIV.

Taberna-culum & mons quid.

1. „Psalmus hic inscribitur: *Psalmus Da* „quia per eum spiritus sanctus „locutus est, & ita incipit: *Domine quis* „*tabit in tabernaculo tuo &c.* Et statim res „detur: *Qui ingreditur sine macula &c.* „interrogantis est, bonitas respondentis, „firmatio audientis. Sed in his virtus est „jicienda verborum: distinxit enim hal „tionem in tabernaculo, requiem in mo „& prior est habitatio in tabernaculo, p „rior requies in monte. Non vero unum „bernaculum vel per Moysen frondeum, „per David exoptatum, vel per salomo „ordinatum Propheta desiderat, sed mult „innumerabilia *Ps.* 83. quia etsi in orbe „clesia una sit, tamen unaquæque urbs „clesiam suam obtinet, & una in omnibus „Primus itaque gradus est ad cœlestia a „dentibus, habitare in hoc tabernaculo „illic noctibus diebusque vitam ævi te „agere amotum a sæculi curis & negotia „jus mundi relinquentem. Post hæc in m „*Domini* quiescendum est, qui mons „ista terra expectandus est, sed in his, „cœlestia sunt & maxime sublimia. Et „sublimius Christo? Hic ille mons est

„quo quæritur, quis possit esse requiscens, „scilicet corpus Christi, quod suscepit e nobis, „ante quod Deus erat, per quod transfigura„vit corpus humilitatis nostræ conformatum „corpori gloriæ suæ, si tamen & nos vitia „corporis nostri cruci ejus confixerimus, ut „in ejus corpore resurgamus. Ad illud enim „post habitationem Ecclesiæ scanditur, & in „Domini sublimitate requiescitur, quia nullus „est ex impietate dolor, ex inopia metus. Un„de ad id quod quæsitum est, respondet spi„ritus sanctus.

2. „*Qui ingreditur sine macula &c.* cui sci„licet post baptismum nullæ adhæserunt sor„des, sitque ei corpus non stupris contamina„tum, non mens vino ebria &c. sed in his „statim non est confecti itineris requies, „nam sequitur: *& operatur justitiam:* bonum „non tam cogitandum est, quam exequen„dum. Verum plura sunt reliqua, restat „enim. *Qui loquitur veritatem in corde suo*: „bona de se opera inutilia sunt, nisi in veri„tatis confessione suscepta sint. Sed quia so„lent plures voluntatis ac judicii decus etiam „verborum honestate mentiri, cum de Deo „bene sentiunt & loquuntur, verbis autem ac „sensus sui gestis atque operibus mentiuntur, „ad veritatem cordis adjunxit dicens: *Qui „non egit dolum in lingua sua*, & veritatem „quam sentit, non fallit in verbis, ut catholi„cæ doctrinæ professionem etiam operatio con„sequatur. Ergo in verborum ac linguæ veri„tate vivendum est, ut per operationum fidem „sen-

Requisita ad obtinendum.

Mendacium an licitum. „ſenſus noſtri verba non falſa ſint. Sed a
„hoc & per ſæculi nequitias difficile eſ
„enim neceſſarium plerumque mendaciu
„nonnumquam falſitas utilis eſt, cun
„percuſſori delatenti mentimur, aut fal
„de difficultate curationis ægrorum, i
„nunc ſpiritus ſanctus falſitatis affectum
„dacii conditione temperavit: *Qui no*
„*dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſu*
„*lum*, ut crimen mendacii in incommod
„beretur alieno, (*imo vero in quovis me*
„*crimen eſt, uti contra S. Hilarium omn*
„*cent Theologi.*)

Opprobrium vitandum. 3. „Præterea eſt adhuc aliquid in
„edomandum ſcilicet: *& opprobrium non*
„*pit adverſum proximos ſuos:* inſolentiæ
„cet & fiduciæ vitia depellit, & com
„illud ſuperbiæ malum tollit, quid enin
„inane, tam miſerum, quam homo h
„ſuperbiens, quam de ſe aliquid fid
„nonne videmus plures cum exprobraſſen
„pum egeſtatem amiſſis omnibus egere, p
„etiam per præſumptionem vitæ diu inn
„tes ad omnia devolutos, & cum delicta
„exprobrarunt, ipſos vix ad pœnitentiæ ve
„pertinere. Non eſt opprobrium adv
„proximos ineundum, ſed ſiquid in illis in
„tinens deprehenditur, ſine exprobrat
„amaritudine blandimento dictionis eſt
„gendum, hoc humilitas, hoc ſuper m
„diffidentia, quæ validiſſima fiduciæ c
„eſt, curat: ne ſit admonitio contumelia
„ſit emendatio opprobrium, ne ſit doc

„

convitium. Unde habendam rationem ipsius humilitatis adjecit, quæ autem hæc ratio sit, cohæret in versu: *ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus*, nam non oportet humilitatem carere constantia, ne ad potentium impetus terreamur, nec ad malevolorum arbitria cedamus, interdum enim etiam regibus iniqua poscentibus turpi adulatione famulamur, & vitiis alienis conscientiæ nostræ infirmitate blandimur, cum tamen ejusmodi malignus nullius deberet esse judicii. Sicut autem sine acceptione personæ nullus nobis, qui malignus est, esse debet, ita & sine acceptione personæ omnis *timens Dominum magnificandus* & honorandus. *Malis non adulandum.*

4. „Et quia in regenerationis nostræ nativitate in hæc sacramenta juramus renuntiantes diabolo, sæculo, & peccato retinendam usque in finem confessionis hujus fidem statuit dicens: *Qui jurat proximo suo & non decipit*: quamvis enim quis in mandatis Dei diu manserit, tamen si aliquando fefellerit, jam non manet, cum fefellit, & justitia anterior in injustitiæ tempore amittitur. Porro qui vitium omne detersit, cupiditatem quoque peccuniæ avertit, dicens: *qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, fallax enim beneficium, & humanitas fraudulenta hæc docetur: quid enim tam intolerabile quam ut indigenti ita beneficium tribuas, ut magis egeat, si christianus es quid ab eo præmium præmii expectas, ipse ab hominibus non beneficia expectando sed damna? Si Christia- *Juramentum servandum.* *Usura non accipienda.*

„nus

„nus es, quid pecuniam tuam in reditum
„ponis, & fratris tui inopiam, pro quo
„ſtus mortuus eſt, theſaurum tuum eſ
„Si Chriſtianus es, non quæro, ut larg
„ſaltem debitum tuum ſic repoſce, ne ſp
„& memento eum, a quo uſuram repetis
„inopem, & pauperem, propter quem
„ſtus inops voluit eſſe & pauper, itaque
„injuriam ſive beneficium pauperi præ
„Chriſto præſtare te noſce, quia propter
„cum Deus eſſet, indigentiam ejus eſt di
„tus & nomen.

Munera quæ accipere licet. 5. „Sed ne durus ſermo admonitionis
„jus crederetur, tamquam ſi penitus ſub
„rarum nomine habendi curam remov
„non acquirendi ſollicitudinem ſuſtulit,
„etiam modeſtiam accipiendi muneris temp
„vit, dicens: *& munera ſuper innocentes*
„*accepit.* Eſt quippe quædam munerum c
„vetudo, quæ honorem adferat largienti,
„ut majoris doloris ſit, oblata contemni, q
„donaſſe quæ ſumpta ſunt. Igitur ea mu
„quæ in alterius operantur injuriam, inhi
„nam ſi uſum munerum omnino abſtul
„ſatis fuerat dixiſſe: Et munera non acc
„ſed quia ſimplex donorum uſus aut ex h
„nis, aut ex Dei reverentia venit, ea v
„munera, quæ integritatem judicii corru
„rent, quæ nullum in ſe charitatis m
„officium continerent.

6. „Concluditur hic pſalmus ita: *Qui*
„*hæc, non movebitur in æternum:* nam per

„est habitatio in tabernaculo, per hæc requies „in monte. Restat ergo præceptorum custo„dia, & mandatorum opus: condendus est „Psalmus in viscera, scribendus in corde, in „memoria signandus, & hujus nobis cum „noctibus diebusque copiosæ brevitatis thesau„rus comparandus, & acquisita hac in viati„cum æternitatis opulentia habitantes in Ec„clesia tandem in gloria corporis quiescamus.

Psalmus XV.

1. „Tituli inscriptione prænotatur iste Psal„mus, sed quæ fuerit David tituli „inscriptio, in historia non invenitur. Verum„tamen tituli inscriptionem in passione Domini „factum recognoscimus, & negari non potest, „quod iste psalmus de passione & resurrectio„ne prophetasse videatur, cum dicit: *non da„bis sanctum tuum videre corruptionem* nam Chri„sti caro sola non vidit corruptionem. Me„rito ergo hic psalmus notatur: *tituli inscrip„tione*, quem scilicet Pilatus cruci ejus affixit. „*Jesus Rex Judæorum.* Itaque narrat hic „Psalmus, quorum Judæorum rex Christus „esse videatur, nempe non eorum Judæorum, „qui palam viderentur, & quorum esset aper„ta in carne circumcisio, sed illorum, qui in „secreto sunt Judæi, quibus circumcisio cor„dis, quorum gloria non ex hominibus, sed „ex Deo est. Videamus jam psalmi textum, „si ad hæc quæ diximus attinet. *Argumentum psalmi.*

Justificatio gratuita.

2. „*Conserva me* inquit *Dominus*, *quoniam* „*in te speravi*. Qui debitum petit, non sperat, „sed jure id reposcit. Itaque qui non ex ope- „ribus justitiam magnificabat, sed gratuitam „Dei gratiam introducebat, dixit, *in te speravi*: „*dicam Domino: Deus meus es tu*. Potestas „enim Domini in eo est, ut faciat in servum quod „vult, non quod necesse habet: si autem ope- „ribus merces debetur, id mihi retribuet, quod „necesse habuerit, non quod voluerit, & „evacuabitur gratia Dei. Unde novi testamen- „ti annuntiator bene ait: *Dixi Domino: Deus* „*meus es tu*: & consequenter bene ait: *Quoniam* „*bonorum non indiges, sanctis qui sunt in terra*: id „est, bona sua non esse necessaria sanctis terræ, „nimirum, gratuitam peccatorum remissio- „nem, quæ sanctis terræ non est necessaria, „sed sanctis terræ, qui se in operibus suis „justificant, & qui se justos putant, quibus „uti videtur illis male, redemptio per sangui- „nem Christi non est necessaria.

Gratia non negligenda.

3. „Sed quare ait: *ipsi miras fecerunt volun-* „*tates tuas in se; multiplicatæ sunt infirmitates* „*eorum, post hæc acceleraverunt*. Postquam enim „repudiantes gratiam Dei inventi sunt in ope- „ribus legis, infirmis mira facta est voluntas „Dei, qua ad gratiam suam provocabat eos. „Horum igitur synagogas, ait, *non aggregabo* „*de sanguine meo*, id est, non redimam eos, „qui redemptionis meæ gratiam non requi- „runt, *nec memorabor*, inquit, *nomina eorum* „*per labia mea*: qui enim in operibus suis vult „salvus esse, hic beneficium meum non confi-

„tetur,

„tetur, unde nec ego confitebor illum coram „Patre meo. Si ergo tales non erat congre„gaturus, supererat, ut ostenderet, quos in „haereditate accepturus esset. Itaque ordine „subjungit.

4. „*Dominus portio haereditatis meae & cali„cis mei &c.* si enim eos qui ex operibus justifi„cantur, repudiabat, eos quos Deus per gra„tiam salvos faciebat, malebat, quos cum „salvos fecerit Dominus, vere ille Dominus „est portio haereditatis ejus. Servavit autem „obsequium Filius, dum haereditatem suam „non in sanguine suo quaesitam praedicabat, „sed per Deum donatam sibi dicebat, ut & „*calicis sui*, id est, passionis Dominum portio„nem esse confiteatur: etenim si passione „Domini redemptae sunt gentes a peccato, ipsa „tamen passio voluntas Patris fuit. Itaque & „haereditatis suae & calicis portionem Domi„num esse asserit. Cum vero de haereditatis suae „portione loqueretur, *funiculi*, inquit, *ceci„derunt mihi in ipsis potentissimis*, quid enim „nisi potentissimi sunt, quos Dominus justifi„cat & honorificat. Quod autem ait: *cecide„runt*, usus est proprio verbo & necessario, „ubi enim quis non propter meritum eligitur, „ibi quasi quaedam sors cadit gratiae. Hic no„vus Adam loquitur. *Haereditas Domini qua.*

5. „*Benedicam Dominum, qui intelligere me „fecit*: nihil enim scit Filius nisi quae vidit & „audivit a Patre: itaque benedicit eum, qui „intelligere se fecit, quod maluerit in his hae„reditatem, qui in Deum sperant, quam qui *Tristitia Christi.*

„in operibus suis justificantur, *sicut*, ait, *in* „*nocte erudierunt me renes mei*, scilicet melius „esse sperare in Domino, quam in suo opere „justificari, quod & ipsum Dominum renes „sui quasi in nocte erudierunt, quando con„tristata est anima ejus usque ad mortem, „nam secundum interiorem hominem consen„tiebat legi patris ut pateretur, secundum „exteriorem autem in carne trepidabat. Ita„que quia renes secreta continent carnis, quæ „infirmabatur in tempore passionis eruditum „se renibus suis ait, ut intelligeret, sperare „in Deum *Hebr.* 5. *v.* 8. & ut *provideret* „*Deum a dextris suis semper, ut non moveatur*, „scilicet de voluntate, spiritus promptus est, „sed caro infirma, dixit autem eruditum se „quasi in nocte, non enim penitus contene„brati sunt sensus ejus de timore mortis. Quid „autem renes erudierunt? scilicet quod sequi„tur: ut *provideret Deum in conspectu suo semper* „*quia a dextris ejus est*, ascendens enim in „cœlum in dextris Patris factus est, qui in „tempore passionis flagellorum ludibria & re„liqua perpessus in sinistra Dei quasi positus, „postquam resurrexit & ascendit in cælum per„veniens ad dextram ad palmam justitiæ, ad „gloriam, ad nobilitatem impletur lætitia „cum vultu Dei, & habet *delectationes in dex*„*tera ejus*, ad quas nos spe cohortatur Apo„stolus dicens: *quia non sunt condignæ præsen*„*tis temporis passiones ad illa ventura bona, quæ* „*adaperientur in nobis Rom.* 8. Propter quod „& nos libentius in infirmitatibus nostris glo„riemur, ut protegat nos virtus Dei. Et

„nunc

„nunc quidem sit nobis Deus Pater in dextris, „ut non moveamur, translaturus nos postmo„dum in dextris suis in divitias D. N. Jesu „Christi, cui est gloria. Amen.

Psalmus XXXI.

1. „*Psalmus David intellectus* notat prophe„tiam novi Testamenti, in quo fu„tura promittitur remissio iniquitatum per gra„tuitam gratiam Dei sine operibus legis vete„ris: unde non immerito *beatus* vocatur, qui „non fuerit sub lege, sed potius sub gratia, „& ubi justificanda est fides sine legis operi„bus. Verum qualis fides requiratur notavit „Psalmista dicendo: *neque inventus fuerit in ore „ejus dolus*, quando aliud in labiis, aliud in „corde habetur: hujusmodi autem viri nec „remittere iniquitates, nec operire peccata „possunt, quia salutem suam non in auxilio „Dei ponunt. Denique suam statim tentatio„nem in vacillatione fidei notat Propheta, & „quid alii vitare debeant, commonet, dicens, „cum gravis super se manus Dei & perseve„rans in tentationibus fuisset, clamasse qui„dem, ad Deum, sed non perseverasse, ve„rum postremo tacuisse, & ex taciturnitate „continuo *inveterasse ossa sua*, id est, infirma„tam esse patientiam suam, seque ad veterem „impatientiam rediisse. Docet ergo, quod „in tentationibus multis non deficere debeat „clamor noster ad Deum, ex hoc enim fiet, „quod ulterius Propheta ait: *Conversus sum „in miseriam, dum infixa est mihi spina.* Ubi *Remissio peccatorum qualis in nova lege.*

 „aperte

„aperte significat, ex hoc vitio,
„tationibus supervenientibus clam
„& sperare desiisset, succedente
„suscepisse se in cogitationibus
„vitæ suæ, ac per hoc conversu
„miseriam relicta scilicet spe adjut
„que significanter ait, infixam sibi
„spinas enim in Evangelio Do
„sollicitudines victus esse.

Peccata confitenda.

2. „Et quoniam hæ sollicitud
„res frequenter in animos nostros
„non adtenduntur, inrepunt, *pec*
„*meum cognitum mihi fac.* Et
„stinguens iniquitatem a peccato,
„tas ignota minime esse potest, be
„catum, cujus varietas etiam i
„test obrepere, cujus multitud
„test & latere, unde ut cognit
„ret, deprecatus est, de iniqu
„dixit: *renuntiabo adversum me in*
„*am Domino.* Peccatum enim an
„poterat, cujus cognitionem sib
„Domino. At vero iniquitatem
„conscientia habebat, hanc, ait,
„adversum me coram Domino, ini
„alia nulla medicina est, nisi
„Deum, quam remissio sequitur,
„ait: *Et tu remisisti impietatem*
„qui vero iniquitatem non confit
„superbiam adversum Dominum
„sic impietatem acquirit, cum
„pheta eum, qui illam confitetu
„tur, humilem vocet, dicens:

„*cabitur humilis & justus ad te in tempore recte.*
„Est ergo tempus, quando non est recte justus
„a Domino, quod Propheta in sequenti docet:
„*Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad*
„*illum non approquinquabunt*: id est, qui pro-
„funda Dei judicia temere scrutantur: cum
„econtra justi & humiles orent: *Tu es refu-*
„*gium meum a tribulatione circumdante me.* Et
„hic ergo magis infirmitatibus gloriatur, ut
„protegat eum virtus Dei, unde subjunxit:
„*Exultatio ergo mea libera me a circumdantibus*
„*me.* Dominum exultationem suam vocat,
„quia non glorietur sapiens in sapientia sua,
„neque fortis in fortitudine sua, sed in hoc
„unusquisque glorietur, quod cognovit, &
„timet Dominum.

3. „*Intelligam & conjungar tibi, in via hac,* *Voluntas*
„*qua ambulabis, firmabo in te oculos meos.* Se- *Domini*
„quitur præceptum, quod mandatur: *post* *sequenda.*
„*Dominum Deum tuum ambulabis.* Et hoc est
„fidelis vir, non sibi ipsum eligere viam, sed
„ipsum sequi viam quam Dominus ostendit,
„illud putare rectum, quod ille mandavit.
„Denique ait: *confirmabo in te oculos meos,*
„ut scilicet nullum aliud iter videas, nisi
„quod dirigat Dominus. Quod siquis ad hoc
„refugium Dei non sponte accedat, discamus,
„quomodo talem castigat Propheta, cui com-
„paret, quid prohibeat. *Nolite*, inquit,
„*fieri sicut equus & mulus, quibus non est intel-*
„*lectus*: homo enim verbo obsequitur; at vero
„quibus dici potest: *vocavi, & non fuit, qui*
„*exaudiret* *Is.* 63. ejusmodi sunt equus &

 „mu-

„mulus, & in *fræno & camo* cogendi sunt „illuc ire, quo nolunt, ut salvi fiant. Itaque „propheta postulat: *In camo & fræno maxil„las eorum deduc, qui non appropinquant ad te, „nam multa flagella peccatoris*, per quæ Domi„nus salutem peccatoribus fabricat, inferendo „enim tribulationes superbiam peccatorum, „ut timere consuescant, erudit: *sperantem „autem in Dominum misericordia circumdabit*: „neque enim aut fræno aut camo ducendus „est, aut flagello arguendus, ut appropin„quet, cujus spes semper est in auxilio Dei: „Itaque huic proxima est misericordia ejus: „quamobrem sicut Propheta ait: *Jocondamini „in Domino, & exultate justi, & gaudete omnes „recti corde* per Jesum Christum Dominum „nostrum, cui est laus in sæcula sæculorum „Amen.

Psalmus XLI.

Contentus sit quisque vocatione sua.

1. „In præsenti psalmo cantavit David, quæ „*intellectus* esse deberent *filiis Core*, qui „summum sacerdotium usurpare sibi & rapere „nitebantur. Siquis enim supra modum sa„pere volens egrediatur mensuram partitionis „Domini invenitur in stultitia Core, vocabi„turque spiritualiter filius Core, & his canta„bitur *intellectus*, psalmus iste quem ita docet: „*sicut cervus desiderat ad fontes aquarum &c.* „Quo exemplo commoneri vult, ut & nos „ad fontem vitæ & sapientiæ Dominum desi„deremus. Unus est enim iste fons, ex quo „multæ spiritualium aquarum divisiones effi-

„ciuntur,

„ciuntur, uti curationes, Prophetiæ &c. „Sed & proximorum modi ita non appetendi „sunt, ut per æmulationem & discordias ipsius „fontis desideria negligamus: negligimus „enim eum, quoties nolumus mensuram or„dinationis ejus in pace & charitate servare. „Ita in similitudinem filiorum Core, quicun„que in hac superbia invenientur, commove„buntur hoc psalmo, ut intelligant, quod ad „Deum vivum potius intendere debeant desi„derium suum.

2. „*Quando veniam & parebo ante faciem* „*Dei &c.* hoc ipso ostenditur nobis, quoniam „non de proximo impetrabile est, & nisi fue„rint nobis *panes lacrymæ nostræ die ac nocte*, „nequaquam perveniatur ad faciem Domini, „Docetur ergo Synagoga Core, per quantas „tribulationes & lacrymas accedatur ad do„minum: quas sibi lacrymas pulchre ait Pro„pheta *in pane* fuisse, id est, in cibum vitæ „æternæ: cum vero prælocutus de tribulatio„nibus fuisset, *Hæc*, inquit, *memini*, *& effu*„*di in me animam meam*, in quo non aliud „dixisse intelligendus est, quam projeci, & „perdidi & vilem habui: scit enim justus, „quoties superveniunt tribulationes propter „nomen Dei perdendam esse & vilem haben„dam animam, ut salva sit in die Domini: unde „non ideo se fudisse animam suam ostendit, „quia desperavit de spe vitæ futuræ, sed quia „*transiturus esset in loco tabernaculi admirabilis us*„*que ad domum Dei:* Docti igitur hoc psalmo, „quoties persequetur inimicus & improperabit

Tribulatio via ad gloriam.

„nobis nomen Domini, effundamus ei animas noſtras, perdere eas parati, ut ſalvas faciamus illas, non quaſi deſperemus de fiducia adjutorii Dei, ſed quia certi ſimus tranſituros nos eſſe in loco tabernaculi admirabilis usque ad montem Dei, id eſt, de præſenti vita, ubi quotidie pugna contra carnem & ſanguinem gerenda eſt, in domum Dei, ubi in æternum habitabimus *in voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis.*

Fides & ſpes in tribulatione non deſerenda.

3. „Hanc igitur ſpem qui percepit, merito interpellavit triſtitiam animæ dicendo: *Ut quid anima triſtis es, & ut quid conturbas me? ſpera in Deum &c.* oportet enim omnem virum juſtum cum tentatur, cum tribulatur, cum in perturbationem animæ venit, & ſi quare hæc ſibi accidant, non intelligat, fidem tamen non relinquere, nec condemnare credulitatem, quam docuit Propheta dicendo: *Propterea memor ero tui Domine de terra Jordanis & Hermonis a monte modico.* In terra enim Jordanis introitum ſignificat repromiſſæ hæreditatis populo Iſrael, & quoniam nobis hæreditatis introitus fides exiſtimatur. Itaque ubi initium fidei noſtræ commendare voluit Propheta, ibi terram Iordanis & Hermonem montem nominavit. Caput ergo Hermon quod eſt in terra Jordanis, initium vocatur fidei; Ideo illuc & Joannes primus præcurſor auditur, & Joanni primum Chriſtus oſtenditur: illuc Spiritu Sancto Dominus adimpletur, illic Paternæ vocis teſtimonium redditur: *Hic eſt Filius meus &c.*

„hic

„hic progrediens initia virtutum, hic initia sig„norum, quibus Filius Dei creditur, operatus „est. Significanter autem monti Hermoni *modici* „addit appellationem, fidei enim initium mons „pusillus est, & cui multæ ascensiones ad regnum „cælorum per contumelias, per injurias, per „tribulationes, per mortem crucis credere in „Deum primus ascensus est, quoties enim in „illo vertice amarissimo crucis perturbabitur „anima mea, de initio fidei, de monte mo„dico memor ero Domine, quia es salus vul„tus mei.

4. „*Abyssus* enim *abyssum invocat &c.* quia „diluvium est sensus Domini, & judicia Do„mini abyssus multa. Ecce Filius Dei curat „multorum ægritudines, & accusatur, quod „faciat sanitates: damnatur in cruce gloriæ Do„minus, inter latrones & impios deputatur. „Vide quanta judicia abyssus consequatur, ut „merito ab eo dici possit: *omnes altitudines* „*tuæ & fluctus tui super me transierunt.* Et quia „omnes eructationes judiciorum Dei per voces „Prophetarum invenimus sonuisse, eas hic „*cataractas* appellatas existimo: *Abyssus abys*„*sum invocat in voce cataractarum.* Sic vox „cataractæ fuit: *foderunt manus meas & pedes* „*meos &c. Ps.* 21. Quoniam ergo prædicatio„nes etiam rerum gestarum fides secuta est, „in hanc vocem cataractarum abyssus abys„sum invocavit, ut suppleret sonos earum „effectus. Unde opportune Propheta subjun„git: *In diem mandavit Dominus misericordiam* „*suam, & nocte manifestavit:* dat scilicet con-

In misericordia Dei sperandum.

„sola-

„solationem omnibus justis, ut si ex multis „tentationum fluctibus operti perturbationem „sensus patiantur, quæ tenebræ oculorum nox „vocantur, meminerint, quia semper in hac „nocte manifestatur Dei misericordia potens „si eam deprecemur, dicentes: *apud me ora-„tio Deo meo, dicam, susceptor meus es, quare „me dereliquisti? Quare tristis incedo, dum „affligit me inimicus, & confringit ossa mea,* id „est, patientiam meam in tribulatione, & im-„properat mihi *ubi est Deus tuus?* verum si-„qua vexatio, siqua pressura, siquod imprope-„rium nominis Dei venerit super nos, si tristis „erit anima nostra, nos dicamus: *spera in „Deum, quoniam confitebor illi,* protegente Jesu „Christo Domino nostro cui est gloria in sæcula „sæculorum. Amen.

In finem intellectus David cum venit ad eum Doech Idumæus, & nuntiavit Sauli: venit David ad domum Achimelech.

1. *Reg.* 21.

Psalmus LI.

Argumentum psalmi.

1. „Superscriptio Psalmi sollicitam expeten-„dæ intelligentiæ postulat diligentiam, „est enim in exordio positum: *in finem intel-„lectus.* Intelligentia autem psalmi in eo consi-„stit, de quo omnia sunt, extra quem nihil „est: & quis iste sit, superscriptio ipsa, quæ „continere historiam existimatur, ostendet. „Achimelech interpretatur fratris mei impe-

„rium.

„rium. Cum ergo Sauli dicitur: venit David „in domum Achimelech, illi inimico David „nuntiatur, quod domum ingressus sit fratris, „imperii domus autem imperii fratris quæ sit, „Petrus apostolus docet, dicens: *Et vos quasi „lapides vivi ædificamini in domos spirituales &c.* „1. *Petri* 2. In hanc igitur spiritalem domum „ædificandi in regale genus sumus, si per spi„ritalem corporum ædificationem conformes „Deo facti genus perfici regale mereamur. „Hanc igitur Achimelech domum David ille „verus sanctus ingressus est, factus nostri cor„poris homo, quæ domus fratris mei regnum „est, quia in ejusdem corporis gloria cohæ„redes sumus regni ejus. Concessa ergo se„cundum præcedentem psalmum peccatorum „remissione, verbum caro factum habitat in „nobis, qui & fratres, & domus spiritalis & „regale genus sumus: Populus autem impius, „qui in Doech significatur, regi suo inimico „David prodit, quod in domo Achimelech sit, „& hoc fit cum Pilato traditur crucifigendus, „non intelligens, eum esse sanctorum Eccle„siam ingressum, in qua & desideratum sibi „cibum sumpserit in Paschate, & ex qua Go„liæ, id est, diaboli arma sustulerit: post „quod ab eodem hoc Doech id est, populo „proditore Apostoli occisi & Ecclesiæ sub„versæ sunt.

2. „*Quid gloriaris in malitia potens iniqui„tate tota die.* Hic sub persona Doech populus „ejus intelligendus est, potens enim fuit, cum „serviens visitatur a Domino, tot plagis per- *Israelitarum malitia.*

„cussa

„cussa est Ægyptus & reliqua. Sed in his „omnibus cum potens esset, tamen in malitia „sua semper potens fuit, dum vitulum ado„ravit, prophetas occidit, ipsum quoque Deum „ac Dominum suum sui causa natum hominem „proditum præsidi in crucem sustulit, ac sic „toto vitae suae die in iniquitate glorians, cum „potens esset, potens tamen esse in malitia „permansit. Post hanc ergo de eo prophetici „doloris querelam jam in ipsum sermo conver„titur.

Judæorum injusta lingua contra Christum.

3. „*Injustitiam cogitavit lingua tua.* Quia „ex ratione naturæ cogitatis potius famula„tur lingua, quam cogitat, hæc lingua, quæ „injustitiam cogitavit, non naturæ suæ usu „docetur esse officiis, sequitur enim: *sicut no*„*vacula acuta fecisti dolum.* Populus enim ille, „qui in Doech significari intelligendus est ad „magnificandum Dei nomen electus, eum in„honorat, tradit, ac quantum in se est, cru„cis morte perimit, & hoc linguæ suæ nova„cula acuta, per quam clamavit, crucifige, „consummat. Dolum itaque tamquam nova„cula acuta non abradendo superflua, sed vul„nerando, iniquitatem cogitans fecit hæc lin„gua, & cujusmodi dolum consequentia do„cent, sequitur enim: *dilexisti malitiam super* „*benignitatem, iniquitatem super, quam loqui ju*„*stitiam.* Populus itaque cui ad redemptionem „Verbum caro factum est, ut per fidei justifi„cationem maledicto legis liber esset, dum in „transgressione legis mavult servire maledicto, „ipsum Deum suum tradidit, poenam sangui„nis, ut esset prætor innocens, in se suscipiens.

„Sed

„Sed demonstrata causa peccati gravissima, hæc „subjecta est damnationis sententia.

4. „*Dilexisti omnia verba præcipitationis, linguam dolosam: propterea destruet te Deus in finem &c.* quia Judæus populus incredulus & „regem suum, sic Doech David, prodens verba „præcipitii dilexit, dicens: regem non ha„beo nisi cæsarem. *Jo.* 19. Deo rege neglecto, „rege homine confesso, in hoc se sæculi „profundum ipse demersit, ideo in finem de„struitur, usque ad consummationem enim „sæculi regnum destructæ civitatis amisit, & „*de tabernaculo evulsus & emigratus est*, vagus „nunc in toto orbe terrrarum, & ubique „peregrinus consummatis omnibus suis in pas„sione Domini peccatis. Quia præcipitatio„nis verba dilexit, *tabernaculo* illo caret, in „quo Prophetæ semper Dei spiritu pleni fue„runt, a quo tabernaculo evulsi spiritalium „donorum honoribus carent. Evulsi autem „sunt ab illo tabernaculo, quod est sanctum & „venerabile nati ex Virgine Dei corpus & tem„plum, in quo qui crediderit tamquam con„sors dominicæ carnis habitabit. Evulsus „vero de tabernaculo *eradicabitur & de viventium terra*, quæ in beata regione sanctis „Domino conregnantibus præparatur: vivo„rum autem idcirco terra est, quia omnis „fidelis Domino licet mortuus sit, Deo tamen „vivit. Post prænuntiatam Doech damnatio„nem nunc ad alterius expositionis significa„tionem se retulit Propheta dicens.

Poena Judæorum Christum occidentium.

5. „*Vi*-

Justorum timor & lætitia de Dei justitia.

5. „*Videbunt justi & timebunt, & ridel*
„*super eum &c.* destructo Doech seu pop
„Israelitico, sancti quique necesse est metu
„cum videant tot tantisque divinæ miseri
„diæ auxiliis populum adjutum post ingent
„gloriosi regni dignitatem maximum de se
„lamitatis humanæ exemplum præbuisse,
„eum consumptum bellis, fame emortuu
„mortuorum cadaveribus pastum, in servi
„tem redactum exulem ubique esse. Jam
„spirituales quis oculos erigat, sciat, avul
„eos esse ex consortio corporis Dei, ex i
„beatitudinis regno, ex resurrectionis ho
„re, & esse sine Dei spiritu, sine intelligen
„Prophetiæ, constitutosque gehennæ pal
„lum. Videbunt ergo justi & timebunt
„tanta horum calamitate. Sed quia justi su
„licet timeant de exemplo, tamen & de fru
„propriæ justitiæ gaudebunt: ridebunt en
„super eum, ridentes & timentes, quia D
„subditi sunt, punitorum severitate territ
„Sed qui ridentes timebunt, dicent: *E*
„*homo, qui non posuit Deum adjutorem suum*
„stultitiæ & impietatis extremæ est, non
„telligere, sub Deo, & ex Deo vivere, &
„magis velle confidere potestate, & *speran*
„*multitudine divitiarum suarum*, quæ divi
„quosdam insolentes faciunt non intelligent
„hoc se magis religiosos oportere esse, qu
„divites sunt, quia gratiam referre largit
„bonorum sibi desiderabilium convenit, & l
„magis inexcusabilis est avaritiæ reatus,
„jus necessitatem non excusat opulentia. I
„vero, quam infelix est fiducia rei inanis, De

„co

„contemnere, habendo aurum, quasi non ex „Dei sit creaturis, aut cum homo vita excedat, auro suo sit usurus in morte: utetur „plane, si eo recte utatur in vita, si esurientem pane nutrierit, nudum veste sua texerit. „Hæc sunt plane ambitiosæ apud Deum huma„ni thesauri legationes, hæc potentia depre„candorum criminum, sic auro demutamur, „ut ex terrenis cælestes, & ex mortalibus si„mus æterni. Quare Propheta de fiducia spei „suæ ita loquitur

In misericordia Dei sperandum.

6. „*Ego autem sicut oliva fructifera in domo „Dei*, seu Ecclesia Dei, *speravi in misericor„dia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.* Ex„tendit enim spes suas ad infinitam perennita„tis ætatem, nec concluditur mortis occasu, „cum sciat se in Abrahæ finibus esse viven„dum, & conformem Deo mansurum ob id, „quod sequitur: *Confitebor tibi Domine, quia „tu fecisti &c.* Spes in misericordia Dei est, „non enim justitiæ opera sufficient, ad per„fectæ beatitudinis meritum, nisi misericordia „Dei humanorum motuum vitia non reputet. „In sæculum autem & in sæculum sæculi mi„sericordiæ spes est, sed confessio tantum in „sæculum, non enim confessio peccatorum „nisi in hujus sæculi tempore est dum volun„tati suæ unusquisque permissus est, dece„dentes namque de vita simul & de jure de„cedimus voluntatis, tunc enim ex merito „præteritæ voluntatis lex jam constituta aut „quietis aut pœnæ excedentium ex corpore „suscipit voluntatem. Sperans ergo Propheta

„misericordiam in sæculum & in sæculum sæ-„culi confitetur tantum in sæculo; confessio-„nis autem causam addidit, dicens: *quia fe-„cisti:* authorem scilicet universitatis hujus „Dominum esse confessus, nulli alii docens „confitendum, quam qui fecit olivam fructi-„feram spei misericordia in sæculum sæculi: „& quis sit hic, qui fecit ista, demonstrat „dicens: *Et expectabo nomen tuum; quoniam „bonum est in conspectu sanctorum tuorum.* Ex-„pectabit ergo Dei nomen cui confitetur, per „quem facta sunt omnia. Unus enim Deus „Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & „unus D. N. Jesus Christus, per quem omnia, „& nos per ipsum. Hujus ergo nomen ex-„pectat, Jesum scilicet videre, id est, sal-„vatorem suum nosse, Christum conspicere, „ut per professionem generosæ familiæ sit „Christianus, expectat. Bonum autem hoc „nomen est, quod angeli adorant, quod „dæmones tremunt, quod ad salutem ho-„mines assumunt. Expectat autem non oc-„culte, non trepidus, non solus, *sed in con-„spectu sanctorum ejus*, fide scilicet libera te-„stimonio expectationis suæ, vel sub sancto-„rum cælestium conscientia, non recusans, „vel prophetæ exemplo sanctis omnibus, qui „in terra sunt in seipso præbens, expec-„tationis exemplum.



Psalmus LII.

David in finem pro Abimelech intellectus David.

1. „Præsens psalmus tertio decimo psalmo „pene conveniens est, sed habet exi- *Finis psalmi.*
„guum intelligentiæ discrimen: primum vir„tute inscriptionis ipsius, nam decimus ter„tius illi inscribitur: *in finem illius David*: „quo significatur, psalmum illum a David „prophetatum fuisse: *hic vero in finem pro* „*Abimelech &c.* ubi autem est: *in finem intel*„*lectus*, adhortationis est significatio, qua ju„bemur secundum finis cognitionem intelli„gentiæ nostræ admovere judicium, ut ea „in psalmo denunciari intelligamus, quæ con„summabuntur, secundum illud Apostoli: „*dehinc finis, cum tradiderit regnum Patri &c.* „1. *Cor.* 15. Illud autem, quod *illi David* psal„mus inscribitur, ostendit, omnia de Christo, „qui David verus est, prophetari, quia ubi „*illius* inscribitur, ibi eum, qui dixit, signi„ficat, ubi vero *ille* est, ibi eum, ad quem „dicitur, ostendit.

2. „*Dixit stultus in corde suo, non est Deus.* *Atheus stultus.*
„vitii est humani, quod adversum publici pu„doris necessitatem voluptatis iniquitate lu„ctante quod pudet dici, non pudeat cogi„tare, & idcirco stultus in corde suo dicit: non „est Deus, quia si vellet verbis oris hoc elo„qui, stultus esse, sicuti est, publici assen„sus judicio argueretur. Quis enim mundum

 „con-

„contuens Deum esse non sentiat? Sed fit „frequenter, ut cum nos veri necessitas ad „confessionem Dei cogat, oblectatio tamen „vitiorum Deum nobis non esse persvadeat, „& quod contra fidem credimus, id tamen „de consilio impii cordis eloquamur. Cau„sam vero hujus stultissimi in corde eloquii „ostendit, dicens: *Corrupti sunt, & abomi„nabiles facti sunt in iniquitatibus suis.* Ini„quum est, quidquid extra legem est, & le„gem Dei excedentes primum corruptioni sub„diti sunt, dehinc abominationi, & qui „Verbum Dei carnem factum esse non cre„dit, & quia Deus non sit, loquitur, in „corde corruptus & abominabilis permane„bit. Ne autem indiligens Dei erga homines „voluntas esse existimaretur adjecit dicens:

Quomodo de coelo Deus prospicit.

3. „*Dominus prospexit super filios hominum, „si est intelligens aut requirens Deum*. Quoties „Dominus peccatis humani generis commo„tus salutis nostræ causa, aut Abraham ju„stificat, aut Prophetas inspirat, per has „virtutis suae efficientias ad filios hominum „prospexit, ut videret, siquis esset intelli„gens aut requirens Deum, & an se quis„que hominum intelligenter exquirat. Sed „obruti vitiis, & per oblectamenta corporis „natura corporeæ gravitatis oppressi declina„mus nos a studio intelligentis exquisitionis, „declinamus autem, posteaquam inutiles esse „cæperimus, id enim propheticus sermo sig„nificat: *omnes declinaverunt simul inutiles facti „sunt,* non cum declinant, inutiles fiunt, sed

„cum

„cum inutiles cæperint esse, declinant, nam „cùm ex bonis mali esse cæperimus, effecti „per id inutiles tunc omnes probabilium vi„rorum declinamus occursus, & præsentiam „bonorum conscientiæ nostræ pudore vita„mus, uti in Adamo patet. Non repertis „autem requirentibus ex affectus dolore ite„ratur querela dicentis: *non est, qui faciat* „*bonum, non est usque ad unum*, id est, de il„lis, qui & stulti, & corrupti, & abomina„biles, & postquam inutiles facti sunt, de„clinantes esse cæperunt. Unde ex hoc non „sequitur, quod inter homines bonus nemo „sit: licet enim bonitas perfecta & indemu„tabilis in nullo sit, quia eam naturalium „perturbationum incentiva demutant, sed ta„men cum boni sumus vel voluntate vel ge„stis, licet per naturæ infirmitatem demuta„tioni bonitatis obnoxiis non adimitur nobis „bonos nos vel tunc esse, cum sumus: bonus „autem solus per naturam suam indemutabi„lem semper Deus, qui indulgentiam infir„mitati nostræ, qua non semper boni perma„nemus impertit, uti in Moyse, Davide & „Petro monstravit, quibus increpitis demuta„tionum offensis ob fidei tamen meritum af„fuit venia proclivis. Atque hanc quidem in„telligentiæ nostræ rationem ea quæ conse„quuntur, absolvunt.

Vexantes bonos puniuntur.

4. „*Nonne scient omnes, qui operantur ini„quitatem qui comedunt populum meum, ut ci„bum panis &c.* comedunt operarii iniquitatis „populum Dei ut cibum panis, qui sanctorum

„injuriis vivunt, quos vexatio Prophetarum „& vastatio Ecclesiæ, & omnis iniquitatis de„lectat operatio. Comedunt quoque illi ut „cibum Dei populum, qui eum obtrectationis „morsu & laniatu invidiæ dilacerant. Item „illi quibus Deus venter est, qui ministerium „deputant ad negotiationem plebis se oblatio„nibus ditando, dum convivia sub obtentu reli„gionis sumptuosa sectantur, dum apothecas „suas inutili religiosorum obsequio distendunt, „cum consvetudo ab Apostolis hujus collatio„nis ad diurnam tantum sæculo renuntian„tium, aut per inopiam indigentium alimo„niam fuerit instituta. Hi ergo Dominum non „invocaverunt, quia operatio non verborum „est professio, sed fidei. Sed qui Deum non „invocant, etiam timent non timenda saxa, me„talla, ignem, reges mortuos atque morituros, „vel cætera religionum superstitiosa commenta „venerantes & Dei timorem obliviscentes; „impius enim timor est, cum quæ non timen„da sunt timentur, & quæ timenda sunt non „timentur. Et plerumque nos pie adulari „regibus existimamus, quia in corpus nostrum „est illis aliquid potestatis, quibus nihil ul„tra de nobis licet, quam latroni, quam fe„bri & reliquis, his enim casibus corporum „pro summa potestate desæviunt, & propter „brevem dolorem libertatem ecclesiæ, spei „nostræ fiduciam, confessionem Dei addici„mus, punitorem in igne judicii corporis & „animæ Deum non timentes, & æternis pœ„nis momentanea supplicia præferentes, dum „placere nos ipsis, & in eorum gratia perma-

„nere

„nere famulatu impio gloriamur, quod ip-
„sum decreto gravissimo sententia condemnat,
„dum adjecit:

5. „*Quoniam Deus dissipavit ossa homini-* *Homini-*
„*bus placentium &c.* inutilis est humanæ gra- *bus tan-*
„tiæ & irreligiosa sectatio, nam Deo magis, *tum plac*
„quam in contumeliam Dei hominibus est *re non*
„placendum; cæterum placere tantum ho- *queren-*
„minibus velle, Deo est displicere. Non *dum.*
„avocat autem ab hominum gratia Deus fide-
„lium rationalem sanctitatem, uti docet Apo-
„stolus 1. *Cor.* 10. ex causa enim placendi
„Deo causa etiam hominibus probabilis fit
„placendi. Cæterum studium, quod ut ho-
„minibus tantum placeatur impenditur, ad
„id, quod Deo placendum est, non refertur,
„quia tantum eorum causa, quibus placetur,
„adhibetur. Dissipavit ergo Deus ossa homi-
„nibus placentium id est, spem æternitatis
„gloriosæ in resurrectione, ita ut per con-
„temptum Dei tamquam abjecta vilescant, id
„enim sequitur: *confusi sunt, quia Deus sprevit*
„*eos;* quos tamquam indignos, ne conformes
„essent gloriæ suæ & resurrectionis abjecit,
„resurrecturi adeo, ut confundantur, non de-
„mutabuntur vero, & ex eo confundentur,
„commemoratis vero humanis impietatibus
„tali propheta spe beatorum finis ipsius ad-
„hortatione confirmat dicens:

6. „*Quis dabit ex Sion salutare Israel?* nam- *Christus*
„que secundum alium Prophetam: *Ex Sion* *salvator*
„*exiet lex*, & *Verbum Domini ex Hierusalem.* *gentium.*

 „*Is.* 2.

„*Is.* 2. Hoc Verbum Domini caro factum „est: Hæc caro ex Sion & Hierusalem est „civitas novæ pacis & speculatorium nostrum: „Hinc Salutaris, hinc Jesus, qui datus est „Israeli non illi carnali ex successione corpo„rea, cui ob infidelitatem profanissimi gene„ris deputantur: neque huic salus est, qui „non suscepit oblatam, sed qui *aversa captivi„tate* populus Dei factus est, quæ captivitas „populi Dei aversa est, cum oculi intelligen„tiæ panduntur, cum præfracta peccatis cor„da in requiem a Christo laxantur, & annus „Domini acceptabilis nuntiatur, quo pœniten„tiæ nostræ Deo accepta est confessio, cum „nihil præteritorum reputatur ad crimen, cum „nova omnia sunt, nova libertas est, novi fi„lii, & æterna lætitia est, *exultabit* enim „*Jacob & lætabitur Israel.* Hic ergo Iacob est, „spe præoccupatæ benedictionis insultans, jam „vero ubi Baptismo regeneratus & fide con„summatus Deum intelligentiæ oculis aspexe„rit, tunc jam Israel seu videns Deum lætabi„tur, quia jam supplantato seniore junior Deum „fide videt, visurus veriore conspectu secun„dum illam beatitudinis sponsionem: beati „mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt „Domini & Dei Jesu Christi, qui est bene„dictus in sæcula sæculorum Amen.



Psal-

Psalmus LIII.

finem in carminibus, intellectus David, n venissent Ziphaei & dixissent ad Saul: nonne ecce David absconditus est apud nos.

1. *Reg.* 26.

„Hoc quod a Ziphaeis David proditur, „in finem est intelligendum: per quod ostenduntur ea, quae in praesens erga David gerebantur, praeformationem in se futuri temporis continere; cum innocens infectatione vexatur, cum propheta contumeliis illuditur, cum Deo placens ad mortem requiritur, cum rex inimico suo, uti Herodi Dominus atque Pilato ab his proditur, cum quibus tutus esse debebat. Psalmi ergo intelligentia in finem est, & in illo David intellectus, in quo est finis legis. Ipsa autem interpretatio nominis affert non exiguum nobis ad intelligendum profectum: Ziphaei namque significantur oris aspersiones; aspersio autem secundum legem emundatio peccatorum erat per fidem populum sanguinis aspersione purificans, sacramentum futurae ex Domini sanguine aspersionis fide interim legis sanguine holocaustomatum repraesentante. Sed hic populus ore potius quam fide aspersus, & mundationem aspersionis labiis magis quam corde suscipiens, infidelis in David suum & proditor extitit, qui proinde Christus ita orat:

2. „*Deus in nomine tuo salvum me fac &c.* „In humilitate corporis Unigenitus Dei Filiu „sub Prophetæ sui dictis hæc precatur, q „& gloriam, quam ante sæcula habuerat, „reposcebat: & quia omnis hæc ex person „formæ servilis oratio est, id continuo subje „cit: *Et in virtute tua judica me:* ubi huju „nominis, in quo se salvari orabat, ho „norem non nudæ tantum nuncupationis ess „docens, judicari se in virtute Dei precatur „primum enim ex judicio est, quod meretur, „ut ei nomen, quod super omne nomen est, „donetur: tum deinde hoc ipsum judicium s „in virtute judicii, quia per virtutem is, q „ex Deo homo mortuus fuerat, idem rursu „in Deum ex homine mortuo resurrexit. Se „quitur dehinc: *Deus exaudi orationem meam* „*inauri verba oris mei*, promptum Prophet „fuerat dixisse Deus exaudi me; sed quia e „persona ejus loquitur, qui solus sciret orare „idcirco constans postulatio præstandæ oratio „nis ostenditur. Ejus igitur ista fiducia est, „qui solus Patrem videt, qui solus Patrem „scit: & qui orationem suam poposcit audiri „ut peculiare hoc fiduciæ suæ doceret esse, „subjecit: *inauri verba oris mei.* Solus hoc po „tuit cum fiducia velle, qui peccatum non fe „cit: causam autem, cur verba sua audi „oret, adjecit: *Quoniam alieni insurrexeru* „*in me &c.* Unigenitus Dei Filius Dei Ver „bum & Deus Verbum, cum omnia quæ Pater „posset, ut absolutissimum nobis humanæ hu „militatis esset exemplum, omnia, quæ ho „minum sunt & oravit & passus est. Alieni

„ergo

„ergo super eum insurrexerunt, non enim „jam filii Abrahæ sunt, neque Filii Dei, sed „natio viperarum, sed servi peccati. *Quæ-„runt* quoque & *animam suam fortes*, cum He„rodes principes sacerdotum ubi nasci habe„bat Christus, interrogat, cum *omnis Synagoga* „adversus eum testis falsa conjurat, sed ani„mam hanc humanæ naturæ & infirmitatis „esse existimantes *non proposuerunt Deum ante „conspectum suum*, quia Deus Dei Filius ante „sæcula manens humanæ naturæ habitu, id „est, nostri corporis atque animæ homo ex „partu virginis natus esset, per operum mag„nificentiam non intelligentes, quia hominis „Filius, cujus animam quærebant, ad id, „quod homo esse cæperat, ex Dei Filio, quod „semper manserat, extitisset. Post hanc ora„tionem, ut fiducia orantis posset intelligi in „eo ipso precationis tempore, quod poposce„rat, impetratum, continuo subjecit.

3. „*Ecce enim Deus adjuvat me &c.* effectus „proprios propriis reddidit postulatis: nam „ad id, quod ait: quoniam alieni insurrexe„runt in me: proprium illud est: Deus adju„vat me: ad id autem: & fortes quæsierunt „animam meam: in eo exauditæ orationis pe„culiaris effectus est, quod ait: *Dominus su„sceptor est animæ meæ.* Ad id vero quod ait: „*Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum*, „hoc competenter adjecit: *converte mala ini„micis meis*, habeat itaque hanc innocens re„ligio fiduciam, ut inter humanas insectatio„nes & animæ pericula adjutorem sibi Deum *Deus adjutor noster & ultor.*

„esse

„esse non ambigat, & siquando injuste mor„tis vis affertur, excedentem habitaculo cor„poris animam sciat in Dei susceptione requie„scere: habeat ultionis quoque certissimam „securitatem, cum mala omnia in eos, qui „inferunt, revertantur, mala autem Deus non „malevolus excitat, sed ultor retorquet, ne„que ea ex malitia sua affert, sed in merita „nostra convertit. Dehinc rursum ad perso„nam Dei fit conversio, *in veritate tua disperde* „*illos*: disperduntur autem in veritate inimici, „cum falsis testibus damnationem Christo com„parantes resurrexisse a mortuis eum audiunt, „& in Dei veritate gloriam suam resumpsisse „cognoscunt, nam postea ob pœnam Dei in „crucem acti fame ac bello absumpti ac per„diti sunt. Quod autem & in crucem actum „Unigenitum Dei Filium prædicamus, non „ex naturæ necessitate potius, quam ex Sa„cramento humanæ salutis passioni fuisse sub„ditus intelligendus est, & voluisse se magis „passioni subjici, quam coactum, sequitur „enim: *voluntarie sacrificabo tibi.* Legis „sacrificia non habent in se voluntatis profes„sionem, quia maledicti sententia decreta est „legem violantibus, a quo maledicto nos D. „N. Jesus Christus exemit hostiam seipsum Deo „Patri voluntarie offerendo, ut per hostiam „voluntariam maledictum, quod ob hostiæ ne„cessariæ & intermissæ reatum erat additum „solveretur. Ob quæ omnia ita gesta laudem „Deo Patri refert: *Confitebor nomini tuo Do*„*mine, quoniam bonum est, quoniam ex omni tri*„*bulatione eripuisti me.* Reddidit in singulis

„pro-

„propositionibus proprias absolutiones: nam „in exordio dixerat, in nomine tuo salvifica me: post precum vero satisfactionem „congruum erat, ut ejus nomini confiteretur: „& quia auxilium contra alienos insurgentes „in se popofcerat, id ipsum adeptum se fuisse „professus cum gaudio memoravit. Ad id „vero quod fortes quaerentes animam ejus „Deum non proposuerunt in conspectu suo, in„demutabilis divinitatis docuit aeternitatem, „in eo, quod dictum est: *Et super inimicos meos* „*despexit oculus meus.* Unigenitus enim Dei „filius per resurrectionis gloriam jam renatus „inimicos suos immortali oculo despicit, & „ultra humanae mortis legem auctores mortis „suae sublimis ipse despectat, mortem perpe„tiens, sed mori nesciens Deus homo D. N. „Jesus Christus, qui est benedictus in saecula „saeculorum. Amen.

Psalmus LIV.

In finem in carminibus intellectus David.

1. „Superscriptio Psalmi sine historia est, tan„tum in finem intellectus in hymnis est: „hymnos aliqui translatores nostri carmina nun„cupaverunt, plerique autem hymnos ex Graeci„citatis usurpatione posuerunt. Quae vero in „hoc hymno continentur, in finem scilicet „Christum intelligenda sunt, qui carnis nostrae „assumens fragilitatem, & manens suus atque „noster, ita agit, orat, profitetur, expectat „omnia illa, quae nostra sunt, ut in his ad„mi- *Finis psalmi.*

„miſceat etiam illa, quæ ſua ſunt, loqua-„turque interdum ex perſona hominis, quia „& homo natus & paſſus & mortuus eſt, in-„terdum autem omnis ei ſecundum Deum ſer-„mo eſt, ut in præſenti pſalmo cognoſci po-„teſt, qui ita cæptus eſt.

Oratio qualis exaudiatur.

2. „*Inauri Deus orationem meam &c.* In „exordio pſalmi etſi humilitatis voce uſus „ſit, non tamen ſine aliqua propria conſcien-„tiæ altioris fiducia intelligitur hæc locutus: „non enim cujuscunque eſt innocentiæ, id „poſtulare, ut orationem ſuam Deus inauriat. „Deus quippe ubique & ſemper audit, ſed non „omnium meriti eſt, ut quod audit, & inau-„riat Triplex autem in exordio oratio preca-„tionis eſt edita. Prima enim ea eſt, *ut inau-„riatur oratio.* Sequens eſt, *ne deſpiciatur „deprecatio:* tertia eſt, ut *intendat ſibi, ſeque „exaudiat;* & neceſſe eſt, ut non ſit idem inau-„rire & non deſpicere. Deſpiciuntur oratio-„nes leves, diffidentes, inutiles, ſæculi curis „anxiæ, & rerum corporalium deſideriis im-„plicatæ, bonorum operum fructibus infæcun-„dæ. At vero, tunc in eo, qui ſperat, in-„tenditur, cum tacitæ ſpei fides piæ conſcien-„tiæ religione cohibetur. His ergo precatio-„nis generibus diſtinctis nunc cauſam ipſam „expoſuit deprecandi: *quia in exercitatione ſua „conturbaretur a voce inimici, & a tribulatione „peccatoris.* Hæc in Domino Jeſu Chriſto ex-„ercitatio noſtræ ſalutis operatio eſt, quam „diverſarum ſanationum, & dehinc paſſionis „ipſius exercitatio provehebat. A voce etiam

„ini-

„inimici turbatur, cum Samaritanus, cum „dæmonium habens dicitur, cum, quia se „a cruce non eruit, negatur esse cæteris salus, „*delinantes in eum iniquitatem* falsorum testi-„moniorum, & sententiæ mortis. *In ira quoque* „*molesti sunt ei*, dum flagellis dum colaphis „desæviunt. Sed inter hæc habens potesta-„tem duodecim millia legionum cælestium „evocare non ad iram commovetur, sequi-„tur enim: *Cor meum conturbatum est in me*. „pati omnia in se ipse constituit, dummodo „humanæ salutis Sacramenta perficeret, unde „pergit: *Et formido mortis eccidit super me &c.* „Et hæc quidem in eum omnia, quæ nostræ ne-„cessitatis sunt irruerunt, sed ab eo naturæ „suæ virtute suscepta sunt, dum mortem no-„stram potens non mori etiam timore mortis „in se ingruente non renuit. Ut vero his se „non subjectum, quæ ingruerunt, edoceret, „subjecit: *Et dixi, quis dabit mihi pennas si-„cut columbæ, & volabo & requiescam.* Evolare „ut columba festinat, id est in spiritalem redire „naturam: Et in columbæ specie spiritus in „eo volando requievit, habitatione in eo ho-„mine, qui tunc de Jordanis aquis ascendebat, „inventa. Sed quo sit quieturus, ostendit, „dicens: *Ecce elongavi fugiens, & mansi in „deserto.* Elongavit enim fugiens, qui ne a „gentibus quidem potuit comprehendi: fugit „etiam eos, qui se persequebantur, & habi-„tat in deserto gentium, venerat quidem ad „oves perditas domus Israel, sed ab his fuga-„tus hæc deserta lætificat, in his enim manet „& mansit, postquam volando requievit. In-

„ter-

„tercedens hic diapsalma mutavit & sensum: „nam omnis rursum adversus eos, de quibus est „querela, sit sermo: sequitur enim:

Salus a Deo poscenda.

3. „*Expectabam salvificantem me a pusilla*„*nimitate & tempestate*, ab illa tempestate qua „humiliatus erat usque ad mortem crucis sal„vari expectat ab eo, ad quem precatus est, „dicens: Pater clarifica me. Sed expectans „salvari se, plus jam, quam spem salutis ex„pectat, sequitur enim: *Præcipita Domine, &* „*divide linguas eorum:* id quod præcipita dici„tur, in Græco καταλοντισον enuntiatur, quo „sermone ut in profundum demergantur osten„tur, quod in diluvio contigit, post quod „etiam linguarum divisio facta est. Non di„spar autem in hos pœna depoſcitur, scilicet „ut in morem gentium, quæ in aquis signifi„cantur, absumpti, & in omnes linguas, qui„bus loquuntur, divisi amitterent vitæ ac reg„ni dignitatem. Ut autem ob vitia civitatis „contradictionemque præceptorum suorum hæc „consecutura nosceremus, adjecit.

Pœna Judæorum & Judæ proditoris.

4. „*Quoniam vidi iniquitatem & contradictio*„*nem in civitate*, cujus *muros* seu cælestem custo„diam superavit *iniquitas, usura & dolo*, cæte„risque in lege prohibitis redundantibus. Et „indignitatem tantæ hujus iniquitatis osten„dens, subjecit: *Quoniam si inimicus meus im*„*properasset mihi, supportassem utique &c.* „Querela non de passione est, sed de Apostolo „proditore, nam cum ille electus in Aposto„lum esset, ad prædicationem adventus Do-


mini

mini ad castella præmissus, futuri regni dux & princeps constitutus, & cognovisset in homine & Dei Filium ex miraculis ejus, majo,rem de se querelam exhibuit. Sed quan,quam specialia hæc in ejus impietatem dicta ,essent, tamen pœnæ decretum refertur ad ,plures: *Veniat mors super eos, & descendant ,in infernum viventes, quoniam nequitia in hospi,tiis eorum*, id est, totos ipsos intra extraque ,nequitiæ opera & supplicia circumdent. Ve,rum ille hæc his agentibus ad quem spes & ,precatio sua esset ostendit, dicens: *Ego ad ,Deum clamavi, & Dominus exaudivit me &c.* ,,clamorem fidelem mox Dominus exaudit, & ,,hanc ipsam exauditi clamoris gratulationem ,,*vespere & mane & meridie narrabit*, diem omnem ,,ostendens, quam juxta legem a vespere in,,choat. Narrat etiam quod *animam suam li,,beret*, & *Deus qui est ante sæcula*, id est, per ,,quem omnia sunt, exaudiet eum, & humi,,liabit inimicos suos, cum indigni gloria ,,æternæ resurrectionis effecti sint, imo om,,nem illis ob impoenitentiam impietatis spem ,,recidit, dicens: *non enim illis est commutatio*, ,,*& non timuerunt Deum*: omnes resurgent, sed ,,non omnes commutabuntur, quia non timue,,runt Deum, & cum *ad retribuendum eis ma,,num extendisset*, id est, auxilium obtulisset, ,,*contaminaverunt testamentum ejus*, id est, eum ,,qui in testamento legis ad salutem præ,,nuntiatus est, repulerunt; quos proinde ,,ab ira vultus sui eversa civitate divisit, par,,temque eorum cum infidelibus ponens eos ,,vel dispersit in omnia, vel divisit a sanctis.

„Dehinc ſermonem ad Judam proditorem „convertit, dicens:

Judæ proditoris malitia.

5. „*Et appropiavit cor ejus*, ſcilicet Judas „contaminationi Teſtamenti ejus, & blandilo„quus *mollito ſuper oleum ſermone* curam ſe „agere pauperum fallens, etiam tunc cum de „pretioſi unguenti effuſa alabaſtro conqueſtus „eſt, tamquam id magis venire in ſumptum „inopum debuiſſet, ubi ille occaſionem furti „de pecuniæ collatione quærebat. Sunt au„tem etiam *in verbis jacula* quæ deteſtatur, quia „magis ſub adulatione nocitura ſunt. Sed in„ter iſta inimici jacula imperterritus manet, „nobisque ſecuritatis portum tutum demon„ſtrat, ſequitur enim: *Iacta in Dominum co„gitationem tuam, & ipſe te enutriet*, enutriens „autem non relinquet *in fluctibus* hujus ſæculi; „cum econtra impios digna pœna conſequitur, „cum dicat: *Tu vero Deus deduces eos in pu„teum interitus* cujus os clauſum reſurgente „ex inferis Unigenito Deo eſſe non potuit. „Cæterum poſt paſſionem Domini ſtatim eos „belli victoria cum excidio civitatis abſump„ſit omni promiſcua ætate interempta *non di„midiatis vitæ diebus* juventute proſtrata: dies „autem pleni ſanctis & fidelibus reſervantur, „*quorum ſpes ſemper in Domino eſt*, qui eſt be„nedictus in ſæcula ſæculorum Amen.



Psalmus LV.

In finem pro populo, qui a sanctis longe factus est David, in tituli inscriptione, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

1. *Reg.* 29.

1. „Quod David passus est, præfiguratio „fuit passionum D. N. Jesu Christi: „populus autem qui longe sit factus a sanctis „Israel, indignus factus sanctificatione genti„um longeque ab eo discedens esse noscendus „est. Psalmum igitur ex persona Domini „tractabimus, non tamen a Prophetæ ipsius „diffidentes querelis, neque eum in his, quæ „pertulit gemuisse existimandum est, quia his „ipsis, quæ spiritalem sensum intimant, re„rum gesta connexa sunt, ut per actionem pro„phetæ sensus ac sermo notesceret prophetiæ, „cum propheta non tam spiritu, quam passioni„bus prophetarit. Erit ergo sermo inter David „ipsum, & hominem Jesum Christum tempe„ratus, ut quia infirmitates omnium portavit, „& peccatorum nostrorum frequenter & voce „sit usus & lachrymis, extra contumeliam sit „& affectus & sermo, qui hominis est. *Finis psalmi.*

2. „*Miserere mei Domine quoniam conculca„vit me homo tota die &c.* per diem omne vitæ „tempus ostensum est, neque enim vel David „vel Dominus unius tantum diei insectatione „vexatus est. Sed qui misercordiam Dei po„stulat, habet securitatis suæ arma, quibus *Dæmon non timendus.*

„non solum terrena odia, sed & spiritualium „nequitiarum bella sustentat, quam supere„minentem in hoc sæculo altitudinem pro„pheta non pertimescens ait: *ab altitudine die„rum non timebo, quia multi, qui debellant me, ti„mebunt.* Scit æterni judicii diem, novit æter„num ignem, & ideo magis illi, qui eum de„bellare tentant, timebunt, utpote in quos „magis judicii terror incumbit. Pro fiducia „vero securitatis suæ subjecit: *Ego vero in „te sperabo, sermonesque suos toto tempore vitæ „suæ laudat.* Quid autem in loquente se lau„det, sequitur: *In Deo sperabo, non ti„mebo, quid faciat mihi caro*, manet igitur „imperterritus sub misericordia Dei, atque „ideo omnes carnis, seu hominum impetus „insectationesque non metuit. Sed digna etiam „hæc Unigenito Deo vox est, cui exinanienti „se virtutem Dei atque naturam servilis for„ma non abstulit, factus enim caró Deus „etiam in assumptione carnis Deus permansit, „in his etiam quæ consequuntur rei quoque „gestæ significatio continetur, ait enim:

Non audientes vocem Dei puniuntur.

3. *Tota die verba mea execrabantur*, id est, „increpationem verborum ejus, quibus impie„tates eorum exprobrare non destitit, non tu„lerunt, egressus quoque omnes ipsius *in cal„caneo contuentes*, dum in ejus supplantatio„nem fraudulenta conspiratione consentiunt, „eos digna hæc judicii sententia comprehendit: „*Sicut expectaverunt animam meam, pro nihilo „salvos facies illos, in ira populos deduces.* Est „quod salvatur in nihilum scilicet, quidquid

„re-

„resurrectione concessa demutatione non dig-
„num est: nam cum omnis caro redempta in
„Christo sit, ut resurgat, non tamen omnibus
„gloria & honor est promiscuus resurgendi.
„Quibus ergo tantum resurrectio non etiam
„demutatio est tributa, hi salvantur in nihi-
„lum: *in iram* enim *deducentur* hi populi, qui-
„bus ad pœnæ sensum salus resurrectionis est
„constituta. Denique pro nihilo populis sal-
„vatis, & in ira deductis spem vitæ suæ san-
„ctus hic nuntiat, dicens: *Deus vitam meam*
„*nuntiavi tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu*
„*tuo*. *sicut in promissione tua*, dignus promissio-
„ne Dei est ob constantiam prædicandi, la-
„chrymæ enim suæ quas vel pro se propheta,
„vel pro nobis Dominus profudit in Dei sunt
„conspectu, legatione earum ad obtinenda,
„quæ Deus promisit, usurus, sed se gratiam
„æternæ promissionis inituro, *convertentur ini-*
„*mici ejus retrorsum illo Deum invocante*. Sed illis
„ad æternitatem poenæ in infernum post re-
„surrectionem reversis hic officio gratulationis
„suæ fungitur & ait:

4. „*Ego cognovi quoniam Dominus meus es tu,* *Laus Dei*
„*& in Domino laudabo verbum*. Hoc ergo ver- *pro ope*
„bum in Deo suo laudat, quod Deum suum esse *concessa*.
„cognovit, & in quo speravit, non metuens,
„*quid homo sibi faciat*. Hæc plane digna sanctis
„omnibus vox est, constanter inter insectatio-
„nes humanas fidem tenere, speque certissimæ,
„quod aliquid adversus animæ æternitatem
„homo effecturus sit, non timere, cum post
„mortem in immortalem gloriam & corruptio,

„& infirmitas noſtra mutetur, atque ob id ſer„mones ſuos, quibus ſe ſperantem in Domino „humanam vim proteſtatur non metuere, col„laudat dicens: *In Domino laudabo ſermonem, „in Domino ſperabo, non timebo, quid faciat „mihi homo.* Sed ut doceret, idcirco ſe nihil „ab homine pertimeſcere, quia ſi quid pote„ſtatis ſuæ exeruiſſet,in corpore id rurſum re„ſurrectionis gloria ſine corporum labe redhi„beret, ſubjecit: *In me ſunt Deus vota tua, „quæ reddam laudationes tibi.* Non extra ſe „ſunt, quæ ſperat, nec laudationis vota red„denda extrinſecus capeſſenda: ipſe enim ſibi „reſurrectionis eſt Dominus, ipſe *emortuo & „in ſepulchro relicto corpori* divinæ naturæ ſuæ „tribuit conſortium: neque enim reſurrecturis „omnibus ab exteriore materia corpus acqui„ritur, ſed id ipſum in profectum æternæ cla„ritatis ſeu luminis viventium emergit. Sunt „ergo in ſe vota, quæ reddet, tum cum infir„mitas corporum detrahetur, tum cum cor„ruptionem incorruptio devorabit, tum cum „lumen viventium ſit, in eodem *viventium lu„mine Deo ipſe ſit placiturus.* Eſt enim lux vera „mundi illuminans omnem hominem venien„tem in hunc mundum D. N. Jeſus Chriſtus, „qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. „Amen.



Pſal-

Psalmus LVI.

In finem ne disperdas David in tituli inscriptionem, cum fugeret David a facie Saul in speluncam. 1. *Reg.* 24.

1. „Ambiguum non est, Psalmum hunc secundum Apostolorum confessionem ex persona esse Domini intelligendum. Itaque „David ad humanæ carnis gloriam resurrectionis Dominicæ tempus expectans, nunc & non „corrumpi se rogat, & aversam a se corruptionem in eo, quo primitiæ resurrectionis „sunt, Prophetæ præscientia gratulatur, ideo „autem in finem tituli inscriptio est, quia & „gloriosa ad æternitatis honorem vita suscepta, & mors plurimis salutaris virorum fortium inscribitur sepulchris. Et hæc omnia „ad eum referri oportet, qui est finis legis „Christus. Id autem, quod in spelunca clausus hæc loquitur, tempus est Prophetæ, quo „Psalmum intelligitur scripsisse, ipsa illa speluncæ habitatione mansuram in corpore Domini humilitatem prophetans. Cæterum videri non potest, ut qui ob metum erat in „spelunca reconditus, psalterio & cithara, uti „testatur in psalmo, & totius artis musicæ „perstreperet apparatu. Cæpit autem ita. *Finis & scopus psalmi.*

2. „*Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.* Misericordiam „rogat, quia confidit in Deo, docens, ab his *Misericordia Dei quibus subvenia*

„misericordiam Dei sperandam esse, qui cre„derent: & misericordiæ Dei effectum ostendit „dicens: *Et in umbra alarum tuarum sperabo, „donec transeat iniquitas*, id est, dum aut sæ„culi scandala, aut iniquitates impiorum, aut „terrenæ humilitatis infirmitates, dum hanc „ipsam quasi speluncam habitaculi & corporis „sui, qua nunc est clausus David, evadet, & „sperans sub umbra alarum seu protectionis Dei „officio spei suæ semper intentus est dicens: „*Clamabo ad Deum altissimum, Deum, qui bene„fecit mihi.* Clamat fide potius quam voce, „qui fugiens & latens clamat. Porro non est „in sermone sperantis gratulatio adeptorum, „sed propheticæ fidei est, gerendis non aliter „gaudere, quam gestis, unde dicit: *misit e „cœlo & liberavit me &c.* benefecit Deus sancto „suo mittendo de cœlo, ut liberato eo *in op„probrium hi, qui eum conculcabant, darentur*: „& *misit misericordiam suam & veritatem suam „ad eripiendam de medio catulorum leonum ani„mam ipsius, cum conturbatus dormisset.* Sic „mors significatur in somno: sic conturbatio „dormientis significatio est passionis, & non „alii canum vel leonum catuli intelligi possunt, „quam qui sunt natio viperarum, de quorum „medio anima eripitur promissa e cœlo mise„ricordia & veritate. Et si misericordia & ve„ritas D. N. Jesus Christus est, non ambigi„tur, quin illi in opprobrium deducantur, qui „conculcantes Dominum in passione ista non „ credunt, quibus utique opprobrium est, uni„geniti Dei adventum & peccatorum indulgen„tiam perdidisse. Et quia huic Sanctorum spei

„per-

„persequentium odia semper adversatura essent,
„subjecit:

3. „*Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ & lingua eorum machæra acuta*, cum sciret eum consumerent sævitia potestatis, & obtrectationis jaculis vulnerarent. Sed inter hæc quæ expectat Propheta non tacuit, deprecatus enim ne corrumperetur, absorbendæ corruptionis istius tempus exoptat, dicens: *Exaltare super cœlos Deus &c.* quæ in altum de humilibus efferuntur, ea exaltari videntur, quod autem super cœlos exaltandum est, necesse est, ut prius descenderit ad inferiora de cœlis. Ex voto ergo prænuntiat propheta, exaltari super cœlos Deum, & quia exaltatus super cœlos impleturus esset omnia in terris sancti Spiritus sui gloria, subjecit: *& super omnem terram gloria tua;* cum effusum super omnem carnem Spiritus donum gloriam exaltati super cœlos Domini protestaretur: omnis autem hic profectus infirmitati hominis optatur; idcirco hæc ad carnis suæ infirmitatem, quæ in passione Domini vexanda & super cœlos esset exaltanda connexuit: *laqueos paraverunt pedibus meis &c.* per compassionis fidem etiam seipso in Domino propheta patiente, tamquam & ipse sit passus, hæc loquitur. Sed in eos, qui majestatis Dominum persecuti sunt, cum *in foveam præparatam inciderint*, mortis ipsius & sensus refertur & pœna: Et quia compatiendi & commoriendi fides nos glorificat in Christo, velut in procinctu spei fideique hujus propheta

Christi exaltatio.

„consistit dicens: *Paratum cor meum Deus, can-„tabo & psalmum dicam tibi. Exurge gloria „mea, exurge psalterium in cithara*: seipsum sci-„licet ostendit in psalterio & cithara decla-„rans. Exurgens autem *diluculo* cum gloria „sua spei Evangelicæ gloriam cantat, congru-„ente diluculi & orationis tempore & salutis. „Nam id sequitur:

Gentium salvatio.

4. „*Et confitebor tibi in populis Domine, psal-„mum dicam tibi inter gentes*, laudaturus in po-„pulis & gentibus Deum, necesse est, ut in „eo salutem gentium laudet, quia jam non in „uno Israel funiculus hæreditatis arctatus est, „neque Jacob portio, sed plenitudo terræ jam „Dei est. Quid autem confitendum in popu-„lis, psallendumque inter gentes sit, osten-„dit: *quia magnificata est usque ad cœlos miseri-„cordia tua, & veritas tua usque ad nubes.* Nam „cum obviam Domino sancti rapientur in nu-„bibus, ipso illo nube in resurrectionis corpo-„re elevato; & cum creatura omnis secundum „Apostolum a corruptione sit liberanda; paci-„ficandaque omnia per eum, quæ in cœlo „sunt & in terra, merito & usque ad nubes „veritas nostra in eo resurrectionis effertur, & „magnificatur usque ad cœlos misericordia ejus „congemiscentis creaturæ corruptione depulsa. „Quia vero illi proprium est, cœlos transgre-„di, repetita spei suæ precatione Propheta sic „clausit: *Exaltare cœlis Deus & super omnem „terram gloria tua.* Nullus exaltando Deo mo-„dus est, nam super cœlos ejus elatio est: „gloria quoque ejus in terris, id est, nobis-

„cum

cum mansura est, cum dicit: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vitæ usque ad consummationem sæculi D. N. Jesus Christus qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus LVII.

In finem, ne disperdas David, in tituli inscriptione.

1. „Psalmus hic increpatio in impios est, & „denuntiatio judicii Dei in peccatores, „& retributio lætitiæ in sanctos, & fructus „omnis justitiæ in eo continetur. Hic ergo fi„nis in Psalmo est, hæc depellendæ corruptio„nis fiducia, hæc ei, qui nos per mortem re„demit, tituli inscriptio est. Et quidem ta„lem psalmus ipse se profert. *Scopus Psalmi.*

2. „*Si vere utique justitiam loquimini, recta* „*judicate filii hominum &c.* justitiæ sermo com„munis est, sed æqui judicii studium pauco„rum est. Sed plane tunc vere quis loqui ju„stitiam existimandus est, cum judicium reti„net veritatis, Deo ob id non eloquia humana „sed cordis opera, id est, cogitationum moli„tiones judicante, & ideo licet *manus non com*„*plexæ sint iniquitatem*, tamen iniquitatem Deo „cor operatur in terra, & hinc adulterium solo „conceptum corde jam crimen est. De his au„tem qui complexis manibus iniquitates corde „perficiunt, subjecit: *alienati sunt peccatores ab* „*utero &c.* sic Esau alienatus ab utero est Deo „fu- *Vera justitia sectanda.*

„futuræ non nescio voluntatis induratæ: ac „ne vitium referri possit ad originem illius, ad „inobedientiam voluntatis crimen exprobrat, „dicens: *furor illis secundum similitudinem ser- „pentis*, cui *aures* per se, ut surdæ sint *obstru- „untur*, vocemque incantantis non audit, cum „*medicata medicamina* a sapiente non percipit. „Sed quia potestas ejus conteritur, hæc sub- „dita sunt:

Pœna peccatorum. 3. „*Deus contrivit dentes eorum &c.* quibus „contritis, & sævitia eorum confracta *velut de- „currens* superflua *aqua* spernentur sine spe con- „sistendi & manendi: dehinc *arcus* Domini erit „*donec infirmentur intentus*, infirmati autem li- „quefacti *ceræ modo* aufferentur, & dum *super- „cecidit ignis* eos aufferet, ne *solem* justitiæ con- „templentur, indigni enim sunt, qui sint hæ- „redes æterni luminis. Et ut abolitionem eo- „rum potius quam pœnam significaret, adje- „cit: *priusquam producat spinas vestras rhamnus, „sic in ira absorbebit vos.* Id est, antequam „rhamnus peccatorum spinas producat, viven- „tes eos ignis in ira absorbebit, & ante resur- „rectionem carnis vivens absorbetur ad pœ- „nam anima peccatoris sicut dives Evangeli- „cus punienda. Sed inter hæc justi cujusque „tamquam Lazari in sinu Abrahæ quiescentis „lætitia monstratur, sequitur enim:

Justorum lætitia. 4. „*Lætabitur justus, cum viderit vindictam „&c.* quia peccatoribus puniendis deductum „se per angelos in æternam requiem lætatur, „*manus suas* non peccatorum sanguine abluens,

„sed

„sed cum peccatores in sanguine sint, utpote „rei sanguinum, manus ille ab omni reatu „sanguinis ablutas continebit, sed manus suas „lavante justo atque lætante, *dicet homo, an* „*fructus erit justo?* & utique eum esse dicit, „quia *Deus sit in terra eos judicans*, justo tamen „jam in terris judicato, secundum illud: qui „credit in me, non judicatur *Joan.* 5. qui au„tem non credit, jam judicatus est. Cum er„go sanctus non judicandus sit, qui in vitam „sit transiturus ex morte, & infidelis jam ju„dicatus ad pœnam sit, intelligitur in eos re„liquum esse judicium, qui pro gestorum qua„litate inter peccata fidemque sint judicandi „per D. N. Jesum Christum, qui est benedictus „in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus LVIII.

In finem ne disperdas David in tituli scriptione, quando misit Saul, & custodivit domum ejus, ut interficeret eum.

1. „David ut propheta passionis non nescius „sub occasione ac tempore eorum, „quæ perpetiebatur odiorum, & patiendo Pro„phetam se docuit & loquendo. Tractavimus „autem Psalmum, ut eorum, qui secundum „litteram sapiunt, intelligentiam non grave„mus, sed & quod a Saul David custoditus ad „interficiendum est, non minus ejus sit tem„poris, quam quod Christus a populo & in „Hierusalem tamquam in domo sua conclusus „& custoditus sit ad mortem. *Scopus Psalmi.*

2. „*Eripe*

2. „*Eripe me de inimicis meis Deus meus &c.* „vitiorum humanorum caufas profectusque „oftendit: & ideo iras & inimicitias Evange„lium compreffit, quia ex his ad virum fan„guinum pervenitur, nam primum *inimici* funt, „dehinc *infurgunt* in eum, cujus inimici funt, „infurgentes autem *iniquitatis operarii* funt: „poftremo usque ad *viros fanguinum* profece„runt. Viros autem fanguinum non folum „admiffa cædes, fed & cogitata confummat, „fequitur enim: *quia captaverunt animam meam* „*&c.* captata eft anima David cum ad interfi„ciendum domo claufus eft. Verum cum fe„quatur: *neque iniquitas mea neque peccatum me*„*um, fine iniquitate cucurri & direxi*, quæ vox „humanæ confcientiæ non convenit, videa„mus ne forte ejus querelis hic abnegatæ de „fe iniquitatis competat fermo, qui peccatum „non fecit, & conqueritur captatam animam „fuam, & irruiffe in fe fortes. Hic folus cur„rens dixerit, qui infirmitatis noftræ humili„tate fufcepta egreffus cœlos regreffus ad cœ„los, & revehens nos fecum oblaturusque Deo „munus precatus eft: *Exurge in occurfum mihi* „*& vide . . . ad vifitandas omnes gentes*, ut col„locatæ fint a dextris ejus in cœleftibus: Præ„terita vero *mifericordia ab omnibus*, *qui ini*„*quitatem operantur*, avertitur.

Judæorum reprobatio.

3. „Porro quæ in impietatem populi effent „manfura declarat: mox namque & templi de„folatio, & civitatis everfio, & ipfos illos „captivitas confecuta eft, quin etiam nunc in„greffus civitatis ejusdem edicto Romani regis

„in-

„inhibentur, & cum deserta sanctorum sancta „& prophetias silere, & placationum hostias „deesse, & dignitatem deformatam ministerii „Levitici recordantur, conversi nunc & fame „verbi Dei, & cibi salutaris affecti circumi„re sunt soliti civitatem id enim sequitur: *con„vertentur ad vesperam, & famem patientur ut „canes, & circuibunt civitatem* cum se dispersos „cum tributarios congemiscunt, sine templo, „sine sacerdote, sine regno, postquam in sal„vatorem mundi manus impias intulerunt, nec „tamen impii esse desinunt, sed verbis adhuc „desæviunt, sequitur enim: *ecce loquentur in „ore suo, & gladius in labiis eorum*: quam ob„trectandi impietatem etiam in gentibus, quæ „audire detrectant, ita divinus sermo condem„nat: *Quoniam quis audivit, & tu Domine de„ridebis eos, pro nihilo habebis omnes gentes*: „nemine audiente irridentur a Deo, qui etiam „spernet omnes gentes visitatas, & non obe„dientes, quæ dum crucifixum, mortuum & „sepultum ex stultitia prudentiæ sæcularis ex„probrant, Filium Dei resurgentem ex mor„tuis majestatis esse Dominum non credunt. „Irrisis autem gentibus subjecit:

4. „*Fortitudinem meam ad te custodiam &c.* „Deus enim ostendit mihi inter inimicos meos „fortitudinem suam, & *custodiet animam* suam, „quam deposuit resumendo, & quia refugium „suum est, in cujus manus commendavit „spiritum suum, cujus *misericordia eum præ„veniet*, ut etiam ante resurrectionem Dei Fi„lius intelligatur, uti Centurio Marc. 15. pro„clamavit. Ad significationem itaque repo„sitæ,

Christi glorificatio.

„sitæ hujus misericordiæ speique subjecit: *Ne* „*occideris eos, ne quando obliviscantur legis* „*tuæ &c.* destruentur igitur non occisi sed di„spersi, & destruentur *in delictis oris eorum* „*& sermone labiorum*, cum ex Sion veniet „liberator, de quo clamaverunt: crucifige, „crucifige, & cui dixerunt: quis dedit tibi „hanc potestatem. In hac igitur *superbia* „*comprehendentur*, cum salvatori suo hæc in„gesta a se esse non cognoscent, aversaque „impietate *de execratione & mendacio* avellen„tur, & hoc in consummatione cum pleni„tudo gentium intraverit. *In ira autem con*„*summationis non erunt*, quia iniquitates ex „Sion veniens avertet: non autem non erunt, „qui cognoscent, *quod Deus Jacob dominetur* „*finium terræ*, econtra reprobi Judæi *conver*„*tentur in vesperum, & famem patientur ut ca*„*nes &c.* Sed inter hæc spes omnes suas & „gratulationes psalmi fine concludit dicens: „*Ego autem cantabo virtuti tuæ &c.* quæ non „solum Prophetæ competunt, sed neque a „Domini confessione sunt aliena: hæc enim „Judæorum dispersio passionis impietatem est „consecuta. Sed quod in miscericordia Dei „manet, quia susceptor & refugium ejus fa„ctus est, exultaturus est, videtur id ad re„surrectionis tempus esse referendum: quia „cum omni tempore laus Deo cantanda sit „a Propheta, resurgenti tamen ex mortuis „diluculo, in cælosque redituro exultatio „matutinæ gratulationis est propria Domino „Jesu Christo, qui est benedictus in omnia „sæcula sæculorum. Amen.

Psal-

Psalmus LIX.

In finem pro his, qui immutabuntur, in tituli inscriptione, David in doctrina, cum succendit Mesopotamiam & Syriam Sobal, & convertit Joab, & percussit in valle salinarum duodecim millia.

1. „Psalmus hic totus tristis & mæstus est, „cum super repulso destructoque po„pulo dolor est. Superscriptio psalmi refer„tur ad finem his, qui immutabuntur, qui ex „impietate scilicet ad religionem & innocen„tiam referentur, & ex peccatis Synagogæ ad „ecclesiæ gratiam demutabuntur. Intelligen„dus ergo Psalmus pro his est, qui immuta„buntur in David æternum regem edocendis, „& qui pro amissis patribus erunt ex commu„tatione jam filii. *Expositio tituli.*

2. *Deus repulisti nos & destruxisti nos, ira„tus es, & misertus es nobis &c.* cælestis ille „& æternus omnium pater sic repellit & de„struit suos, ut misereatur iratus, destruxit „enim Hierusalem templum, sed cælestem „sanctis reddidit civitatem, repulit ab opera„tionibus legis, sed justificationem fidei justi„ficans ex fide impium tribuit: dissolvit ter„restre regnum, sed reges constituit cælorum. „Ita iram misericordia consecuta est, dum „damno terrenorum præsentium ingens æter„norum bonorum retributio repensatur. Et *Deus dum irascitur miseretur.*

„hæc quidem non magis ad Israel, quam ad „universitatem humani generis aptata sunt, „quia ex uno in omnes sententia mortis, nunc „autem per unum in omnes donum vitæ ju„stificationis gratia abundavit, ut quorum „terra maledicta est, horum nunc confor„mia corpora Deo sint, & quæ *commota* me„tu, & ignoratione *turbata* est, labore *con*„*trita* est, & ipso illo lætificantis *vini com*„*puncta* potu; nunc susceptæ *significationis* „secura virtute futuræ iræ defugiat potesta„tem. *Metuentibus* igitur *significationem* vel „signi in frontibus, vel fidei in cordibus, vel „testimonii in operibus, vel gloriæ in confes„sionibus, vel victoriæ in martyriis, ut a „*facie arcus* iræque *fugiatur*, his ergo spebus „universitas fidelium exultat, id enim mox „diapsalma interveniente declarat: *ut libe*„*rentur dilecti tui, salva dextera tua & ex*„*audi me*, liberandi ergo dilecti a potesta„te tenebrarum salvandique per Dei dex„teram sunt. Sed salutis hujus ad fidei fir„mitatem noscenda est prophetia, sequitur „enim:

Vocatio gentium. 3. „*Deus est locutus in sancto suo, lætabor* „*& dividam Sichimam &c.* locutus Deus in „Sancto Filio suo in principio sermonis exul„tat in Sichima seu Samaria partienda, quæ „cum omnibus antea legis temporibus in im„pietate mansisset, eo primum Dominus ac„cedens etiam credente Samaritana & aquæ „vivæ potum precante fidem intulit, mox „etiam Apostolis fidem prædicantibus parti-

„ci-

„cipes sancti spiritus facti sunt. Partita ergo „Sichima est, cum fideles ab infidelibus „separantur: quin etiam *convallem tabernacu-„lorum* dimensus est, qui etiam vallis plan-„ctus dictus est, quia gentium plenitudo ex-„pectatur. Quisquis autem aliqua metitur, „necesse est, ut ea, quæ sua sunt, metia-„tur: *Suus enim est Galaad, & suus est Ma-„nasses*, sub Manassis nomine terræ plenitu-„dinem, sicut & sub Galaad omnem orbem „suum esse demonstrat: *Effrem autem as-„sumptio capitis ejus, & Juda rex ejus est.* „Assumptio Effrem est, non etiam Manassis, „cum uterque sit filius Joseph: sed cum in „capite significatio contineatur & corporis, „& omnis Sanctus caput est corporis Christi, „idcirco assumptio capitis ejus Effrem est, „quia contra generationum ordinem ad præ-„ferendam Ecclesiæ sanctificationem in præ-„lato Effrem, & postposito Manasse minor „majori est antelatus. *Juda etiam rex meus „est*, id est, a se dispositus & electus. Et „quia non solum ex generatione sanctorum, „sed etiam peccatorum origine huic Dei Sancto „carnis erat ineunda susceptio idcirco etiam „*Moab olla spei ejus* est, Sanctus hic ex Juda „& Moab post decem generationes originem „sumens decocta tamquam per ollam carnis „cruditate in speciem sibi significatur æterni, „cum caro ejus vere cibus vitæ sit. Est & „olla juxta Hieremiam urens & tollens pec-„cata. Hinc ergo Moab spei suæ olla est, „cui etiam ex Moab vitiosa jam cælestis illa „ad cibum vitæ sanctificatio carnis in spe est.

„Quin etiam *usque Idumæam calceamentum ex-„tensurum se esse* dicit, scilicet usque ad de-„fectionem Esau, cujus Jdumæa sedes præ-„dicationis Apostolicæ diriget gressum, & „ipsi quoque *Allophyli illi subditi sunt:* quia „Deo dignum est, omnes illi gentes esse sub-„jectas, & universitatem carnis ad confessio-„nem æternæ illius misericordiæ erudiri. Cog-„nitis ergo his immutatis æternam illam pri-„mitivorum in cælestibus Hierusalem & cir-„cumstantium Deo sanctorum civitatem in-„gredi Propheta festinat, ducem qui se eo „deducat expectans: sequitur enim.

Via ad cœlum. 4. „*Quis deducet me in civitatem circum-„stantiæ &c.* Optans propheta in civitatem „circumstantiæ deduci scit, se ante in *Idu-„mæam* esse venturum, id est, in illam de-„fectionem populi anterioris, qua major ser-„viet minori, & ultima prædicatio convertet „corda patrum ad filios, cum veniens ex „Sion peccata a Jacob auferet. Sed hic idem „deducet, qui ob impietatem captam Hie-„rusalem antea repulit, solitus quondam cæ-„lesti militia adversus inimicorum bella eos „tutari, nunc autem nullum in virtutibus „eorum, id est, in exercitibus divinæ pro-„pugnationis auxilium est: & ideo, quia de-„struxit, *non egredietur in virtutibus eorum.* „Sed repositam spem salutis reliquiis Israel „propheta non tacuit, dicens: *da nobis auxi-„lium de tribulatione, & vana salus hominis,* „quæ ab hominibus speratur, postulat ergo „de tribulatione auxilium in Deo *virtutes* con-

„cesso

„cesso auxilio *facturus*, cum liberati omnes a „lege peccati in Dei potius justificatione maneamus, cum non regnet in immortali corpore nostro tribulans nos antea peccatum, „cum absorbeatur mors a vita in contentionem victoriæ per Dominum nostrum Jesum „Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus LX.

In finem Hymni David.

1. „Simplex est psalmus æternæ gratulationis continens prophetiam, nam neque res gestas, neque significationis alicujus cognomenta superscriptio comprehendit: tantum hymnus in finem est, ut id, „quod a propheta cantatum est, in finem „vel psalmi, vel temporum explicandum esse „noscatur. Oratio autem justi æterna est, „sperantis, seseque in Christo coexcitatum in „cælestibus, gratulantis: cæpit enim ita. *Argumentum psalmi.*

2. „*Exaudi Deus orationem meam, intende deprecationi meæ &c.* Exaudiri deprecationem suam sanctus hic postulat, ea fiducia, „ut in orationem velit intendi, utrum sit „innocens, casta & fidelis. Intendendæ autem orationis hinc precatio est, quod *dum* „*corde anxio est; a terræ finibus clamaverit*, „cum & necessitatem habeat, in terra vivendi, & spem teneat a carnis vitiis desinendi, „dicens: *in petra exaltasti me &c.* petra Chri- *Orationis vis.*

„stus est, quem Deus exaltavit, in quo & „elegit nos, & per eum sumus in spem „æternitatis deducti, & in hac spe non con„fundimur, quia *ab inimici facie* hæc eadem „spes nobis *fortitudinis turris est facta*, quia „per hanc spem vim diaboli, ejusque insi„dias sustinemus, tutissima adversus eum „fidei munitione consepti, cum *in taberna„lo Dei habitaturi simus in sæcula*. Quia vero „hæc adhuc sub dispensatione temporum dif„feruntur, qua munitione interim tutus sit, „interjecto diapsalmate ostendit, dicens:

Protectionis Dei effectus.

3. „*Protegar in velamento alarum tuarum, „quoniam tu Deus exaudisti orationem meam.* „Protectionem misericordiæ Dei divinus ser„mo significat: sed protectionis meritum ex „fide orationis indultum est, quin etiam spem „hujus protectionis ostendit dicens: *dedisti „hæreditatem timentibus nomen tuum &c.* scili„cet vitam, & incorruptionem, & regnum „& coæternam cum Deo habitationem. Non „Israeli tantum, sed *timentibus nomen tuum* „hæc hæreditas scripta est, *dies* enim æterni „sunt *regis*, sive quia sancti reges sunt 1. *Cor.* „4. sive quia in æterno regno consedentem „a dextris oportet *usque in dies generationis „regnare & generationis.* Cæterum ipse *in „conspectu Dei* manebit æternus, jam omni„bus quos redemit in reges cælorum & co„hæredes æternitatis assumptis, tradens eos „regnum Dei Patri, cumque in omnem ple„nitudinem Dei repleantur, subjecit: *Mise„ricordiam & veritatem ejus quis requiret eorum:*

„non

„non inopes jam misericordiæ veritatisque „ejus hæ generationes erunt, quas in se „ex mortuis regenerabit in vitam, quæque „in spe gloriæ Dei manserint: in qua æter„nitatis spe sese propheta confirmat dicens: „*sic psallam nomini tuo in sæculum sæculi, ut* „*reddam vota mea de die in diem*, scilicet „hymnis æternis æternorum votorum gaudia „redditurus, cum absoluta omni terrenorum „corporum infirmitate cælestem agat vitam „in medio Hierusalem cælestis utique matris „& liberæ per Deum ac D. N. Jesum Chri„stum, qui est benedictus in sæcula sæculo„rum. Amen.

Psalmus LXI.

In finem pro Idithum Psalmus David.

1. „Prophetiæ sermo nonnisi ad aliquem „profectum audientium scriptus est, „ut aut ad scientiam doceat, aut ad volun„tatis innocentiam confirmet, ut nunc hic „psalmus ad Idithum a David cantatur, in „quo a Dei timore ad humanarum sive spiri„tualium nequitiarum constantem tolerantiam „eruditur, & ad contemptum opum, quia „avaritia malorum omnium radix est. In „his enim beatæ vitæ status certus est, si „& pietas in Deum sit, & patientia in ad„versis, & contemptus opulentiæ. A Dei „itaque confessione cæptus est Psalmus. *Argumentum psalmi.*

2. „*Nonne Deo subdita erit anima mea &c.* „reperta fidei sede post vagos errores de dei- *Deo credendum.*

 „tate

„tate impietatis sententia *amplius non move-*
„*tur*, quia *susceptorem suum & Salvatorem* cog-
„novit. Quid enim amplius ignorationi &
„anxietati humanæ relictum est, cum immor-
„talitas totius hominis prædicatur, suscep-
„tio terrenæ nostræ carnis a Deo ostensa sit,
„cum peccatorum remissio præstita sit? Sed
„hanc humanæ beatitudinis spem gentilium
„impietatum studia comminuunt, quasi dif-
„ficilius Deo sit assumpsisse hominem, quam
„eum formasse. Hanc igitur impiam eorum
„obtrectationem propheta mox arguit, di-
„cens: *Quousque irruitis in hominem, inter-*
„*ficitis universi tamquam parieti inclinato &c.*
„impellunt enim hæ impiæ disputationes ho-
„minem ad vitia proclivem, cadentemque
„demergunt & fallacibus consiliis perimunt.
„Sed hunc corporis sui *parietem*, quam libi-
„do & alia vitia perfoderant, in domum
„Dei vivis ex lapidibus ædificatum, in ima-
„ginem Dei creatum, & reformem se Dei
„gloriæ præparari sciens subjecit, dicens;
„*Verumtamen honorem meum cogitaverunt re-*
„*pellere, cucurri in sitim.* Cursum justitiæ
„suæ sciens tenuit bona æterna sitiens, &
„omnem vitam integram etiam ab ipsa con-
„tradicentium sibi obtrectatione conservavit,
„sequitur enim: *ore suo benedicebant, & cor-*
„*de suo maledicebant.* Sed hoc non obstante
„sanctus iste indefessæ in nobis confessionis
„perseverantiam oportere esse demonstrat,
„dicens:

3. „*Verumtamen Deo subjecta est anima*
„*mea &c.* impellant isti inclinatum parietem,
„ma-

„maceriamque jam quassam, & benedicente „ore corde maledicant, scit tamen subjectam „animam suam Deo esse oportere, *quia ab* „*ipso patientia sua sit. Ipse enim Deus suus* „*est atque Salvator, ipse* etiam *adjutor*, ne de „patientiæ hujus perseverantia speique suæ „fiducia motus emigret: in eo enim est *sa-* „*lus & gloria ejus & spes*, qui se coexcita- „tum sibi conformem sit cælesti gloriæ suæ „redditurus. Et qui spem hanc aliis prædi- „cit, subjecit: *sperate in eo omnis cœtus ple-* „*bis & effundite coram illo corda vestra &c.* „nihil occultum sub Dei confessione in corde „retinendum: effundendus coram eo omnis „affectus est, ut nihil de nobismetipsis fidu- „ciæ sit, sed ut ante quem nos tamquam „pro peccato effundimus, adjuvemur. Ef- „fundenda autem coram eo corda nostra la- „chrymis & fletibus sunt, quia per eas ro- „gandus est, qui est solus fidelis *adjutor.* „Sed propheta admonitionem suam parvi apud „impios scit esse momenti, nam continuo „subjecit:

4. „*Verumtamen vani filii hominum, menda-* „*ces filii hominum in stateris &c.* vani homines „vana sperant: mendaces quoque, quia im- „pietatis suæ sensu aut fallunt aut falluntur, „& in eo mendaces, ut decipiant in stateris, „sub justitiæ nomine injusta peragentes, er- „rore se ipsos, quem a cæteris depellere se „professi sunt, implicantes, & idcirco ipsi *de* „*vanitate in idipsum*, illo scilicet recidentes, „ex quo se excedere gloriantur. Sed radix „maxime iniquitatum in pecuniæ cupiditate

Divitiæ contemnendæ.

„est, quam qui appetit, gravissimae tempe-„statis naufragio mergitur, sequitur enim: „*nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite con-„cupiscere, divitiae si affluant, nolite cor appone-„re:* magnae enim in hisce desiderii sui & „amoris illecebrae sunt, rapiunt ingenia, „mentesque pendulas apprehendunt. Non „solum itaque non concupiscendae earum ra-„pinae sunt, verum ab his voluntas nostra „etiamsi praebeantur & affluant refraenanda „est, ne desideratae dominentur.' Sed quod „magis ad spem aeternitatis expetendum est, „propheta subjecit dicens; *semel locutus est Deus, „duo haec audivi, quia potestas Dei est, & tibi „Domine misericordia, quia tu reddes unicuique „secundum opera ejus.* Semel loquente Deo „haec duo audiuntur; & quia potestas Dei „est, & tibi Domine misericordia: ab ipso „enim salutare ejus est. Et Filius omnia ac-„cepit a Patre, & idcirco in eo Dei potestas „vel accepta vel nata est: Pater enim non „judicat quemquam, sed omne judicium „dedit Filio. Retributor ergo uniuscujusque „est ille, qui Judex est, sed potestas ejus „est, a quo unigenitus Deus est natus in „Judicem; est potestas ejus a Deo est, qui „judicium accipit a Patre; atque ita non „caret potestate qui judex est, nec miseratione „qui Deus est; necesse est enim aeterni judicii „reus maneat, in uno utrumque non confitens, „cum tamen non unus intelligendus sit esse, „qui uterque sit, dicens: Pater in me, & „ego in Patre Dominus Jesus Christus, qui „benedictus est in saecula saeculorum. Amen.

Psal-

Psalmus LXII.

David cum isset in desertum Idumææ.

1. „David in deserto habitasse, libro regno- *Argumentum psalmi.*
„rum continetur, ut, qui passiones Do-
„mini præfigurabat, etiam tunc eas, cum de-
„sertum habitat, prophetaret, Unigenito æque
„in deserto moraturo. Sed ut sancto viro con-
„gruum, cum declinans odia impiorum solitu-
„dini se dedisset, maximis rerum cœlestium
„Sacramentis occupatur, & ab omni huma-
„næ aut impietatis aut ignorationis cœtu re-
„motus animum ad ea, quibus æternitatis
„cognitio ac meritum acquirebatur, intendit;
„non occupatus, non impeditus sæculi curis,
„sed in illo solitudinis suæ quieto otiosoque se-
„creto, cum nihil in oculos & in mentem of-
„fensionis incurreret, solis divinis erat nego-
„tiosus. Et videamus unde psalmi sermo sit
„cœptus.

2. „*Deus Deus meus, ad te diluculo vigilo.* *Desiderium Dei possidendi.*
„Huic plane ad gratulationem cognitionemque
„Dei dies cæpta est, cui idipsum orandi ad
„Deum initium, quod lucis est. Oratio au-
„tem non tam verborum est, quam affectus,
„& idcirco subjecit: *sitivit tibi anima mea, quam*
„*simpliciter caro mea in terra deserta & invia &*
„*inaquosa.* A Deo igitur, penes quem fons
„vitæ est, anima ipsius sitit desiderio intenta
„potandi: & quidem uniuscujusque mens ad
„cognitionem æternitatis naturali quodam fer-
„tur instinctu, terrena autem nostra corpora
„de-

„desperant se consequi posse munus cœleste ut-
„pote ad vitiorum concreta materiam, sed nos
„spiritualibus doctrinis eruditi scimus, & ani-
„mæ & corpori salutem a Deo esse datam, si
„non secundum carnem sed spiritum vixeri-
„mus. Unde arduum quidem sed tamen ma-
„xime verum est, æternitatem ita corporis uti
„animæ sperare: & ideo ad sitim animæ pro-
„pheta subjecit: *quam simpliciter caro mea*, ita
„ut tam simpliciter quam anima Deo sitiens &
„caro sua sitiat in terra invia & inaquosa mi-
„serias vitæ patienter sufferens. Sitit ergo
„Deo sanctus, ut Dei sibi proveniat aspectus,
„cujus desiderii affectum mox propheta decla-
„rat dicens: *sic in sancto apparui tibi, ut vide-
„rem virtutem tuam & gloriam tuam.* Justi in
„sancto Dei non apparebunt aliter Deo, quam
„secundum illud: qui me videt, videt & Pa-
„trem *Joan* 14. Quia in Filii & natura & no-
„mine paternæ naturæ & nominis significatio
„continetur apparens Filio, quem proinde pro-
„pheta videre desiderat, quia *virtus & gloria
„Dei* est. Visurus autem est ad consortium
„æternitatis merendum, quæ per misericor-
„diam Dei ultra vitæ hujus beatitudinem præ-
„paratur, unde sequitur: *quia melior est mise-
„ricordia tua super vitam.* Magnum quidem Dei
„munus est, quod venimus in vitam, sed quia
„plena dolorum ætas nostra est, plus in mi-
„sericordia Dei spei est, quam in vita, quia
„hanc mors consequitur, illa vero æternitatem
„ex morte restituit. Certus ergo misericordiæ
„Dei propheta officium gratulationis exequi-
„tur, dicens.

3. „*La-*

3. „*Labia mea laudabunt te Domine, & in* „*nomine tuo levabo manus meas.* Et sermone „suo & opere laudat Deum atque benedicit, „nam *in vita sua benedicens* in nomine suo ma- „nus elevabit, excelsa operando. Laudat er- „go misericordiam Dei *super vitas* præsentem „& futuram, non ab holocaustis pecudum *adi-* „*pisque pinguedine* sacrificia legis expectans, sed „in sola animæ confessione *benedictionisque laude* „seipsum hostiam Deo statuens. Verum hoc „sacrificium laudis ex operum sanctitate de- „scendat necesse est: itaque continuo subjecit: „*si memoratus sum tui super stratum meum, in* „*matutinis meditabor in te.* Meditationem ma- „tutinam recordatio nocturna consummat, & „idcirco de luce ad Deum vigilat, quia ex le- „ctuli puritate & fiducia etiam conscientia est „orationis matutinæ. Obrepentes itaque sub „secreto noctis cogitationes Dei recordatione „compressit, seseque adversus carnis incentiva „luctantem metus nominis Dei sui juvit, se- „quitur enim: *quia fuisti adjutor meus &c.* & „*sub velamento alarum ejus exultat,* & tegmine „protegentis se tutus est, cujus causa est, quia „*adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera* „*tua:* amoris hæc vis est, ut his quos ama- „mus etiam absentibus hæreamus: adhæsit „ergo Deo propheta & unus est spiritus cum „eo, & susceptus est a Dei dextera, id est, „ab eo, qui verbum caro est factus, assump- „tus est, conformis gloriæ corporis jam futu- „rus. Unde metum inimicorum suorum po- „nit, cum justi judicii Dei non ignoret severi- „tatem, dicens:

Deus voce & opere laudandus.

4. „*Ipsi*

Judicium Dei in impios.

4. „*Ipsi autem in vanum quaesierunt animam* „*meam*, quia susceptus a Deo est, & *introibunt* „*in inferiora terrae*, quia chao invio separantur „a sanctis, & *in manus gladii tradentur*, quia „potestas poenae, quae in ore gladii significatur „in impios exercetur: *partes* etiam *vulpium* seu „daemonum nequitiarum erunt, quibus cum „principe eorum praeparatus ignis gehennae „est: cum econtra, *rex laetabitur in Deo Christo*, „*& laudabuntur omnes, qui jurant in eo*, tanquam vero Deo, *quoniam obstructum est os loquentium iniqua*, cum videbunt eum in majestate sua judicare de vivis & mortuis: Ipse „enim est rex in aeternum, & in nomine Domini Jesu Christi omne genu flectetur coelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis „lingua confitebitur, quia Dominus Jesus „Christus in gloria est Dei Patris, qui est „benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus LXIII.

In finem Psalmus David.

Finis Psalmi.

1. „Simplex tantum psalmi in finem inscriptio notat, quod spiritualis tantum in „eo doctrinae forma sit constituta. Esse autem „plures memini, qui omnia in libro psalmorum scripta ad Personam unigeniti Filii Dei „existimant esse referenda: quae eorum opinio „argui non potest; quanquam enim idipsum „interdum imperite fiat, tamen per id, quod „ad eum cuncta referuntur, necesse est, ut „ea, quae ei sunt propria, vere praedicentur.

„Ca-

Cavendum autem est, ne dum omnia in eum convenire æqualiter opinamur, plurimum & divinitatis suæ dignitati, & corporationis Sacramento, & operationum potestati, & passionis virtuti, & resurrectionis gloriæ detrahatur. Tenendus igitur modus est, ac caute constituendum, quid de divinitatis suæ nativitate a Deo Patre, quid de hominis, quem assumpsit, persona tractetur, & quid unicuique tempori congruat. Existimamus igitur non modo Apostolorum, sed cujusque Sancti in Domino sperantis confessionem in præsenti psalmo contineri: inter maximas enim sæculi tempestates & impietates sumus constituti, Deique fidelem confessionem Philosophia irridet, hæreticorum furor incursat, avaritiæ studia condemnant, ambitionis favor inquietat, quibus omnibus tolerandis, vitandis, coarguendis mens nostra nisi per Deum erudita non sufficit: quantis enim disputationum aculeis Dei providentiam & mundi dominatum philosophia impugnat, nunc aquis, nunc terræ, nunc atomis, nunc cœlo Dei nomen indulgens: quam ingenioso calliditatis usu fidei doctrinam hæreticus mentitur: quanto audientium periculo opum gloriam avarus affirmat: quanto continentiæ excidio gaudia corporis voluptatum assertor exequitur: quam pestifera autem ambitiosorum in honoris adhortatione facundia est, quibus omnibus pervigil cura, pernox oratio, & æterna ad Deum confessio repugnabit. Quare propheta ita orat.

2. „Ex-

Oratio contra tribulantes.

2. „*Exaudi Deus orationem meam cum tribu-„lor, a timore inimici eripe animam meam.* In-„gruentibus memoratis malis ad eum, qui so-„lus mederi potest, referatur oratio, metus „est enim, ne infirmam per consortium carnis „animam subrepentium illecebrarum æstus ab-„sorbeat. Deus enim non tunc tantum orandus „est, cum quæ timentur, ingruerint, sed ti-„menda ea sunt, quæ cum cæperint adesse, „dominantur, ut nos a timore eorum eripiat: „docet ergo propheta, orationem suam non ex „dominatu eorum, quæ timuerit, sed ex metu „esse dominatus, ait enim: *Protexisti me a con-„ventu malignantium &c.* non hic propheta ar-„ma bellica pertimescit, omnis enim in lingua „timor est, hujus gladios metuit, & ab his „fide sua tutus est: sed *arcus* homicidæ lin-„guæ semper *intentus* est, ut *sagittet in obscuro* „*immaculatum*, cui per Sacramentum Baptis-„mi sordes veterum criminum recens ablutæ „sunt, nondum tamen firmatæ fidei, nondum „doctrinis spiritalibus eruditum, sed novæ na-„tivitatis infantia tenerum, quem sine metu „contradictionis per rerum ignorantiam *in ob-„scuro* positum *vulnerabunt*, *eumque subito sa-„gittabunt*, *& non timebunt*, scilicet naturam „simplicem & immaculatam novitate imperi-„tam, hanc enim fallunt, *firmantes verbum* „*malum*, huic occultos & *absconditos laqueos* „*prætendunt*, insidiis latentibus gloriantes & „dicentes: *quis videbit eos*. Si enim hæreti-„cus pervertere fidem tentet, incredibile est, „quantis eam dolis subvertere contendat: si „spem æternitatis Philosophus impugnet, mi-

„rum

„rum in modum omne bonum præsentis vi-„tæ ponet in corpore, uterque scrutantes, sed „deficiet tamen in veritatis destructione falsi-„tatis assertio, ideo subsequitur

3. „*Perscrutati sunt iniquitates, defecerunt „scrutantes scrutinio.* Qui enim fortuitis moti-„bus agi omnia docent, audient a nobis, De-„um esse a nemine, sed ex eo omnia, mo-„derantem ea ipsa omnia & continentem. Qui „vero prædicabit animæ cum corpore occasum, „audiet, animam non esse terrenam, mortem „autem non interitum esse, sed discessionem „ejus a corpore. Qui autem resurrectionem „carnis abnegabit, sciet non difficilem ejus in-„staurationem futuram ei, cui inchoatio prima „sit facilis, & sic de cæteris. Deficient igitur „adversum ista scrutantes, & per virum do-„ctrina Dei eruditum, & *in altum* humilitatem „cordis sui erigentem, *exaltabitur Deus*, seu „magnificentia divinæ bonitatis agnoscitur: „nam quis non magnificabit Deum mundi con-„ditorem? quis non metuet judicem? Quis „non renasci volet in innocentiam per Sacra-„mentum novæ nativitatis? Hæc professio no-„stra scrutantium ingenia debilitat: hæc do-„ctrinæ spicula, quæ per regeneratorum ex-„ordium *sagittæ sunt parvulorum* ridiculorum de „Deo dogmatum *plagæ sunt*: his adversari pro-„fanæ *linguæ* contradictio non potest: ad ho-„rum omnium disputationum nostrarum fidem „*conturbantur* audientes & abnuentes & *timent* „ac trepidant; *annuntiatis* enim *operibus Dei*, „*tunc incipient facta ejus intelligi*, tunc in his

Hæreticorum argumenta vana.

„*lætabitur justus;* tunc *eum omnes recti corde lau-* „*dabunt,* scientes esse remissionem peccatorum, „mortis peremptorem, diaboli debellatorem, „judicem sæculi, & æternitatis largitorem, „Deum & Dominum nostrum, qui est benedi- „ctus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus LXIV.

In finem Psalmus David.

Argumentum psalmi.

1. „Psalmus hic est in finem, & congrega- „tionem gentium, quæ Dominum lau- „daturæ sunt, nuntiat, & ipse hujus inter- „pretationis nostræ fidem reddet. In exordio „autem ejus secundum consuetudinem suam „orationem omnem ad Deum dirigit, omnis „enim nobis res atque sermo cum confessione „Dei ineundus est: sed sciens propheta plures „pro diversitate rerum ac studiorum in super- „vacuis demorari, specialem & proprium Dei „a nobis honorem requirit, dicens:

Cultus Dei superstitiosus vitandus.

2. „*Te decet hymnus Deus in Sion.* Hymnus „hic Deo condecet, qui fit in Sion spirituali „& Ecclesiastico cantico innocens, & Dei lau- „dibus dulcis. Omnia autem superstitionum „genera, quæ extra religionem Dei sint, con- „demnat. Plures enim sunt, qui doctrinæ suæ „perversitatem quadam inanis laboris probi- „tate commendent: cernimus namque nudis „philosophos corporibus algere: ipso etiam „conjugiorum usu magistri abstinent, hæreti- „ci sicco panis cibo vivunt. Sed totum hoc

„inane

„inane & ridiculum est, & cum ipsis supersti-
„tionis causis miserabile. Deo ergo vovenda
„sunt contemptus corporis, castitatis custodia
„jejunii tolerantia, atque ideo ait: *Et tibi*
„*reddetur votum in Hierusalem.* Vota enim
„tantum ecclesiasticæ religionis utilia sunt, quæ
„cum & dignis Deo cantionibus & propositæ
„in Ecclesia observantiæ studio probantur.
„Tunc digni erimus, pro quibus Deum sanctus
„Spiritus interpellet; atque ideo dictum est:
„*Exaudi orationem*, non enim subsequitur *me-*
„*am*, nam licet multi hoc addiderint, non ta-
„men in authenticis extat, propheta enim non
„suo sensu, sed inspiratus hæc loquitur; &
„quorum oratio exaudienda sit, mox demon-
„stat dicens: *omnis caro ad te veniet.* Hujus
„igitur carnis seu humani generis orationem
„exaudiet Deus, quod vanis superstitionum
„doctrinis tenebatur, cum præcepta gentilia
„omnes eos ad impietatem imbuerent, Deum
„in lignis & saxis & metallis prædicando.
„Hunc igitur errorem gentes fatentur & di-
„cunt:

3. „*Verba iniquorum prævaluerunt super nos*, *Beati* *Deo i*
„dum scilicet nos Philosophiæ facundia in er-
„rore detinuit: *& impietates nostras tu propitia-*
„*bis*, cujus propitiationis est, quia *beatus quem*
„*elegisti*, *& assumpsisti*, *scilicet ex gratia*, quia
„*inhabitabit in tabernaculis tuis*, cœlestibus, ubi
„fidei fructum & honorem cœlestis gloriæ sor-
„tietur, nam sequitur: *Replebimur in bonis do-*
„*mus tuæ*, quæ sunt Ecclesiæ munera, scilicet
„sermo sapientiæ, scientiæ, fides, dona sani-

„tatum, genera linguarum, interpretatio ser„monum: imo & alia plena & perfecta domus „cœlestis, quæ oculus non vidit &c. his igitur „domus Dei bonis replebimur, & meritum „horum percipiendorum fructuum docet, di„cens: *sanctum est templum tuum, mirabile in „æquitate:* omnia namque credentium corpora „templum Dei esse Apostolus docet 1. *Cor.* 3. „ornandum ergo hoc templum Dei est sancti„tate & justitia. Domum autem Dei etiam „ipsum assumptum a Dei Filio hominem intel„ligere promptum erit, quia in eo omnis „plenitudo divinitatis inhabitat. Beati qui„dem sunt, qui jam a Deo ad habitandum in „tabernaculis ejus electi sunt, sed festinare nos „in consortium hujus beatitudinis congruum „est operationibus id atque orationibus con„sequentes, ob quod ita sequitur.

Idololatriæ destructio.

4. „*Exaudi nos Deus salutaris noster, spes om„nium finium terræ, & in mari longe.* Quacunque „se habitabilis mundi hujus temperies extendit, „omnibus Christus in spe est: quin etiam in„terni atque externi maris insulæ in hujus no„minis virtute requiescunt. Cur autem in eo „spes omnium sit, in consequentibus docet, „dicens: *Præparans montes in virtute tua ac„cinctus potentia.* In montium nomine omnem „supereminentem virtutem intelligi oportet, „quæ se contra Deum exaltans iræ Dei subdi„dit. Descendens igitur Deus verbum assump„tum sibi hominem potentia accingens diaboli „excellentiam protrivit, & per hanc primæ ob„tritionis potestatem pœnæ æternæ judicii præ„pa-

„paravit. Contemplandum autem est, quid „præparationem montium subsequatur, scilicet: *qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus:* mare pro sæculo nuncupatur. & in „inimicarum virtutum fiducia sæculum consistebat. Turbato ergo diabolo, omnia terroris sui ministeria turbantur, & ipse, in quo „gentes pavebant, adversantium potestatum „sonus trepidat. Recordemur vatum murmura & omnem profano cæremoniarum can„tu mundum resultantem, nunc vero Domino „Christo prædicato silere omnia, cum hi gentium dii fidelibus subjiciuntur, eorum verbis „torquentur, abiguntur. Unde *gentes turbabuntur & timebunt* cernentes deos suos mutos, „& tantum ad impositionem manuum nostrarum pœnæ suæ vocibus ingemiscentes. Verum non omnes gentes quæ turbabuntur timebunt, sed illæ solum, *quæ inhabitant fines*, „scilicet, quæ in carne positæ, neque in totum adhuc secundum carnem agunt, neque „omnino finem peccati tenent. Horum autem „timentium trepidatio ex ambiguæ habitationis incerto est. Sed cur timebunt, scilicet:

5. „*Et timebunt, qui habitant fines a signis Ecclesiæ* „*tuis:* metus ergo omnis a signis est scilicet, *signa* „*exitus matutini & vesperæ delectationes*, nam „progressus Ecclesiæ in matutinorum & vespertinorum hymnorum delectatione maximum „misericordiæ Dei signum est. Succedit ex „hoc sequens signum: *visitasti terra & inebriasti eam, multiplicasti locupletari eam.* Visitavit autem Deus terram, id est humani

„generis nativitatem, eaque visitata a Deo „multiplicatis gratiarum muneribus ditescit, „ita ut quotidie bonorum cœlestium munus „hauriamus pleni divinis copiis & ebrii, cum „ebrietatis fructus est, quod *flumen Dei reple„tum est aqua:* Spiritus enim sancti muneribus „inundamur, & in nos ex illo vitæ fonte flu„vius Dei aqua repletus infunditur. Habe„mus etiam & *cibum paratum* per communio„nem sancti corporis, quo cibo quamvis in „præsens salvemur, tamen in posterum *præ„paramur.* Ut autem Deus ea, quæ comme„morata sunt, expleat, orat propheta, dicens;

Ecclesia propagatio. 6. *Rivos ejus inebria, multiplica generationes „ejus, in stillicidiis ejus lætabitur, cum exorie„tur.* Inebriamur cum Spiritum sanctum ac„cipimus, dehinc quia ex nobis diversi gra„tiarum rivi emanant, orat propheta, ut hos „Dominus inebriet, ut generationes multipli„centur, terra scilicet bona verbi semen exci„piens fructu trigesimo, sexagesimo & cente„simo ditescat. Est autem nobis per baptis„mum renatis maximum gaudium, cum quæ„dam in nobis Spiritus sancti initia sentimus, „cum subeat nos Sacramentorum intelligentia, „prophetiæ scientia &c. hæc enim tamquam „stillicidia nos penetrant, quæ paulatim cæp„ta fructu multiplici exuberant. In his ergo „stillicidiis, cum exorietur, terra lætabitur. „Sed stillicidia multiplicantur, ut rivi sint, ri„vi autem inebriantur, ut flumina sint. Quæ „autem ex his omnibus consequentur, docet „propheta dicens: *benedices coronæ anni benig-*

„*ni-*

„*nitatis tuæ:* annum æterni illius & beati sæ-
„culi declarat, namque bonitatis Domini hic „annus est, quo erunt indefessa illa benignæ „retributionis tempora auspicanda; hujus an-„ni Dei benedicet coronam jucundissimus visi-„tatæ terræ inebriatæque fructus; hæc enim „Christi depulsa corporum nostrorum corrup-„tione, & perempta mortis potestate victoria. „Tunc *ubertate campi replebuntur*, tunc *deserti* „*fines pinguescent*, tunc *colles exultatione accin-* „*gentur*, tunc *arietes ovium induentur.* In cam-„pis enim opera legis ubertatem consequen-„tur, ecclesiæ quæ diu deserta fuit populus „promissionis bonis pinguescet: in collibus ex-„ultatione accinctis gloria martyrum gaudia „nuntiantur; cum autem arietes ovium indu-„entur, æterna illa & beata Patriarcharum „& Prophetarum & Apostolorum, qui duces „gregis sancti sunt, vestis incorruptionis osten-„ditur; *& convalles abundabunt frumento*, hu-„miliores scilicet, sed tamen non impiæ fidei „& operis homines fructum vitæ sortientur, „*etenim clamabunt*, *& hymnum dicent*, Dei sci-„licet laudes ob hæc diversa retributionum „præmia indefessis vocibus concinentes.

Psalmus LXV.

In finem canticum Psalmi.

1. „Secundum illam, quam in exordio attu-„limus de titulorum inscriptione ra-„tionem, perspicuum est, psalmum hunc ob „adepta per meritum boni operis spiritalis do- *Argumentum psalmi.*

„ctrinae instituta cantari. Psalmum autem ex „persona prophetarum consistere, res ipsa & „ratio demonstrat, sic enim incipit:

Contra diabolum voce jubili certandum.

2. „*Jubilate Deo omnis terra.* In graecis li„bris quem latini jubilum ponunt, significat „vocem exercitus praeliantis, aut in concursu „proterentis hostem, aut successum victoriae „exultantis voce testantis. Positi igitur in vi„tae istius praeliis, & in hoc carnis certamine „adversum diabolum armis spiritalibus dimi„cantes, Deo monemur in voce exultationis „jubilare. Terrendus ergo est confessionis no„strae sermone omnis profanus auditor, & ad„versum diabolum armaque ejus orationum „nostrarum sonitu certandum est, & belli no„stri victoria exultationis voce monstranda est. „Audiat orantis populi consistens quis extra „ecclesiam vocem, spectet celebres hymnorum „sonitus, necesse est terreri omnem adversan„tem, & bellari adversus diabolum, vincique „resurrectionis fide mortem tali exultantis vo„cis nostrae jubilo. Primum ergo hoc prophe„ta posuit, ut jubilet Deo omnis terra, se„cundo, *ut psalmum dicat nomini ejus*, quia uti „per organum psalmus est, ita & corporis no„stri, quod organum animae est, operibus pla„cendum est, & lucere debet lux nostra co„ram hominibus, ut magnificent patrem no„strum, qui in coelis est, *& dent gloriam lau„dationi ejus*. Deinde per prophetam ita ad„monemur.

Opera Dei terribilia.

3. „*Dicite Deo, quam terribilia sunt opera „tua*, qui mundum condidit, coelum astris or„na-

„navit, terram fructibus replevit, mare obi-
„cibus conclusit, hominem ut his dominare-
„tur elegit: Hæc terribile nomen conditoris
„efficiunt, & non hæc *omnia dii esse mentienda*
„*sunt*, uti gentiles mentiuntur. Sed quia men-
„tiuntur inimici, quid a cunctis fieri oporteat,
„ita docetur: *omnis terra adoret te*, & *psallat*,
„*psalmum dicat nomini tuo altissime*, vero Deo
„& omnium conditori relictis impietatum men-
„daciis. Vos proinde a longe consistentes *ve-*
„*nite & videte opera Dei*, non ea, quæ cuncto-
„rum aspectui subjecta sunt, cœli, aeris &c.
„Sed quæ fidelium tantum studiis comperta
„sunt, & quibus saluti humanæ cum ingenti
„terrore consultum est, uti in submersione
„Pharaonis, & cæteris, in quibus Deus *ter-*
„*ribilis in consiliis* humanæ saluti *filiisque homi-*
„*num* consuluit. *Qui convertit mare in aridam*,
„*in flumine pertransibunt pede*. Jordanis enim
„primum aquis peccatorum ablutio Joanne pœ-
„nitentiam prædicante donata est, & per quem
„populo in repromissionis terram iter fuerat,
„per eum via nobis cœlestis regni, & in novæ
„generationis lavacro possessio æternorum cor-
„porum inchoatur, aquis ipsis baptismate Do-
„mini consecratis. Quare *ibi lætabimur in ip-*
„*so*, quæ in adventu Domini & Jordanis bap-
„tismo & infirmitatum omnium curatione ex-
„pleta sunt. In ipso, inquam, *qui dominatur*
„*potentia sua in æternum*, cui scilicet data est
„omnis potestas in cœlo & in terra, *cujus ocu-*
„*li super gentes respiciunt*, quas ministerio fa-
„mulantium Angelorum protegit, quod judæi
„denegant, gloriam sibi in Abraham electi

„generis usurpantes, & *in iram provocantes* „misericordiæ & salutis auctorem, quia *in se* „*exaltantur*, & eum, qui solus gloriosos po„test efficere exacerbant. Iam nunc ergo „Apostolorum adhortatio refertur ad gentes „cum dicitur:

Beneficia fidelibus concessa.

4. „*Benedicite gentes Deum nostrum*, nostrum, „non vero illos, quos deos putatis, sed no„strum, eum scilicet, cujus opera recensita „sunt: hoc enim proprium apostolicæ do„ctrinæ est, Deum ex lege & prophetis in „Evangeliis prædicare. Sed id quod sequitur, „*& obaudite vocem laudis ejus*, intelligentium „confundit, nam vox laudis non ejus, qui „laudatur, sed ejus qui laudat, auditur; „verum in Græcis hoc ita significatur, ut „obaudiri posse efficiant vocem laudis ejus, „nempe ea, quod credentium *animam posuerit* „*in vitam*, quod apostolicæ prædicationi & „martyrum confessioni constantiam confitendi „largitus sit, & non dederit *commoveri pedes* „a gressu fidei: quod credentes in se *probaverit*, „& ab admixtione vitiorum *sicut igne examina*„*tur argentum* purgaverit. Tentationum autem „genera & martyrum victorias scimus, quæ „propheta ex eorum persona recenset, scili„cet: *induxisti nos in laqueum*, id est in cu„stodiæ catenas: *posuisti tribulationes in dor*„*sum nostrum*: pænas scilicet verberum: *im*„*posuisti homines super capita nostra*: gloriosas „videlicet martyrum mortes commemorat, „gladii, ignis, profundi. Sed qui transit per „ignem & aquam, non in his aboletur, sed

„edu-

„*educitur in refrigerium*, scilicet in requiem „beatæ illius resurrectionis, in qua post mor„tis istius tempus omni humana calamitatum „labe detersa non doletur, non fletur, non „peccatur, sed vivitur, ne autem terreni ali„cujus loci requies significari existimaretur, „adjecit:

5. „*Introibo in domum tuam in holocaustis*, „id est, per dicta genera pœnarum martyres „in fidei testimonium corpora sua holocausta „voverunt, ut in cæleſtis domicilii habitatio„nem consummatis hostiarum suarum sacrifi„ciis introirent. Sed quid voverunt? scilicet, „ut per hæc martyrii sui exempla gentes ad „spem regni æterni erudirent Atque ob id „in huius eruditionis fructu Deo se vota red„dere confitentur dicentes: *reddam tibi vota* „*mea*, *quæ distinxerunt labia mea*, illa nimirum, „*quæ elocutum est os meum*, videlicet, quod ne„que mors, neque vita nos separabit a chari„tate Dei. Deinde, *holocausta medullata* mar„tyres *cum incenso*; *&* *arietibus offerunt*, dum „sacerdotes doctrinæ Apostolicæ eruditio cum „orationum odore ad martyrii studium prose„quitur. Item *boves efferuntur* id est, contu„macis naturæ pecora in culturam Dei miti„gantur in hoc matyrium Christi nominis do„ctrinis apostolicis edomita. In hoc autem quod „dicitur: *offeram tibi boves cum hircis*, in bobus „ecclesiæ homines ostenduntur, in hircis au„tem illi quos ipsa persecutionis tempestas „per martyrii gloriam genuit, scimus enim „plures sacramentorum divinorum ignaros ex„

Martyrium nobile sacrificium.

„emplo

„emplo martyrum ad martyrium cucurrisse, „& consummatæ in martyrio fidei gloriam „consecutos, qualis fuit latro ille qui Domi„num in ipsa sua damnatione confessus est. „Post hunc sermonem ad Deum eos nunc, „quos ad holocaustorum solennia erudierat, „affatur dicens: *venite & audite, & narrabo* „*vobis omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ* „*meæ*, quia *ad ipsum clamavi* non solum *ore* „*meo*; sed *& exaltavi sub lingua mea* in occul„tis scilicet linguæ, & quodam internæ vo„luntatis eloquio, & consequenter *iniquitatem* „*si conspexi in corde meo, non exaudiet Deus*, „id est, nullum vitium iniquæ voluntatis in „corde contuens, audiri dignus ero, *qui in*„*tendit voci orationis meæ, benedictus Deus*, cui „est gloria in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus LXVI.

In finem hymnus cantici David.

Argumentum psalmi.

1. „In hoc psalmo omnis sermo est vel Pro„phetarum vel Apostolorum, quorum „alii venturum in corpore Unigenitum Deum, „alii venisse docuerunt, sancto spiritu illumi„nati, & honore gloriæ cælestis expleti, ora„tio ergo eorum in psalmi exordio esse no„scenda est.

Misericordia & benedictio Dei.

2. „*Deus misereatur nobis & benedicat nobis*. „Secundum doctrinæ ordinem primum mise„ricordia Dei poscitur, ex copia enim bonita„tis suæ misericordiam in peccatorum remis„sio-

ſionem largitur: deinde qui miſericors eſt, ut benedicat oratur, in omni nimirum benedictione in cæleſtibus. Denique benedictionis hujus fructus eſt, *ut illuminet vultum ſuum ſuper nos*, ut tenebroſa corda noſtra cognitionis ſuæ lumen irradiet: *ut cognoſcamus in terra viam tuam*, ut nimirum cognita in terra fiat via Dei, quæ eſt doctrina vitæ religioſæ, per quam ad Chriſtum pergitur, & *in omnibus gentibus ſalutare tuum*, Jeſu ſcilicet, per quem omnes gentes dirigantur relicto idolorum cultu ad cognitionem Dei eruditæ: idcirco hæc ſequntur.

3. „*Confiteantur tibi populi Deus &c.* cum confitentur populi omnes, exceptio nulla ſit gentium, quoniam *lætantur & exultant gentes*, & quia *judicabit populos in æquitate, & gentes in terra diriget*, ubi cauſa lætitiæ ex ſpe judicii æterni prædicatur. Quod autem iisdem verbis ſenſus iteratus ſit: confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, invenimus confeſſionem duplici ratione tractandam eſſe: unam confeſſionem peccatorum, aliam laudationis Dei, prima illa peccatorum eſſe credenda eſt, quæ prædicationi apoſtolicæ connectitur: altera laudationis Dei intelligenda eſt omnium gentium, & ob id, quia *terra dedit fructum ſuum*, primum Dei cognitione repletum, dehinc caſtitatis, juſtitiæ & miſericordiæ operibus glorioſum veteri homine cum vitiis ſuis & concupiſcentiis exuto, ob quod rurſum benedictionis Dei munus oratur, cum dicitur: *benedicat nos Deus.* & quidem *Deus noſter*, Patriar- *Confeſſio gentium.*

„cha-

„charum, Prophetarum & Apostolorum: be-
„nedicat nos Deus, ut per benedictionem Dei
„augescente doctrina *omnes terrae fines timeant*;
„non enim est minimum officium fidei metus,
„nam inter praecipua spritalium gratiarum do-
„na numeratur. *Is.* 11. Beatus cui provene-
„rit timere non ex naturae humanae trepidatio-
„ne, sed ex cognitione rationis: qui enim ex
„infirmitate in rebus trepidis metuit, hic in
„secundis rebus rursum ex naturae vitio inso-
„lescit, at qui ex scientia timet, semper timet,
„neque minus secunda quam adversa formi-
„dat. Sumit igitur originem sapientia ex ti-
„more res utiles exequendo, quae propriae sapi-
„entiae sunt. Hunc ergo Dei timorem omni-
„bus terrae finibus propheta optat, Apostolo
„voti istius summam explicante, cum dicit:
„& omnis lingua confiteatur, quia Dominus
„Jesus in gloria est Dei Patris, qui est bene-
„dictus in saecula saeculorum. Amen.

Psalmus LXVII.

In finem ipsi David Psalmus Cantici.

Argumentum psalmi. 1. „Totus psalmus est sacramentis legis Evan-
„geliorumque contextus, magnaque
„& ex praeteritis, & ex futuris allegoricorum
„dictorum interpretatione confertus, qui & le-
„gis latae in se doctrinam contineat, & assump-
„tae a Domino corpis afferat notionem, & im-
„pietatem populi anterioris exprobret, & fu-
„turae cognitionis nostrae fidem nuntiet, &
„Domini super caelos complectatur ascensum,
„&

„& futuri regni ejus gloriam comprehendat. „Initium autem ex eo sumpsit propheta, in „quo salutis nostræ consistit effectus. Cæpit „enim ita:

2. „*Exurgat Deus, & dissipenter inimici &c.* „resurrectionis in Deo tempus optatur, cum „de peccato peccatum in carne condemnans „potestates hujus mundi ostentui fecit, cum „fiducia triumphans in semetipso. Hanc ergo „propheta fugam horum inimicorum ejus ex„pectat, qui dum fugiunt, evadere tamen fa„ciem Dei non possunt, sed eorum fugam ju„dicii pœna consequitur, nam *sicuti fumus de„ficiant &c.* & sicut cera omnis iniquorum po„testas in judidio Dei deliquescit, cum econ„tra *justi lætentur lætitia, exultent in conspectu „Dei, & epulentur in lætitia*, scilicet perfecta, „quæ non ex peccatis, sed conspectus Dei ju„cunditate hauritur, ad quam nos nunc pro„pheta advocat dicens: *Cantate Deo, psallite „nomini ejus &c.* illi scilicet Deo cantandum, „& *iter parandum, qui ascendit super occasum*, id „est, qui occasu mortis ascendit, & occasum „omnem ipso occasu non detentus excessit, „huic *nomen est Dominus*, in cujus nomine Je„su omne genu flectendum: huic *iter paran„dum* est, ut vitiorum compressis tumoribus, „& elevata humilitate terrenæ labis in corda „nostra descendat, in cujus *conspectu exultabi„mus*, & quem nos resurgentes a mortuis con„tuebimur. Sed hanc sanctorum lætitiam tre„pidatio eorum, quos cum mundo vicit, in„sequitur, ait enim: *turbabuntur a facie ejus pa-*

Resurrectionis gloria.

„tris

„*tris orphanorum*, *& Judicis viduarum*: causa
„nimirum turbationis eorum est, quod pater
„orphanorum sit, judexque viduarum. Cæ-
„terum ut ad ecclesiæ totius demonstrationem
„hæc ita significata esse possint intelligi, con-
„tinuo subjecit:

Ecclesiæ dona in v. l. figurata.

3. „*Deus in loco sancto suo &c.* hic ergo Deo
„locus sanctus est, ubi *unius moris* ac volunta-
„tis *unanimis* conventus, ubi qui *vincti* sunt,
„*educentur in fortitudine*, & qui peccatis vincie-
„bantur absolvuntur. Educuntur autem etiam
„illi, *qui* ante *exacerbabant*, id est, qui trans-
„gressione legis, iram in se Dei judicis incita-
„bant, vel adversus nomen ejus gentili elo-
„quio differebant, quos ad doctrinam divinæ
„cognitionis instituit, sicuti ex persecutore
„Paulum apostolum præfecit. Hos itaque
„exacerbantes, *inhabitantes* ante *in sepulchris*,
„id est, intra corporum suorum emortua do-
„micilia consepultos in cælestem vitam spiri-
„tualemque deduxit. Verum hæc omnia Do-
„minus ad spei nostræ præparationem etiam
„adumbrata gessit in lege. Sic *egressus coram*
„*populo suo desertum transgressus est*, illud vi-
„delicet desertum Iordanis, in quo fons aquæ
„vitalis aridos irrigavit. Et hic idem est, qui
„manna de cælis dedit populo *cælique stillasse*
„*in Sina* scribuntur. Sed transiens ad desertum
„Deus, seu gentilium arida corda transcen-
„dens, felicem illam *bonæ voluntatis pluviam*
„prædicationis *segregavit*, quæ quidem *infir-*
„*mata est*, cum judicium mortis habuit Paulus,
„cum Petrus ter negat, cum Apostoli timent,
„fugiunt,

„fugiunt, diffidunt, sed quia in his bonae vo-
„luntatis erat affectus, *perfecti* ita sunt, ut
„etiam fundamenta ecclesiarum fierent. Hæc
„ergo *hæreditati Dei* pluvia segregatur, genti-
„bus scilicet animantium & pecorum ritu non
„intelligentibus, *habitabunt* ergo *animalia* vel
„in hæreditate Dei, vel pluvia voluntaria, &
„hæc *in dulcedine pauperi* vel hæreditas vel plu-
„via est parata, eloquia enim Dei sanctorum
„faucibus dulcia sunt: animalia autem cum
„essent, facta sunt spiritalia. Præparatam
„autem dulcedinem apostolicæ prædicationis
„signare eloquium, ostendit, quod sequitur:

4. „*Dominus Deus dabit verbum evangelizanti-* *Prædicatio Evangelii.*
„*bus virtutibus multis, nimirum* secundum illud,
„non enim vos estis qui loquimini, sed spiri-
„tus Patris vestri, virtutes autem evangelizan-
„tes multæ sunt, uti in Petro, Paulo &c.
„quarum virtutum *Dilectus* Christus Rex est.
„Oportuit autem numerosarum virtutum
„fieri mentionem, quia ad pulchritudinem
„domus Ecclesiæ ipse *divideret spolia*, dum
„ad Ecclesiæ decus detracta a diabolo gentium
„spolia & aræ templaque vero Deo consecran-
„tur. Ad has easdem virtutes divinus sermo
„se retulit dicens: *si dormiatis inter medios*
„*cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora*
„*dorsi ejus in viriditate auri.* Ubi propheta ma-
„nere in mediis cleris divisa illa spolia exoptat,
„ut usque in dormitionis seu mortis suæ diem
„in domus pulchritudine perseverent, qui qui-
„dem sunt in usum prædicationis tamquam
„deargentatæ pennæ columbæ, id est, spiritus

„sancti munere pretiosi, in his autem quae post „eos sunt, in auri viriditate consistent, ut il„lis post praedicationem Evangelii honor regius „& indefessa aeternitas reddatur. Ut autem „ad principes ecclesiarum hoc relatum possit „intelligi, subjecit: *dum discernit caelestis reges* „*super eam*, id est, dum Dominus de caelis „descendens, eos qui spolia fuerunt, consti„tuit in reges super domum, quae per eos „pulcherrima est, *in Selmon nive dealbabuntur*, „id est in pace gloriam aeternitatis accipient, „hic enim *Dei mons*, in quo pax Dei nominis „ipsius est significata virtute, & *uber*, & *con*„*secratus* & *pinguis* est. Quia vero verae fidei „una haec est sedes Deo, quae sit placita, & „hic aeterni regni mons unus in pace est, de „plurimis arguit nos propheta dicens: *ut quid* „*suscipitis montes caseatos*, id est falsas doctri„nas, vel lac corruptum, in vitia deducentes. „Ab his enim referendus est sensus & studium, „neque quisquam alius quam hic mons pacis „habitandus est, nam continuo subjecit:

Ecclesia una salvans.

5. „*Mons in quo beneplacitum est Deo habi*„*tare in eo*, & *eum Dominus habitabit usque in* „*finem*. In eo monte aeternae habitationis se„dem Deo ostendit esse placitam, qui ad sedem „pacis est electus. Sed quia post legis tempo„ra per Evangelicae confessionis fidem a car„nali Israel quaedam per nos videtur pacis Dei „facta esse mutatio, ut sedes haec Evangelicae „pacis praeformata per mediatorem legis intel„ligeretur in lege, continuo subjecit: *Cur*„*rus Dei decem millium multiplex millia laetantium*,

„*Do*-

„*Dominus in illis in Sina*, ut ministeria infini-
„torum pene angelorum legem in manu me-
„diatoris disponentium adstitisse ostendatur.
„Et ne forte Evangelia non supplementa legis
„viderentur, qui in illis in Sina est Dominus,
„hic rursum *in sancto ascendit in altum*, *capti-
„vamque cepit captivitatem*, in eo scilicet sancto,
„cujus formam ex forma Dei evacuatus acce-
„pit, qui proinde ascendens in altum & sese
„hominem ex mortuis in cœlestibus revehens,
„accepit eos, qui a diabolo erant capti, & *ac-
„cepit dona in hominibus*, gentes scilicet in hæ-
„reditatem, quæ se *cum Deo inhabitaturas non
„credebant.* Unde post hæc digna ad Deum
„prophetæ subjecta confessio est.

6. „*Dominus Deus benedictus de die in diem, Deus
„prosperum iter faciet nobis Deus salutarium no-
„strorum:* quotidie enim per populi credentis
„accessionem benedictionis augetur confessio,
„& iter omnibus ac profectus dirigitur in sa-
„lutem per cognitionem & scientiam Dei, qui
„pro nobis passus & mortuus & resurrexit, in
„qua scientia nos propheta instituit, dicens:
„*Deus noster Deus salvos faciendi, & Domini Do-
„mini exitus mortis.* Eum nobis Deum prophe-
„ta intimat, qui cum esset Deus, omnia ad
„salutis nostræ incrementa suscepit, & ideo
„hic Deus noster est, qui Deus eorum est, qui
„fient salvi, salvos autem nos per id Deus no-
„ster effecit, quod exitus sit mortis egressus
„per resurrectionem suam, & naturæ nostræ
„corruptionem in gloriam cœlestem post exi-
„tum mortis extulit: tunc enim *conquassabit*

Deus salus nostra.

„*capita inimicorum ſuorum* principatuum & po„teſtatum, quorum ſpiritualem nequitiam in eo „docet, quod *capilli verticem perambulent*, dum „tamquam dominantes hominum capitibus in„ſiſtunt, & hoc quidem *in delictis ſuis*, dum „unicuique in eo, quod delinquat, autores „ſunt. Unde *dixit Dominus ex Baſan, conver„tar in profundum maris*, id eſt, Dominus poſt „humani corporis pudorem, quod Baſan ſigni„ficat, in hoc mare ſeu ſæculi tempeſtatem „converſus eſt, ut ſubjectus usque ad ultimæ „confuſionis verecundiam crucis morti per eam „ſpirituales nequitias triumpharet, cum eas „æternitati pœnæ deſtinaret, & conculcans ca„pita inimicorum ultionem divinæ poteſtatis „exerceret, quod ipſum videtur ſermo ſequens „complecti cum dicit: ut *intingatur pes tuus in „ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab „ipſo.* Divinæ ultionis ira ſub humanæ vin„dictæ ſignificatur exemplo, quæ quidem Ju„dæis poſt mortem Domini omnia acciderunt, „cum peremptorum ſanguine & incedentium „pedes tincti ſunt, & canum lingua ſatiata eſt: „quod tamen non minus ad eorum pœnam & „damnationem referendum eſt, qui oſtentui „redditi cum fiducia triumphantur. Pergit „autem Propheta novi Teſtamenti cum veteri „connexionem oſtendere dicens:

Eccleſiæ Apoſtoli electi.

7. „*Viſa ſunt itinera tua Deus &c.* cum co„actis in glaciem aquis præeunte eo in colum„na ignis & nubis, iter populo ſiccatum eſt, „cum *in medio tympaniſtriarum juvenes pſallen„tes* glorioſe glorificatum Dominum cantave„runt.

„runt. Sed non minus *Dei nostri & regis* Chri-
„sti *in sancto* itinera sunt visa, cum ingressum
„ejus in cœlum tanta cœlestium cætuum gau-
„dia præeunt: unde ad ecclesiæ benedictionem
„hortatur nos propheta dicens: *in Ecclesiis be-*
„*nedicite Dominum Deum de fontibus Israel.* Ex
„initiis scilicet legis doctrinam Ecclesiæ de-
„fluxisse commemorat; ac nequid benedicenti-
„bus Ecclesiam ambiguitatis existeret, quis
„maximus Evangelicæ spei prædicator futurus
„esset ostendit dicens: *Ibi Benjamin junior in*
„*pavore*, post consternationem enim pavoris in
„Evangelium Christi de tribu Benjamin Pau-
„lus electus est, mane devoratas carnes ad
„vesperum dividens in salutem. Cæteros quo-
„que principes Juda, qui a Christo ex tribu
„Juda orto eligendi essent, revelat, *principes*
„*Zabulon, principes Nephtalim:* ex his enim
„Apostolorum ceu principum Ecclesiæ est cæp-
„ta delectio. Ut autem hoc brevi impleatur
„propheta precatur: *manda Deus virtuti tuæ*,
„id est unigenito Deo, qui Dei virtus est, *&*
„*confirma*, quæ jam ante constitutionem mun-
„di per definitionem gerendorum *operatus es*
„*in nobis*, ut *in templo* cœlestis *Hierusalem re-*
„*ges* renati in Christo & peccato ultra non ser-
„vientes *offerant* seipsos Deo *munera.* Quod
„quia carnalis Israel tamquam sibi soli pro-
„prium usurpat, mox propheta subjecit: *In-*
„*crepa feras sylvæ*, seu spirituales nequitias,
„*concilium taurorum inter vaccas populum*, quæ
„in Samaria, a principibus & populo adora-
„bantur, ne hi *qui probati argento sunt*, *ex-*
„*cludantur*, id est ut de peccato decocti & pur-

„tunc enim *dat virtutem plebi ſuæ & fortitudi-*
„*nem Deus*, quæ immortalis effecta intra vitam
„virtutemque contineatur, diſpoliatoque cor-
„pore ſuperinducta ſit honore cœleſti, ut om-
„ni corruptione & infirmitate depulſa Deum
„æternitatis ſuæ laude benedicat, per unige-
„nitum & primogenitum ſuum Deum ac Do-
„minum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt be-
„nedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus LXVIII.

In finem his qui vel immutabuntur Pſalmus ipſi David.

1. „Pſalmus hic Sacramentum paſſionis Do- *Argumentum pſalmi.*
„mini continet, nam præter Joannem
„Apoſtolum, qui in potatione aceti conſiſtere
„conſummationem ſcripturarum teſtatus eſt,
„tum etiam dictum hoc ab eodem ſub apoſto-
„lorum recordatione præſumtum: zelus do-
„mus tuæ comedit me, confirmat omnia ad
„eum dicta geſtaque eſſe referenda. Univerſa-
„rum itaque humanarum paſſionum forte per-
„functus ſecundum ſuſceptas infirmitates no-
„ſtras loquitur.

2. „*Salvum me fac Deus, quoniam intrave-* *Chriſti exinanitio.*
„*runt aquæ usque ad animam meam.* Aſſumpta
„infirmitas habuit officium deprecandæ ſalutis,
„divinitatis vero conſcientia ſpem tenuit ſalu-
„tis in morte ſperandæ. Salvari ergo ſe orat,
„introeuntibus enim aquis uſque ad animam
„ſubjectus morti crucis fiebat, cum paſſionum

„universarum impetus usque ad mortem animam perumperet, & hoc ideo *quia infixus est in limo profundi* per assumptionem carnis nostræ, & *non est substantia*, nam nullo quidem modo se caruit, qui seipsum exinanivit evacuans, nec tamen idipsum videbatur extare, quod jam in aliud se evacuando concesserat. Evacuans ergo se usque ad mortem crucis descendit, & omnis in eum terror desævientis in nos tempestatis incubuit, unde sequitur: *veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Unde susceptis infirmitatibus nostris ait: *laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ*, defecerunt oculi mei, quia nimirum *in Deum sperabat.* Sed illo humanæ salutis opus moliente, *multiplicati sunt super capillos capitis ejus, qui oderunt eum gratis* sine causa, & *convalescentes injuste persecuti sunt*, & *quæ non rapuit, repetebatur exsolvere*, debitum scilicet mortis cujus absque peccato debitor non erat: in quo quia magnum divinæ sapientiæ consilium explebat, crucisque mors in Deo stultitia gentibus videbatur, sequitur: *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea*, seu pœnæ delictorum non patratorum ab eo, susceptæ & persolutæ *a te non sunt abscondita:* unde *non confundi* eos rogat, qui expectant Dominum, nec *quærentes Deum Israel* super se *vereri* aut pudere, quia suscipiendæ ab eo carnis tempus *expectatum est.* Quod autem infirmitates nostras ad salutem generis humani ex voluntate paterna susceperit, per subjecta declarat.

3. „Quo-

3. „*Quoniam propter te sustinui opprobrium*, Christi opprobria perpessa.
„crucis scilicet, & *reverentia* seu pudore *oper-*
„*tus* est. *Extraneus fratribus*, & *hospes filiis ma-*
„*tris meæ* sibi secundum carnem consanguineis,
„dum vendentibus columbas cur domum Pa-
„tris sui domum fecerint negotiationis expro-
„brat, *zelus enim domus Dei comedit* seu perva-
„sit *eum*, ob quod *opprobria exprobrantium ce-*
„*ciderunt in eum*, scilicet quod dæmonium ha-
„beret. Item *dum jejunio operuit animam suam*
„*factum est illi in opprobrium*, satana eum ten-
„tante ad adorationem, & dum *posuit vesti-*
„*mentum suum saccum*, seu flebat Lazarum *fa-*
„*ctus est in parabolam*, & a plerisque hodie in-
„firmus arguitur. In ebriis autem *psallentibus*
„& *his qui in porta sedebant detrahentibus* omnium
„etiam infimorum in eum contumeliæ per hanc
„consvetudinem vulgi docentur. Sed inter
„has obtrectationes nostræ salutis sacramenta
„peragebat, sequitur enim *Ego vero orationem*
„*meam ad te Domine* direxi, quia *beneplacitum*
„*Deo tempus est*, quo unigenitus Deus in san-
„guine corporis sui reconciliaturus omnia in
„cœlis & in terra Deo esset, & ideo post bene-
„placiti temporis significationem omnis tribu-
„endæ *veræ salutis* oratio est, ut ea ipsa salutis
„veritas intelligeretur, quæ ex resurrectione
„speratur. Dehinc qui infixus est in limo pro-
„fundi, *ut luto non inhæreat* rogat, ne videat
„corruptionem, ne *demergat cum tempestas aquæ*
„sed natura licet per corpus mersa, non ta-
„men sit detinenda per spiritum: & ideo nunc
„*ne absorbeatur profundo*, neve *super se puteus*
„*os suum claudat*, precatur: in puteo enim in-

„fernæ mortis sedes significatur, impossibile „enim est Deum vitæ portis inferni detineri: „unde nequid ei ex mortis acerbitate adhære„ret, subjecit:

Christus patiens.

4. „*Exaudi me Domine, quoniam suavis est „misericordia tua*, hoc enim in multitudine mi„sericordiæ beneplacitum est tempus, cum in „se universorum hominum vitam Deus mise„rans esset largiturus ex mortuis: ubi tamen „susceptæ infirmitatis nostræ sollicitudinem „non relaxat dicens: *Ne avertas faciem tuam „a puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi „me &c.* Et hæc quidem ut homo precatur, „sed cum eripi se propter inimicos rogat, con„suetudinem & humanæ spei & mortis exce„dit, quia inimici hi triumphandi in se ex mor„tuis resurgente mox essent. Denique nihil se „sua causa agere ac pati in consequentibus do„cet dicens: *Tu enim scis improperium & con„fusionem & verecundiam meam &c.* Et quia „propter *inimicos* suos hæc perpetienda sibi fue„rant, per quæ humanæ saluti consulebat, hu„jus beneplaciti temporis testatur affectum di„cens: *Improperium expectavit cor meum & mi„seriam*, pati ad profectum nostræ salutis ex„pectans. Sed & alterius quoque expectatio„nis desiderio detentus est, sequitur enim: *& „sustinui commœrentem, & non fuit, & consolan„tem, & non inveni*, commærentis non sola„tium sed fidem quærit, ut siquis veniens ex „lege, & harum passionum intelligens pro„phetiam secum tamquam in consummatione „legis adsisteret, nam ad consummationem „hu-

„humanarum passionum propheticorumque di„ctorum qui gestorum futurus finis erat, idem „est & querelarum; id enim sequitur: *Et de„derunt in escam meam fel, & in siti mea potave„runt me aceto.* Hæc ergo ut scripta sunt, im„pleta leguntur *Joann.* 19. Jam vero, quia „intra consummationem oblati fellis & potan„di aceti consummanda quoque erat passionis „totius prophetia, ad ea, quæ postea impie„tatem tanti facinoris consecuta sunt, sermo „se retulit dicens.

5. „*Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum* „*&c.* esse mensam scientiæ ex his dictis intel„ligitur: hæc itaque doctrinæ mensa, vel hic „vitalis cibi sermo & *laqueus* & *captio*, & *re„tributio* & *scandalum est*, cum a nobis Deus „Jacob esse, qui ab his sit crucifixus, ostendi„tur. Hæc enim est retributio tantæ impieta„tis, ut quod nobis est Dei virtus, his scan„dalum sit: nam cum illaqueati sint scriptis, „tamen intelligentiæ carent sensu, & ideo *ob„scurati sunt oculis, ne videant* vel intelligant, „indigni videlicet, qui intelligentiæ lumen ac„ciperent, & ideo evangelicæ libertatis sci„entiam non adepti, perpetuo adhuc legis „onere deprimuntur, id enim *in incurvando* „*dorso* significatur, sed hanc obcæcati cordis „inscitiam alia etiam debitæ ultionis pœna „consequitur: *Effunde super eos iram tuam, &* „*furor iræ tuæ comprehendat eos*, quod etiam „factum est, nam eversa mox civitate deleti „sunt, gloriosissimo illo templi cultu ornatu„que detracto, & ideo *habitatione deserta in ta-*

Pœna Judæorum crucifigentium Christum.

„*ber-*

„*bernaculis eorum nullus habitabit*: & *quoniam* „*quem tu percussisti* propter peccata nostra in se „suscepta *persecuti sunt*, & *super dolorem vulnerum* dolorem persecutionis *addiderunt*, cum „postea nominis sui odium susceperint, & Apo„stolos injuriis vexaverint, *apponetur super ini*„*quitatem iniquitas*, cujus pœna est, *ne intrent* „*in justitiam Dei*, id est, ne comparticipes „Christo fiant; qui nobis justitia & redemptio „factus est: exclusi vero a justitiæ ingressu ne„cesse est *a libro viventium deleantur*, & *cum* „*justis non scribantur*, quorum nomina scripta „sunt in cœlis, quibus Christus justitia factus „est, in quo quia tam natura hominis quam „natura Dei confitenda est, sequitur:

6. „*Pauper & dolens sum ego*, & *salus vul*„*tus tui Deus suscepit me*, hunc igitur paupe„rem, id est assumptum hominem unigenitus „Deus, qui imago invisibilis Dei est, in æter„nitatis suæ vita, quæ in Deo salus esse intel„ligitur, collocavit, cui omnis lingua confite„bitur, quia in gloria Dei Patris est, in quo „finis legis est, & sacrificium laudis, ita ut „hostiarum sanguine ex oblatione cessante sa„crificium gratiæ laudisque prælatum sit, un„de sequitur: *Laudabo nomen tuum cum cantico*, „& *magnificabo eum in laude*, & *placebit Deo* „*super virtulum novellum cornua producentem* & „*ungulas*, qualis ante in lege pro peccato of„ferebatur. Quare *videant pauperes*, spiritu, & „*lætentur*: & *quærite Deum* ad vitam & *vivet* „*anima vestra*, *quoniam exaudivit pauperem Do*„*minus* seipsum depauperando, & *vinctos suos*

„a pec-

„a peccato & diabolo *non despexit.* Unde laudent „eum cœli & terra &c. *quoniam Deus salvificavit Sion*, illam scilicet Sion, in qua æternitatis nostræ gloriam speculamur, & in qua „ædificatarum ecclesiarum civitates manebunt. „In hac ergo Sion, quæ illam etiam in se primitivorum conscriptorum in cœlis complexa „est civitatem *habitatio* nostra perficitur, qui „uti & semen Abrahæ, ita & semen Judæ ma„nemus, non enim qui in carne Judæus, sed „qui in spiritu; ac ne sibi Israel impius civita„tes Judææ & gloriam, eoquod secundum „carnem *servorum Dei semen* sit, vindicaret, eo„rum *hæreditatem & habitationem* in Sion esse „demonstrat, *qui nomen Domini diligunt*, ut „pietatis magis sit, non generis electio, quia „præstat omnibus charitas Dei, quæ in Chri„sto est, & Petrum nihil aliud, quam utrum „se amaret interrogat Dominus noster Jesus „Christus Dei filius, qui est benedictus in om„nia sæculorum. Amen.

Psalmus LXIX.

In finem Psalmus David in rememoratione, eoquod salvum me fecit Dominus.

1. „Rememorationis precatio ei competit, qui „se incidere in oblivionem ejus a quo „vel auxilium vel veniam expectat, pertime„scit, & aut sui ad salutem commemoratio„nem fieri desiderat, aut ad eorum pœnam, „qui sibi infesti sunt. In hoc ergo psalmo re„memoratio in impios ultionis est, & retribu- *Argumentum psalmi.*

„tio-

„novis in sanctos. Et quia non illi David, sed „in illum David in finem est, ex persona Domini tractabitur.

Fiducia de auxilio. 2. „*Domine in adjutorium meum intende.* Piæ „confessionis vox est, adjutorium a Deo sperare, sed plus hic sermo significat, nam qui in „adjutorium positus est super potentem *Ps.* 58. „nunc orat, ut in adjutorium, in quod positus est intendatur. Sed mox pœnam in eos, „qui sibi adversantur, expostulat dicens: *Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam „meam &c.* pudor & confusio ex dedecore est, „aversio ex repulsa. Confundentur igitur ejus „animam quærendo, quem cum peremerint, „scient eum vivere, quia Deus vitæ & resurrectionis est Dominus: dehinc *avertentur*, ne „occurrant cum sanctis obviam Christo in nubibus raptis: postremo *aversi retrorsum* resurgentes in ultionis judicio, in infima terræ revertentur erubescentes, qui per irrisionem „dixerunt: *Euge euge:* salvos fecit alios, se „ipsum salvum facere non potest. *Marc.* 15. „Sed post de impiis precationem pro sanctorum quoque fuit spebus orandum, sequitur „enim:

Justorum spes. 3. „*Exultent & lætentur in te omnes, qui „quærunt te*, quia resurgent in lætitiam, & *qui „diligunt salutare Dei, dicent, semper magnificetur Dominus*, scilicet per beneficiorum suorum incrementa nobiscum, nam quotiescunque *magnificetur* dicimus, toties aut optandi „nobis a Deo muneris vota sunt, aut sumpti

„per-

„perceptique confessio: *nam ego egenus & pau-*
„*per sum*, vox ejus est, qui ut ditesceremus,
„pauperem se præstitit. In forma enim servi
„obediens usque ad crucis mortem factus est.
„Citum quoque auxilium, ut liberetur, orat,
„qui & ipsas passionis moras non ferens pro-
„ditori dixit, fac quod facis cito, dum libe-
„rari in se susceptæ carnis infirmitatem non
„*tardatæ* resurrectionis virtute festinat.

Psalmus CXVIII.

Aleph.

1. „In hoc psalmo cum cognitio veritatis ad „eruditionem humanæ ignorantiæ esset „edenda, per ipsa litterarum initia doctrinæ „ordo distributus est: secundum enim Hebræo-„rum litteras in singulis octonis versibus sin-„gulæ litteræ præferuntur, est autem omnis „numerus versuum in 178 versibus, nam cum „ex 22 litteris omnis Hebræus sermo conve-„niat, & octonos versus singulæ litteræ ex-„plicent, numerus iste versuum octonis parti-„bus multiplicatus expletur. Primæ igitur „litteræ hi versus sunt. *Argumentum.*

2. „*Beati immaculati in via, qui ambulant* „*in lege Domini &*. Prima hæc beatitudo est, „beatos esse, qui immaculati in via sint, in „qua in lege Domini ambulatur. Sed via hæc „non solum ineunda est, sed etiam peragenda, „& quæ hæc via sit, Dominus docet dicens: „ego sum via *Joan.* 14. quisquis igitur in præ-„cep- *Beatitudo vera in lege Dei servata.*

„ceptis ejus inftiterit, hic beatus eft. Adjectio „autem ea, qua dictum eft: *in lege Domini*, „notat, quia & lex peccati eft, contramilitans „legi mentis. Porro aliud eft lex, aliud præ„ceptum, aliud judicium, aliud juftificatio, „aliud teftimonium. Lex eft umbra futuro„rum *Col.* 2. Mandatum Domini eft, in quo „obfervatio præceptorum continetur. Tefti„monia autem funt teftes, quibus lex vel „mandata confirmantur, fic totus legis liber „fub teftimoniis datus eft, cælum namque & „terram Moyfes in teftes advocavit. Beati „igitur *qui fcrutantur teftimonia Dei*, non ne„gligentes, fed *qui ex toto corde exquirunt eum*, „ut quia funt & alia, quæ Dei non funt, ea „quæ difcimus effe Dei non avocato in alia „negotia corde hæc fcrutemur. Succedit dein„de hic verfus.

Multæ viæ ad Deum.

3. „*Non enim qui operantur iniquitatem, in* „*viis ejus ambulaverunt.* Ex hoc intelligitur „per multas vias ad unum perveniri. Viæ „plures funt plura Dei mandata, & plures „prophetæ, fed in his operarii iniquitatis non „ambulaverunt, nam fi in lege manfiffent, „usque ad optimam illam novi teftamenti „viam pervenirent. Eft via per Moyfen, eft „via per Jefum, eft per David, eft per Apo„ftolos, & per has omnes ad eum neceffe eft „pervenire, qui dixit: Ego fum via. Dehinc „fequitur: *Tu mandafti mandata tua cuftodiri* „*nimis*, nihil igitur incuriofo animo agendum „eft, fed follicitos curam mandatorum Dei „exequi nos oportet, ut id quod agimus, in „pro-

„profectum fidei nostræ exequamur. Cæte„rum remissa voluntate, & occupata in res „alias cogitatione si aliquid egerimus, devo„tionis meritum per negligentiam non conse„quemur.

4. „*Utinam dirigantur viæ meæ ad custodien„das justificationes tuas.* Justificationes sunt „plures & diversæ in observandis singulis offi„ciorum generibus temperandæ. Est nobis „justificatio circa servum, circa filium, pa„trem, fratres, fideles, viros, principes Ec„clesiæ, angelos & circa Deum ac Dominum „Unigenitum Dei Verbum. In singulis ergo „justificationis ratio observanda est, alias ju„stificationem Dei non tenebimus: Religiosus „in Patrem, si oderit filium, modum justifica„tionis amisit: Religiosus in Dominum, si „oderit sacerdotem, quam justificationis obser„vantiam in religione Dei explebit odia in ipsa „ministeria divinæ justificationis exercens? Jam „vero in ipsam Dei Patris & Domini intelli„gentiam, per quam maxime justificatio nobis „erit probata, quanta opus est nobis gratia, „ut recte sapiamus, & universas Dei justifica„tiones pari operum ac doctrinæ observantia „dirigamus: Quod cum consequemur, tunc „dicere licebit.

Justificationes quid.

5. *Tunc non confundar, cum respicio in om„nia mandata tua*, si enim par fuerit in omnia „mandata custodia, confidenter omnium man„datorum observatione gaudebimus, dicendo: „*confitebor tibi in directione cordis*, cujus directæ

Observantia mandatorum gloriosa

„confessionis in nullam aliam partem deflexæ „hæc causa est: *in eo quod didici judicia justitiæ* „*tuæ*. Sed justitiæ cognitæ hic fructus est, ut ju„stificationes Dei retineantur, & ideo subjecit: „*justificationes tuas custodiam* pro quo præstando „Deus orandus est, & ne nos in tentatione ad „probandam fidem nostram a Deo permissa „penitus derelinquat, deprecandus: *non me* „*derelinquas usquequaque nimis*, scilicet usque „ad animæ & fidei periculum.

Beth.

In juventute bonis se assuefaciendum.

1. „*In quo corrigit junior viam suam?* ita in„terrogat propheta, & respondet: *in* „*custodiendo sermones tuos*, omni quidem ætati „optabile est ex vitiis ad innocentiæ studium „transferri: sed placiturum Deo virum pro„pheta conformans non expectat post longam „criminum consuetudinem præceptis timoris „Dei institui, sed ætatem adhuc criminum ne„sciam vult non modo studiis innocentiæ, sed „ipsa adolescentiæ consuetudine imbui. Mag„num in se consuetudo habet vinculum, & „idcirco optimus ille cultor fuerit quem ipsa „præstiterit vitiorum ignoratio innocentem. „Redit jam ad personam suam propheta di„cens:

Deo non negligenter serviendum.

2. „*In toto corde meo exquisivi te, ne repellas* „*me a mandatis tuis*. Propheta non negligen„ter opera Dei egit, eum toto corde perqui„rens, adeoque confidenter petit, ne a man„datis Dei repellatur, is enim a mandatis re„pel-

„pellitur, qui per multam incuriam fuerit in-
„dignus admitti, & extra inhibentis invidiam
„est, quod de culpa proficiscitur non meren-
„tis. Pergit propheta: *In corde meo abscondi*
„*eloquia tua, ut non peccem tibi.* Ex hoc intel-
„ligimus quædam nos cordis nostri secreta
„continere debere, scilicet sacramenta abscon-
„sa sapientiæ, & occulta Dei mysteria, quæ
„divulgata inexpiabilis peccati culpam com-
„parabunt, Unde jam deprecatur, ut justifi-
„cationes suas sibi ostendat dicens: *Benedi-*
„*ctus es Domine, doce me justificationes tuas.*
„Præcipuus labor est, justificationum Dei sci-
„entiam consequi, atque ob id, ut doceatur
„orat, quia divinæ bonitatis munus est, animi
„humani imperitiam ad congruam unicuique
„generi officiorum observantiam temperare.
„Succedit deinde de judiciis Dei sermo quo
„dicit: *In labiis meis pronuntiavi omnia judicia*
„*oris tui*, non dicit, omnia judicia, sed om-
„nia judicia oris tui, sciens, nonnullam
„esse differentiam judiciorum Dei, & judicio-
„rum oris Dei. Ea ergo quæ cognita per
„prophetas vel ex Dei verbis esse potuerunt,
„ea propheta non tacuit, quæ idcirco præ-
„dicata sunt, ut docerentur. Post hæc se-
„quitur.

3. „*In via testimoniorum tuorum delectatus* *Mandat*
„*sum sicut in omnibus divitiis.* Propheta Do- *servand*
„mini doctrinarum fruge perfectus est, & le-
„gis ac prophetarum institutionum facultati-
„bus dives est, & anterior licet tempore, non
„tamen Evangelicorum & apostolicorum præ-

„ceptorum ignarus eſt. Delectatus autem in „viis teſtimoniorum Dei opus delectationis „ſuæ agere debebat, unde ait: *in mandatis „tuis exercebor, & conſiderabo vias tuas.* Exer„citatione opus eſt, ut uſus rerum neceſſaria„rum retineatur: Sed retentus etiam hic ordo „rationis eſt, nam prius exercendus eſt in „mandatis Dei, deinde viæ ejus conſideran„dæ; agendum a nobis antea fideliter eſt, ut „ſcientiam conſequamur: vias autem legem, „Prophetas & omnia Evangelia & Apoſto„los eſſe exiſtimamus, quos in mandatis Dei „ſe exercens propheta conſideravit, ut nove„rit, & concluſit: *In juſtificationibus tuis me„ditabor, non obliviſcar ſermonum tuorum.* Man„datorum ea ratio eſt, ut nos ad obſervan„tiam, & opus innocentiæ inſtituant; juſtifi„cationes vero ingentem in ſe habent futuræ „ſpei meditationem per negotii præſentis affe„ctum, & ideo in his meditatur, ut in man„datis exerceatur, quia exercitatio uſum reti„net conſuetudinis inſtitutæ, meditatio autem „ſe ad id, quod nondum obtinuit extendit, „ut per meditationem id quod expetit, con„ſequatur, ne ſermonum & promiſſionum ſu„brepat oblivio.

Gimel.

Meritum vitæ æternæ.

1. „*Retribue ſervo tuo & vivam:* quibus non „eſt conſtans emundati cordis con„ſcientia, precari ita non poſſunt, ſi enim „digna ſecundum opera noſtra retributio erit, „peccatorum noſtrorum pœnas merebimur:

„pro-

„propheta autem sancto spiritu plenus bene „ita orat, & excludit a se omnem jactantiæ „opinionem, dum Dei se servum confitetur, „& ait, *vivam & custodiam sermones tuos*, hanc „ergo retributionem petit, ut vivat, scilicet „in regione futura viventium: ubi morte de„victa sermones & mandata Dei vere sine omni „imperfectione custodiet. Hoc idem in se„quentibus precatur dicens: *Revela oculos* „*meos, & considerabo mirabilia de lege tua:* le„gis mirabilia quæ velatis oculis adumbran„tur propheta orat, ut cernat, scilicet, ut ca„duco corpore absolutus, hæc quæ per corpo„ralem observantiam legis magna & mirabi„lia in cælis præfigurantur, aspiciat. Pergit „in suo affectu: *Accola ego sum in terra, ne* „*abscondas a me mandata tua*, revelari sibi cæ„lestium mandatorum Sacramenta orat, quia „scit se in terræ hujus corpore esse peregri„num: unde ait.

2. „*Concupivit anima mea, ut desiderem justi-* „*tiam tuam in omni tempore*: concupiscit deside- *Superbia vitanda.* „re, scilicet, ut in tanta innocentia maneat, ut „tuto jam, & sine metuendi judicii terrore de„sideret rem ipsam seu justitiam, nondum per „conscientiam humanæ conditionis desiderans, „sed ejus desiderium ex conscientia perfectæ „innocentiæ, si obveniat, concupiscens: scit „vero assiduam hujus desiderii concupiscentiam „esse oportere, ideo adjecit: in omni tempo„re. Deinde sequitur: *Increpasti superbos*, „*maledicti, qui declinant a mandatis tuis.* Nul„la magis provocandæ in nos iræ Dei, quam

„superbiæ causa est, quia plures superbia, qua „humana contemnunt, etiam Deo obsequi „spernunt: unde licet sint præclara cætera fi„dei opera tamen subrepente superbia eorum „memoria abolebitur: & idcirco maledicti, „qui declinant a mandatis tuis, id est, qui „per vitiorum præsentium desideria a spe æter„norum mandatorum decidunt. Vel leviter „ergo declinantem a mandatis Dei maledi„ctionis sententia comprehendit, ut intellige„remus, quanti periculi res esset, ea omnia „ignorare nos, a quibus declinare maledictum „est. Igitur oremus: *Aufer a me opprobrium „& contemptum, quia testimonia tua exquisivi.* „Peccata opprobrio sunt digna, & idcirco „peccatores exurgent in opprobrium æternum. „Quare secundum prophetæ exemplum aufer„ri a nobis opprobrium & contemptum hac „spe nos deprecari oportet, ut addamus id, „quod sequitur: quia testimonia tua exquisivi, „non solum in rebus secundis, sed multis ad„versus se residentibus dicens: *etenim sede„runt principes, & adversus me detrahebant*, scit „enim propheta omnem fidem mundi hujus de„esse principibus, scit & Apostolos cunctis fu„turos propter nomen Christi odiosos, sicut „& Prophetas, quos principes persequebantur, „ut doctrina prophetiæ inhiberetur, & vitæ „æternæ via obseperetur. Sed hos princi„cipum consessus, & hæc obtrectationis elo„quia sprevit fides constans, sequitur enim: „*servus autem tuus exercebatur in justificationibus „tuis.* Obstrepentibus illis videlicet, & totis „pœnarum armis inhibentibus in exercitatio„nibus

„nibus justificationum Dei Spiritus perseverat:
„& *consilia mea*, ait, *justificationes tuæ*: omnem
„scilicet vitæ curam, omnes consiliorum mo-
„tus inventos esse in justificationibus Dei con-
„fitens, in Christo Jesu, cui gloria & honor
„in sæcula sæculorum. Amen.

Daleth.

1. „*Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me* *Anima*
„*secundum verbum tuum*. Potest istud *Deo ad-*
„de assiduitate orationis intelligi, tamquam *hærere*
„ex peccatorum confessione in terram prophe- *quærit.*
„ta prostratus adhæserit pavimento: vel ad-
„monemus intelligere, eum esse de animæ &
„corporis societate conquestum, ut, vel quia
„in terra commoramur, vel quia ex terra con-
„formati sumus, anima, quæ alterius origi-
„nis est, & terræ corporis adhæsisse creditur;
„maximum certamen suscipiat, ut se imma-
„nens in eo tamquam peregrina ejus incolatu
„utatur, adhærere enim Deo magis quam cor-
„pori concupiscit: Et quia meminit, ex con-
„sortio ejus nonnullam se labem contraxisse
„peccati, orat ut per verbum Dei in viam vi-
„tæ cœlestis animetur. Dehinc sequitur: *Vias* *Confessio.*
„*meas pronuntiavi & exaudisti me, doce me justi-*
„*ficationes tuas*. Pronuntiatio hæc non lauda-
„tio, sed peccatorum pœnitens professio est;
„& propheta peccata sua ante confessus est, ut
„doctrinæ justificationum Dei capax esset, quia
„confitendum ante de peccatis est, & deinde
„discendum: doceri autem in lege propheta
„postulat, non quæ corporali ministerio tunc

„gerebantur, sed quæ per speciem futuri Sa„cramenta erant complexa, unde orat, *viam „justificationum tuarum fac ut intelligam*, non „ipsas justificationes, sed viam, quæ est eo„rum, quorum in his præformatur in lege ex„emplum, ut *in mirabilibus* legis mysteriis *ex„erceatur*.

[Vi]a Dei [pr]æ tædio [p]ercur[re]nda. 2. „*Dormitavit anima mea præ tædio*. Pro„pheta etsi præ tædio mortalis habitaculi viam „justificationum nondum intelligens dormitet „non tamen dormit, & ne obdormiat, subje„cit: *confirma me in verbis tuis*, id est, per in„telligentiam omnium justificationum tuarum: „& ut sine omni dormitatione pervigilet, ait: „*Viam iniquitatis amove a me*, & *in lege tua mi„serere mei*: petit omnia corporalium volupta„tum desideria a se auferri, & nec tentatio„nem aliquam concupiscentiæ aut ignorantiæ, „qua tamquam per viam ad peccatum itur, „ingruere, & ut Deus sibi ex lege misereatur, „id est, ut in viis Dei in lege monstratis am„bulans in beatitudine collocetur; unde sequi„tur: *viam veritatis dilexi, judicia tua non sum „oblitus*: viam multi diligunt, uti voluptatum, „falsæ doctrinæ, sed non veritatis, quæ Chri„stus est, quam propheta sequi petit, quia „ait: *adhæsi testimoniis tuis*, quibus venia pec„catorum promittitur, unde *non confundar*: „maxime quia *viam mandatorum tuorum cucur„ri, cum dilatasti cor meum*. Viam Domini li„cet angustam & tribulatam propheta libere „currit, posteaquam dilatato corde esse cœ„pit, quod per fidem capax doctrinæ Dei pan„di-

„ditur; non enim antea potuit viam Dei cur„rere, quam ipse illa digna & ampla Deo ef„ficeretur habitatio.

He.

1. „*Legem statue mihi Domine viam justificatio„num tuarum, & exquiram eam semper.* „Lex erat justificationum per Moysen scripta, „& hanc propheta operibus exercebat. Non „ergo statui sibi orat, quæ jam statuta erat, „& ab eo religiose agebatur. Quid ergo op„tat inquirere? finem scilicet legis, qui Chri„stus est, & quidem semper exquirere. Unde „sequitur: *da mihi intellectum, & scrutabor le„gem tuam, & servabo eam in toto corde meo.* „Sciens primam partem esse prudentiæ, ut „quis quod non intelligit, interroget, intel„lectum ut accipiat, rogat. Sciens vero ad„epto spiritu intelligendi studio opus esse scru„tandi, ait: *& scrutabor legem tuam.* Scruta„tionis autem fructum in repertæ rei custodia „esse cognoscens, dixit: & servabo eam: „intelligens vero perfectam custodiæ diligen„tiam in toto cordis esse officio, consummavit „in toto corde suo.

Legis observatio & intelligentia a Deo petenda.

2. „*Deduc me in semitam mandatorum tuo„rum, quia ipsam volui.* Mandatorum idcirco „semita est, græce τρίβω trita, quia in man„datis Dei jam a sæculi institutione perrectum, „in qua sancti veteris legis patres cucurrerunt. „Et nunc in hanc orat se propheta deduci, scit „enim imbecillem sibi esse naturam, neque se

Semita mandatorum currenda.

„posse

„posse hanc semitam sine duce aggredi. Dux „autem hic Christus est, qui deducit, cum „prior omnem Evangelicarum passionum semi„tam trivit. Sed dux est diligentibus legem. „Sequitur nunc: *Inclina cor meum in testimonia „tua, & non in utilitatem*, cum in Dei testimo„nia inclinari cor suum & non in utilitatem „propheta orat, inclinatum in Dei testimo„nia cor ab his sine dubio refert, quæ huma„no judicio existimantur utilia: & quidem „intelligentiæ nostræ sensum versus qui con„sequitur confirmat, ait enim: *averte oculos „meos ne videant vanitatem, & in via tua vivifi„ca me:* vanitatem docet, quæ ab hominibus „existimantur utilia, aurum, gemmas, spe„ctacula & reliqua, a quibus averti oculos & „corporis & animæ deprecatur, qui erigendi „sunt, ut illis Christi potius gloria, quam mun„di hujus inania & vana cernantur: in vitam „enim Dei referentes oculos a vanitate vi„vemus.

Timor Dei initium sapientiæ.

3. „*Statue servo tuo eloquium tuum in timore „tuo:* novit Propheta cœlestis eloquii Scriptu„ras tamquam fabulam negligi: novit initium „sapientiæ Dei esse timorem: novit in illa sep„tiformis spiritus gratia timorem tamquam fir„mamentum numerari: constitui ergo in se „Dei eloquia in timore Dei precatur, quia scit, „ea nobis eloquia futura esse utilia, quæ tam„quam Dei timebuntur. Deinde adjecit: *am„puta opprobrium meum, quod suspicatus sum:* „cum circumcidi a se opprobrium propheta „precatur, peccatum amputari orat, quia pec-

„ca-

„catum sequitur opprobrium in judicio: non „tamen de admisso peccato confessus est, sed „quia id per infirmitatem carnis suæ in se su„spicatur habitare, & quia judicia his jucun„da sunt, in quibus peccati non manet op„probrium, ait: *judicia tua jucunda:* Et de„mum concludit: *Ecce concupivi mandata tua,* „*in æquitate tua vivifica me:* desiderium suum „erga Dei præcepta demonstrat, & ut in æqui„tate Dei vivificetur, orat, sciens proprium „divinæ æquitatis esse munus, ut vivificet „eum, qui mandata Dei desideraverit.

Vau.

1. „*Et veniat super me misericordia tua Domi„ne salutare tuum secundum verbum „tuum:* misericordiam primum deprecatus est, „dehinc salutare, salus enim nostra ex miseri„cordia Dei est; tertio subjecit, secundum ver„bum tuum, ut hanc orandi fiduciam profi„cisci secundum doctrinam legis ostenderet. „Deinde sequitur: *Et respondebo exprobrantibus* „*mihi verbum, quia speravi in verbis tuis,* quid „enim ad hanc prophetæ responsionem expro„brare irreligiosa mens poterit: misericordia „oratur a Deo, salus expectatur a Deo, & „eam spopondisse Deus ostenditur, concluditur „itaque exprobrantium impietas ab his, qui „in Dei verbis sperant. Dehinc sequitur: *Et* „*ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequa„que nimis.* In quo primum majestatem Dei „confitetur, qui semper orandus est, dehinc „se non ex inani sperare subjecit dicens: *quia* „*in*

Misericordiæ opus est salus nostra.

„*in judiciis tuis speravi.* Petit autem verbum „veritatis de ore suo non auferri, ne per neg„ligentiam indignus prædicatione sit, & per „honorem ejus, qui unus tantum sine pecca„to est, ne usquequaque nimis a se auferatur „expostulat.

Libere prædicanda fides.

2. „*Custodiam legem tuam semper in sæculum, „& in sæculum sæculi.* Propheta scit esse æter„nas leges, & illas omnes se in illo sæculo „sæculi custoditurum esse confidit, quia ea, „quæ per umbram sunt constituta in hoc nunc „sæculo, semper observat. *Et ingrediebar in „dilatione, quia mandata tua exquisivi,* quoties „lectioni vacantes, & mandata Dei scrutamur, „in magnam amplitudinem intelligentiæ men„tium nostrarum dilatantur angustiæ, & val„de patulus animi in desideria divina est sen„sus: per peccatorum autem nostrorum con„scientiam coarctatur omnis animi amplitudo, „& difficilia omnia & angusta sunt, cum di„vini verbi habitatione simus indigni. Sed „ambulans in latitudine propheta officio suo „digna præstat, dicens: *Et loquebar de testimo„niis tuis in conspectu regum, & non confundebar.* „Oportet ergo nos Christum coram regibus & „potestatibus prædicare, nec nos terrenarum „potestatum fas est jure terreri, quo minus „omni confusione ejecta publica fide Deum, qui „negantes negaturus est, non negemus. *Et „meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi vehemen„ter.* Non solum loqui in testimoniis Dei con„venit, sed mandata omnia diuturna medita„tione percensere, & legem vehementer dili„ge-

„gere, & fructum operum reddere, quod pro„pheta præstitit dicens: *Et erexi manus meas* „*ad mandata tua quæ dilexi valde*, manus scili„cet misericordiæ operibus insistentes, & fidei „præcepta peragentes: nam sequitur *& exer*„*cebar in justificationibus*: exercitatio vero assi„duitatem operationis ostendit.

Zain.

1. „*Memor esto verbi tui servo tuo, in quo mihi* „*spem dedisti*: id est, ut dignus ha„beatur, in quo Deus verbi sui memor esse „dignetur. Et spes rebus probari debet, ut „si quando incidant tentationes, & minæ sæ„culi, spe æternorum promissorum console„mur: uti propheta fecit dicens: *hæc me con*„*solata est in humilitate mea*, cum contemnor, „injuriis vexor, inter quæ spes a Domino præ„stita me consolatur, *quia vivificor per eloquia* „*Dei*, per quæ Propheta scit in cœlo se glorifi„candum, ideo subjecit: *superbi inique agebant* „*usquequaque*, *a lege autem tua non declinavi*: „inter nimias superborum iniquitates nullo Pro„pheta deflexu a lege Dei declinat memor ju„diciorum Dei, unde pergit: *memoratus sum ju*„*diciorum tuorum a sæculo & exhortatus sum*. In„ter hos mundi turbines ad tolerantiam judi„ciorum Dei memoria excitatur.

Spes in adversis & memoria judicii.

2. „*Defectio animi tenuit me a peccatoribus* „*derelinquentibus legem tuam*. Affectu miseran„tis & dolentis & tamquam membris pro par„te ægrotis iniquorum periculo fatigatur: ma„net

Peccatoribus condolendum

„net autem quantum ad se justificationibus Dei
„semper intentus, & confessionis hymnus ex
„ejus ore non abscedit, sed ait: *cantabiles*
„*mihi erant justificationes tuae in loco incolatus*
„*mei.* In quacunque sede mansisset, intelligit
„se mundi esse peregrinum, Dei tamen justifi-
„cationes semper sibi esse cantabiles, cum
„semper in cœlestium Sacramentorum opere
„versetur, ait enim: *memor fui nocte nominis*
„*tui Domine, & custodivi legem tuam.* Non est
„periculoso nocturnarum vigiliarum otio ani-
„mus relaxandus, sed in orationibus, in con-
„fessionibus peccatorum occupandus est, ut
„cum maxime corporis vitiis opportunitas da-
„tur, tunc praecipue eadem vitia divinae legis
„recordatione frangantur. Sequitur: *Haec,* sci-
„licet memoria nominis Dei: *facta est mihi,* SEM-
„PER IN ME MANENS, *quia justificationes tuas*
„*exquisivi.* Utile igitur est justificationes Dei
„sine temporis intermissione scrutari, quia per
„exquisitionem earum memoriam nos perpe-
„tim continemus in Christo Jesu, cui est glo-
„ria in saecula saeculorum. Amen.

Heth.

Deus portio nostra. 1. „*Portio mea Domine, dixi custodire legem*
„*tuam.* Rarus est, cui ista fiducia est,
„ut portionem suam esse Deum audeat dicere:
„renuntiandum est omnibus rebus saeculi, ut
„nobis Deus portio sit, sicut fuit Apostolis,
„sequitur: *Deprecatus sum faciem tuam in toto*
„*corde meo,* cui est portio Deus, confidenter
„faciem ejus deprecatur, quia quamvis nemo
„vi-

„videat faciem Dei & vivat, tamen Deum om„nes mundo corde visuri sunt, ergo miseri„cordiam hanc a Deo postulat dicens: *misere„re mei secundum eloquium tuum* non vero se„cundum peccatorum conscientiam, sed se„cundum eloquium Dei, quo & peccatoribus „pœnam denuntiat, & in se credentibus vitæ „æternæ beatitudinem pollicetur.

2. „*Cogitavi vias meas, & converti pedes „meos in testimonia tua.* Perspectis omnibus hu„manæ operationis viis, postquam quid sibi „esset utile cogitavit, fidei suæ pedem in te„stimonia divina detorsit, & tunc libere loqui„tur: *Paratus* sum, *& non sum turbatus, ut cu„stodiam mandata tua.* Sit etiam in nobis & „fiducia hæc & vox, ut cum subrepant malæ „cupiditates, cum passiones ingruant, cum „pericula fatigent, cum supplicia crucient, di„cere audeamus, Paratus sum &c. quare au„tem propheta se præparaverit, subjecit di„cens: *funes peccatorum circumplexi sunt me, & „legem tuam non sum oblitus.* Ligat nos dæmon „omni vitiorum genere, ebrietatis consuetu„dine, voluptatum desideriis, infidelitatis „piaculo. Sed inter hos funium laqueos, ut „ab iis exuamur, legis Dei omni tempore re„cordemur, sicut recordatus est propheta di„cens: *media nocte surgebam ad confitendum tibi, „super judicia justificationis tuæ.* Vigilat, ne „cum stultis virginibus a nuptiis excludatur: „non domit, ne vinctus sit; nec habet eum „nocturni temporis somnus, ne ei oblivio offi„cii sui requie mediæ noctis obrepat, surgit „enim

Parati ad voluntatem Dei simus.

„enim ad confitendum Deo super judicia justi-„ficationum ejus, laudans Deum, quod nihil „nisi in judiciorum justificatione decreverit. „Sequitur: *Particeps ego sum omnium timentium* „*te.* Scilicet, cum patientibus compatitur, „cum plorantibus complorat, qui vero per „insolentiam credentem in Christo dedignatur, „exacerbat, inhonorat, non est timentium „Deum particeps, qui non sit in compatiendis „passionibus consors. Quia vera plures sunt „timentes Deum, & tamen inobedientes, ad-„didit: *& custodientium mandata tua:* timor „enim fidei in sola obedientia est, & metus „religionis in obsequela est, sequitur: *Miseri-„cordia tua Domine plena est terra*, quæ conta-„minata, quæ corrupta, quæ irreligiosa est, „cui tamen Deus pœnitendi tempus imparti-„tur, quam bonitatem sperans propheta ait: „*justificationes tuas doce me*, per scientiæ cæ-„lestis magistrum Dominum nostum Jesum „Christum, cui est gloria in sæcula sæculo-„rum. Amen.

Theth.

Disciplina & scientia discenda. 1. „*Bonitatem fecisti cum servo tuo Domine, se-„cundum verbum tuum:* In his quæ ad-„versa existimantur, agit gratiam, uti versus „subjectus docet: *bonitatem, & disciplinam & sci-„entiam doce me, quia mandatis tuis parui:* bonita-„tem vult discere, cui disciplina sit juncta vitia „corrigens, quæ correctio magnum affert in bo-„nitatem profectum. Sed & scientiam vult „doceri, quæ inter præcipua gratiarum spiri-

„tua-

„tualium dona numeratur, & ideo vult doce-
„ri, ut mandatis Dei credat: ostendens, non-
„nisi fideles scientiæ consequi posse doctrinam.
„Manet autem etiam in tertio versu ejusdem
„intelligentiæ sensus, ait enim: *Priusquam hu-*
„*miliarer, ego deliqui, propterea eloquium tuum*
„*ego custodivi.* Prius deliquit, secundo autem
„humiliatus est, & per humilitatis disciplinam
„oportet eum ne delinquat, doceri, & in elo-
„quiis Dei manere, quia jam est delinguens
„humiliatus, & in mandatis Dei, ne ultra
„possit peccare, mansurus.

2. „*Bonus es tu Domine, & in bonitate tua* *Opprobria impiorum patienter toleranda.*
„*doce me justificationes tuas*, quia justificationes
„in lege constitutæ umbram in se cœlestium
„justificationum continent, deinde adjecit:
„*multiplicata est super me iniquitas superborum,*
„*ego autem in toto corde meo scrutabor mandata*
„*tua*: contra opprobria irreligiosorum firmo
„animo fidelique opus est, & in mandatis Dei
„intento & occupato, ne illis multiplicatis
„cedat, nam *coagulatum est sicut lac cor eorum*,
„nam cum iniqui prophetam in secundis re-
„bus contuerentur simplicitatis specie blandi-
„entes tamquam lac fuerunt: at ubi eos ab
„humilitate sancti viri superbia & fastidium te-
„nuit, ex lacte coagulati sunt, & ex blandis
„adulationibus in acescentis saporis amaritu-
„dinem sunt redacti, interim *legem Dei* pro-
„pheta *meditatus est*, dicens: *bonum mihi, quod*
„*humiliasti me*, quia per humiliationem *justifi-*
„*cationes* Dei *discebat.* Unde concludit: *bo-*
„*num mihi lex oris tui, super millia auri & ar-*

„*genti:* os Dei eſt Dominus noſter Jeſus Chri-„ſtus dicens: beati pauperes &c. hanc legem „oris Dei bonum ſibi eſſe propheta confeſſus „eſt ſuper millia auri & argenti. Indefinitus „hic ſermo eſt, cum dicitur millia, quia in-„definite bona eſt lex oris Dei.

Job.

Hominis creationis dignitas. I. „*Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt „me, da mihi intellectum, ut diſcam „mandata tua.* In hoc prophetico dicto ingens „humanæ originis privilegium continetur, non „enim manus Domini pecora fecerunt, & li-„cet manu Domini firmatum ſit cœlum *Iſ.* 45. „homo tamen manibus Dei factus dicitur & fi-„guratus, quia homo cum externam & inter-„nam in ſe naturam diſſonantem aliam ab alia „contineat, & ex duobus generibus in unum „ſit anima rationis particeps conſtitutus, du-„plici eſt inſtitutus exordio, ſcilicet quoad cor-„pus & animam: cujus rei ut plenam intelli-„gentiam conſequatur, orat Propheta, da mi-„hi intellectum, ut diſcam mandata tua, ubi „primum intelligentiam, poſtea ſcientiam de-„precatus eſt. Sequitur: *Qui timent te vide-„bunt me, & lætabuntur, quia in verba tua ſpe-„ravi.* Ad conſpectum viri fidelis timentes „Deum lætantur: utilis ergo eſt præſentia ſan-„cti timentibus Deum, quia profectum aliquem „ex ejus contemplatione conſequuntur, cum „vident ſpem ejus & religionem in Deum, ut-„pote qui ait: *Cognovi Domine, quia æquitas „judicia tua,* in hoc mundo, ex quibus tribu-„la-

„lationes nobis immittit. Cognovit ergo pro„pheta, non sine causa se esse tribulationibus „& passionibus subditum, & per injurias *hu„miliatum*, sed ad expianda peccata humilia„tioni esse subjectum, unde orat:

2. „*Fiat misericordia tua, ut exhortetur me.* „Scit propheta, sibi bonum esse humiliari & „passionibus subdi, & non orat, eas a se au„ferri, sed ut sibi ex misericordia Dei adhor„tatio in tribulatione præstetur, ut divino au„xilio contra eam firmetur, & hanc exhor„tationem scit sibi a Deo promissam, unde sub„jecit: *secundum verbum tuum servo tuo.* Et hoc „quidem quantum ad præsens tempus, futu„ræ autem spei non immemor dicit: *Veniant „mihi miserationes tuæ, & vivam.* Nemo æter„næ vitæ beatitudinem consequi merito suo „poterit, nisi miserationibus Dei, & quia pro„pheta scit, se nondum ea vivere vita, quæ „vita sit, dixit: *vivam*, quia non in usu istius „vitæ vivit, sed in Dei miseratione est victu„rus, quod sperat, *quia lex Dei meditatio mea „est.* Non solum autem pro se, sed etiam il„lis, qui in peccatis, & irreligiositate versan„tur, orat: *Confundantur superbi, quia injuste „iniquitatem fecerunt super me.* Non hæc male„dictionis oratio, neque retributionem illatæ „sibi injuriæ deprecatur, sed orat, ut qui in „se superbi injuste fuerunt, per cognitionem „vitiorum suorum in his quæ gesserint, eru„bescant, & finem peccati ex pudore faciant. „Ipse vero *exercetur in mandatis Dei*, vivendo „juste, religiose prædicando, injurias non re-

Adversa a peccatis retrahunt.

„tribuendo, & tolerando patienter: Quod au-
„tem de confusione tractamus, significat quod
„sequitur: *convertantur mihi, qui timent te, &*
„*qui noverunt testimonia tua.* Vult ergo eos, qui
„Deum timere cœperunt, converti, ut per
„doctrinam suam in vitiis suis & criminibus
„erubescant, & cognitis Dei testimoniis ad
„pietatem convertantur. Conclusit autem di-
„cens: *Fiat cor meum immaculatum in justifica-*
„*tionibus tuis, ut non confundar.* Cor suum im-
„maculatum fieri deprecatur, unde tot vitio-
„rum initia suggeruntur. Immaculatum se
„autem hoc modo scit fieri, si in justificatio-
„nibus Dei maneat: justificationum autem hunc
„fructum esse intelligit, ne in his manens con-
„fundatur: confusio enim ex peccatorum con-
„scientia est: ubi ergo confusio non erit, nec
„peccatum erit, peccatum vero ubi non erit,
„in justificationibus Dei manebitur: justifica-
„tiones autem Dei immaculatum cor esse præ-
„stabunt.

Caph.

Desiderium salutis.

1. „*Defecit in salutare tuum anima mea, & in*
„*verbum tuum spero.* Causa defectio-
„nis est desiderium salutaris, desiderii autem
„hinc origo est, quod in verbis Dei sperat: sa-
„lutaris enim noster Jesus est, qui & deside-
„ratus & natus est. Hanc vero defectionem
„animæ desiderantis sequitur: *defecerunt oculi*
„*mei in eloquium tuum dicentes, quando exhorta-*
„*beris me.* Hi oculi prophetæ non sunt corpo-
„ris oculi, loquuntur enim & expectant, &
„men-

„mentis potius est contuitio ista & loquela non „corporis, dicunt enim, quando exhortaberis „me, scit namque exhortationem hanc sanctos „quiescentes in inferno a Deo eo descendente „eosque liberante expectare, & Deum ex elo-„quiis nuntiatum desiderare. Dehinc sequi-„tur. *Quia factus sum sicut uter in pruina, justi-„ficationes tuas non sum oblitus.* Meminit utrem „pro humanis corporibus nuncupari *Marc.* 2. „per continentiæ autem studium frigent fide-„lium corpora tamquam pruinæ frigore rige-„scentes, & in hoc corporum frigore justifica-„tionum Dei immemores esse non possumus, „cum contra qui per vitiorum ardorem utre „pleno caluerit, earum obliviscatur.

2. „*Quot sunt dies servi tui, quando facies de* „*persequentibus me judicium:* paucorum dierum „cum scit se esse, hoc judicium de persequen-„tibus se fieri desiderat, scilicet, ut consum-„mate sanctus & perfecte Deo placens ope di-„vina conterat intra se diabolum, conterat „adversantes sibi inimicasque virtutes, & fi-„dei suæ animæ subdat nequitias spiritales. „Tentatur enim undique, cum ei per naturam „corporis inest vitiorum materies, cum irre-„ligiosorum vocibus læditur, cum profanas „gentium disputationes perpetitur, ideoque in „consequenti ait: *narraverunt mihi iniqui exer-„citationes, sed non ut lex tua.* Iniqui enim „sunt, qui sæculi studia & hæretica dogmata „prædicant, quos exercitantes propheta non „fert, sciens nihil narrationi legis æquandum: „unde adjecit: *omnia mandata tua veritas, ini-*

Falsa dogmata vitanda.

„*qui perſecuti ſunt me, adjuva me.* Veritas eſt „in præceptis Dei, perſecutio autem juſto intentata iniquitas eſt: iniquitas enim prædicatorem oderit veritatis neceſſe eſt. Graves autem meminit has eſſe perſecutorum moleſtias, ſed quia juſto utiles ſunt, non „putat amovendas; periculoſa namque otioſæ „fidei pax eſt, bellis autem exercitatum virum „non cito doli capient, & glorioſo certamine „opus eſt, ut corona victoriæ deferatur, ob „quod non orat ſibi adimi cauſam certandi, „ſed tribui auxilium vincendi. Meminit autem ſe non in levi eſſe tentationum pugna, „ſequitur enim: *paulo minus conſummaverunt „me in terra, ego autem non dereliqui mandata „tua.* Pene in corporum vitia dejectus eſt pro„pheta, ſed infirmata licet naturæ ſuæ imbe„cillitate in præceptis Dei permanet hoc glo„rioſius, quod pene naturæ ſuæ infirmitas ſit „ſubacta. Concludit ergo. *Secundum miſericor„diam tuam vivifica me, & cuſtodiam teſtimonii „oris tui:* vitam futuri ſæculi concupiſcit, & „teſtimonia oris Dei evangelicis innovata præ„ceptis cuſtoditurum ſe pollicetur in fide Jeſu „Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculo„rum. Amen.

Lamech.

Verbum Dei permanet.

I. „*In æternum Domine permanet verbum tuum „in cœlo:* in cœlo ait, quia ſcit in ter„ris propter falſitatem hominum non manere: „manet ergo in æternum verbum Dei in cœlis „per indefeſſam cœleſtium obedientiam, quo „ex-

„exemplo in sanctis quoque, qui cæleстes secun„dum cælestis imaginem sunt, Dei verbum „manere credendum est, nam *in generatione & „generationem veritas tua*, duas generationes „in duobus populis cognovimus, quorum unus „est legis & Prophetarum, alter est Evangelio„rum & Apostolorum, in solis his duabus gene„rationibus veritas Dei manet: sed quia prior „illa indigna extitit, in qua veritas Dei esset, „hanc eandem Dei veritatem præter eam, quæ „Evangeliis credidit, non habet alia ulla ge„neratio. Sequitur vero: *fundasti terram, & „permanebit*. Propheticus sermo etiam de ter„ra humani corporis videtur locutus, quæ ita „fundata sit, ut in ea tamquam in cælo Ver„bum Dei maneat, vel per terram permanen„tem cælestis terrenorum corporum gloria in„telligitur: quod ex consequenti versu colligi „poterit: ait enim: *ordinatione tua perseverat „dies, quoniam omnia serviunt tibi*, quia dies „lux est, & sanctus quisque mundi hujus lu„men est, hujus luminis dies non ambigue „ordinatione Dei perseverare creditur & per„severaturus, *quia omnia Deo serviunt*, id est, „cum Deo cæperint universa servire.

2. „*Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc „forsitan periissem in humiliatione mea*, non est „ergo meditatio legis cum tribulamur relin„quenda, sed cum vexamur, constans in no„bis debet esse legis meditatio, & dicere cum „propheta debemus: *in sæculum non obliviscar „justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me*. „Ut quamvis fides Evangelica finitis legis

Lex Dei in tribulatione meditanda

„operibus sit prædicanda justificationum ta-
„men legis, quæ sibi vitæ initium sit, im-
„memor non sit, quia legis justificatio Evan-
„gelicæ justificationis fideique poedagoga
„est. Unde ait: *Tuus sum ego, salva me,*
„*quia justificationes tuas exquisivi*, constanter
„propheta, cui soli servit, quod suus sit, con-
„fitetur, & quia suus est, ut salvetur orat;
„suus autem per id est, quia justificationes
„ejus exquirit, aliis quærentibus gloriam
„mundi, agros, domos, pecuniam, ille ju-
„stitias Dei exquirit, & quod Dei sit gloria-
„tur. Est autem in istiusmodi religiosos viros
„ingens odium irreligiosorum, quod versu
„consequenti docet. *Me expectaverunt peccato-*
„*res, ut perderent me, testimonia tua Domine in-*
„*tellexi*, longo prælio contra fidem prophetæ
„dimicatur, sed memor ille mandatorum Dei,
„& testimonia ejus intelligens restitit atque
„permansit: neque aliter spem eorum, qui
„perditionem suam expectabant, elusit, quam
„quod vitæ sibi in testimoniis Dei intellexit
„esse doctrinam: arduum autem est intelligere
„Dei testimonia, & ultra præsentis cognitio-
„nis scientiam intelligentia eorum procedit ad
„æternorum testimoniorum cognitionem, quod
„sequens sermo demonstrat; *omnis consumma-*
„*tionis vidi finem*. Scit propheta consumma-
„tionem esse temporum legis, cum post ple-
„nitudinem temporum Deus in corpore con-
„tuendus sit, item resurrectionis consumma-
„tionem videt, & diem judicii, atque hæc
„ei scire ex amplitudine mandatorum Dei licuit,
„quia se in immensam doctrinam divinus ser-

„imo diffudit: ait enim: *latum mandatum tuum*
„*vehementer*, tum quoad cognitionem, tum
„quod multa sunt, in quibus Dei præceptis
„obtemperetur, & placeatur, alius enim je-
„junio placet, alius eleemosynis, & sic de
„cæteris. Latum igitur mandatum Dei est,
„neque solum latum, sed vehementer latum,
„latitudinis infinitate hac ipsa superlativi ad-
„jectione monstrata.

Mem.

1. „*Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota*
„*die meditatio mea est*, vult prophe-
„ta opus suum dilectionis potius quam terro-
„ris esse, & ex charitate obsequium suum non
„ex metu suscipi; quod amat, facit, & quod
„facit, indeficienter exercet: legem enim quia
„diligit, omni die, & sine intermissione medi-
„tatur. Quare ait: *super inimicos meos pru-*
„*dentem me fecisti mandato tuo; quoniam in sæcu-*
„*lum mihi est*. Inimicus prophetæ Judæus est,
„parricidales manus Unigenito Dei Filio infe-
„rens, & salvatorem generis humani morte
„quantum in ipso condemnans; præ hoc igitur
„& hæreticis in Dei mandato prudentior est.
„Atque ut hos inimicos significare intelligere-
„tur, adjecit: *super omnes docentes me intel-*
„*lexi, quoniam testimonia tua meditatio mea*
„*est* id est, super dictos inimicos docentes, qui
„doctores esse se legis gloriantur, & cum om-
„nia legis testimonia adventum D. N. Jesu
„Christi testentur, super doctores suos pro-
„pheta intelligit, qui Unigenitum Dei Filium

Ex charitate operandum.

„in carne venturum, testimonia ejus meditans, „semper expectat. Et quia interdum discipu„lus prudentior est magistro, tamen hoc ip„sum diligentiæ suæ esse demonstrat, & ait: „*super senes intellexi, quia mandata tua exquisivi.* „Super senes intelligit doctrinæ & intelligen„tiæ suæ officium cum ipsa temporis anti„quitate demonstrans, id est, populi ante „se anterioris significans ætatem, super quem „ille intelligit, quia mandata Dei exquisivit. „Porro fructus hujus intelligentiæ est sequens: „*Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut cu„stodiam verbum tuum* obnitendum est, ut nos„metipsos ab omni mala via prius arceamus, „& deinde siquis nos instinctus ad eam ferre „cœperit, ut nos retrahamus, ut custodiamus „deinceps verbum Dei. Qualis autem custo„dia hæc esse debeat, sequens versus docet.

Dulcedo legis Evangelicæ. 2. „*A judiciis tuis non declinavi, quia tu le„gem posuisti mihi*, hæc est ergo vera custo„dia, nullam in partem a Dei judiciis se infle„ctere, se intentum semper in eo, quo institit, „permanere, non declinat autem, quia legem „sibi Deus statuit, scilicet legem Evangelicam, „cujus lex Moysis pædagoga nobis in Christo „fuit. Atque hujus legis Evangelicæ dulce„dinem in consequentibus propheta testatur, „dicens: *quam dulcia faucibus meis eloquia tua „super mel ori meo*, eloquia Dei in faucibus dul„cia sunt in animam penetrantia, non in „ore more cibi placentia, sed illic dulcia ubi „intelligentiæ sensus est, & ideo eloquia in „faucibus, & mel in ore dulce est, quod etiam „tri-

„triftes cupiditatum febres mitificat, fequitur:
„*a mandatis tuis intellexi, propterea odivi om-*
„*nem viam iniquitatis.* Propheta præcepta
„agens intelligentiam confecutus eft, intelli-
„gens vero omnem viam iniquitatis odivit.
„Diligamus ergo juftitiam, modeftiam, frugali-
„tatem, mifericordiam, & oderimus rixas,
„ebrietates, cum quibus neceffe eft, & dia-
„bolum oderimus, diligentes vero pacem, ju-
„ftitiam, diligemus eum, qui eft pax, juftitia,
„D. N. Jefum Chriftum, qui eft benedictus
„in fæcula fæculorum Amen.

Nun.

1. „*Lucerna pedibus tuis verbum tuum Domine,* *Verbi Dei virtutes.*
„*& lumen femitis meis.* Ad omnem
„animæ noftræ pedem utamur Dei verbo ut
„lucerna, fed lucerna femper ardente femper
„in officium fuum per noftram prudentiam
„præparata. Verbum autem quod pedibus lu-
„cerna eft, ipfum illud & femitis lumen eft,
„fenfim enim & domeftice incedentibus lu-
„cerna opus eft, peregrinum autem & publi-
„cum iter ingredientibus lumen potius necef-
„farium eft, ne latro infidietur, ne ambiguæ
„viæ error occupet. Lucerna autem hæc &
„lumen fequentem effectum præftat: *Juravi*
„*& ftatui, cuftodire judicia juftitiæ tuæ.* Sta-
„tuit jurans, & difficile eft, ftatuta convelli,
„& optimum eft ftatuere jurata. Sed memi-
„nit nihil effe in Dei judiciis injuftum, nos
„vero divini judicii juftitiam, dum fine docu-
„mento fidei latere volumus, improbamus.
„Quid

„Quid autem custoditurum se statuerit juratus „sequitur: *Humiliatus sum usquequaque Domine, „vivifica me secundum verbum tuum.* Propheta „hoc primum opus sumsit, ut humilis fieret, „& quidem usquequaque seu valde consum- „matæ in se humilitatis modestiam docens. „Erant in eo causæ plures superbiendi: hinc „familiæ nobilitas, hinc regis potestas, hinc „sapientiæ fiducia, hinc prophetiæ meritum, „hinc copiæ facultatum; non erexerunt ta- „men in superbiam, neque in aliquem fastigii „tumorem extulerunt: tuto ergo postulat, ut „tamquam nondum vivens æternæ vitæ vitam „secundum verbum Dei mereatur, quia cum „humilitatis modestia intra doctrinam prædi- „cationis Evangelicæ contineretur.

oria eti- i. 2. *Voluntaria oris mei fac beneplacita Do- „mine, & judicia tua doce me.* Non conten- „tus est præscriptis legis contineri, dum per- „sequentes Saulem & Absalon occisos flevit, „quæ voluntaria & non legitima sunt, & his „obtemperare libertatis potius quam necessi- „tatis officium est. Hæc ergo voluntaria, ut „Deo sint placita, orat, & adjecit: & judicia „tua doce me: scit enim legem esse spiritalem, „& illud, quod sub specie præsentium opera- „tionum continetur, nosse festinat. Quia au- „tem voluntaria ejus placentia sunt, ait: *ani- „ma mea in manibus tuis semper, & legem tuam „non sum oblitus.* Totum quod vivit, Deo vi- „vit, omnis ejus sensus & spiritus in Deo est, „nullum tempus admittitur, quo subrepere „possit legis oblivio, in omnibus operibus &

„cogi-

„cogitationibus Deus cogitatur, ait enim *po-„suerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis „tuis non erravi*: diabolus & angeli ejus laqueos „semper extendunt, sed cujus in Dei manibus „anima est, & qui numquam legis Dei imme-„mor est, is undique licet laqueis circumjectis „a praeceptis tamen non aberrabit. Nam ait: „*haereditate acquisivi testimonia tua in saeculum, „quia delectatio cordis mei sunt*: haereditates hu-„manas dedignatur propheta, qui testimonia „Dei haereditavit: gratum ipsi, si Dei fiat ip-„se testis, quia exultatio cordis sui est, si De-„um inter persecutionum bella uti Apostoli & „Martyres testetur. Unde ait: *declinavi cor „meum ad faciendas justificationes tuas in aeter-„num, propter retributionem.* Cor suum in obe-„dientiam Dei inflectit in omni vitae suae tem-„pore: declinat autem propter retributio-„nem, certus ea fidei meritis reservari, & in „his retributionem ejus esse, quae oculus non „vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis „ascenderunt, quae praeparavit Deus his, qui „diligunt eum in Christo Jesu, cui gloria est & „nunc, & semper, & in saecula saeculorum. „Amen.

Samech.

1. „*Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* *Iniqui odiendi.*
„Propheta inimicos suos non odit, sed „iniquos, id est, transgressores legis: sed qui „praeteritores legis odit, non potest non id „amare, quod oderit esse neglectum, & ideo „ait: & legem tuam dilexi. Convenit autem,

„ut

„ut qui legem amat, eos oderit, qui legis „inimici sunt. Dehinc sequitur: *Adjutor & „susceptor meus es tu, & in verbum tuum spero.* „Spirituales nequitias hostes habemus, ad- „versus hos adjutor Deus precandus est, ut „nos in susceptionem suam recipiat: sed non „tam timoris hæc precatio debet esse, quam „meriti, nam in verbo Dei sperat, id est, quæ „in dictis propheticis continentur, scilicet, vel „retributionis fidem in vitam spiritualem, vel „ipsum Domini nostri, qui Dei verbum est, „adventum expectat, spes enim ista meretur „auxilium Dei. Sed propheta multa in se esse „meminit, quæ spei suæ conentur obsistere, & „ideo subjecit: *Declinate a me maligni, & scru- „tabor mandata Dei mei.* Scit propheta plures „malignantes in occulto humani cordis esse, „hos ut a se declinent adversantes fidei suæ „postulat, obsistunt enim innocentiæ studiis, „obsistunt doctrinæ spirituali, quibus per con- „silliorum suorum assiduam familiaritatem se „ingerentibus non vacat animo Dei mandata „scrutari: & quia Dei misericordia opus est, „ut a dominatu malignorum horum liberemur, „propheta orat:

Æterna speranda. 2. „*Suscipe me secundum eloquium tuum & „vivam, & non confundas me ab expectatione mea.* „Sperat propheta æternitatem, sperat regnum „cœlorum, in hac spe, in qua non confundi- „tur, rogat, ut suscipiatur & vivat. Dehinc „sequitur: *Adjuva me, & salvus ero, & medi- „tabor in justificationibus tuis semper*: non orat, „ne malignantes non habeat, quia per passio-

„num

„num patientiam fides probatur, sed ut ad„versus eos adjuvetur, orat, & adjutus sal„vabitur, & in cœlo justificationes Dei in æter„num meditabitur. Sequitur: *sprevisti omnes* „*discedentes a justificationibus tuis, quia iniqua* „*cogitatio eorum:* non dictum est sprevisti om„nes peccatores, alias enim omnes sperneret, „quia sine peccato nemo est, sed discedentes, „id est, apostatas, qui discedentes cum ipsa „pœnitentiæ discessione se damnant, quia vo„luntas eorum iniqua est. Quare *prævarican*„*tes reputavi omnes peccatores terræ, ideo dilexi* „*justitias tuas semper.* Propheta peccatores ter„ræ prævaricatores esse existimat, quia pec„cando naturæ legem transgressi sunt, ob hoc „ipse testimonia Dei diligit, quia cum præva„ricatio sit decedere ex lege naturæ, tamen „jam sine venia sit ex cœlesti lege discessio. „Concludit ergo ita: *confige timore tuo carnes* „*meas, a judiciis enim tuis timui:* configi ex ti„more Dei carnes suas propheta orat, quia „judicia Dei metuit: timet enim æterni judi„cis sententiam, timet non cum Christo con„figi, & commori & consepeliri, novum se „hominem nisi vetere cum vitiis & concupi„scentiis exuto intelligens non futurum.

Ain.

1. „*Feci judicium & justitiam, non tradas me* „*nocentibus me.* Opus merendi ante„fertur, & dehinc meriti præmium postulatur. „fecit enim judicium & justitiam nihil incon„sultum nihil injustum agens, sed primum fa„ciens

Judicium cum justitia faciendum.

„ciens judicium omnia ratione & veritate per-
„tractat: sed facit etiam cum judicio justitiam,
„ut quod justum est judicet, & ne tradatur
„nocentibus orat, illis scilicet, qui in pecca-
„catum impellunt, in gloriam inflant, in iram
„accendunt, in odium exacerbant, qui tamen
„innocentibus nocere non valebunt, unde per-
„git: *Excipe me servum tuum in bonum, non ca-*
„*lumnientur me superbi.* Proficit spes prophe-
„tæ, dum ut in proprietatem servi recipiatur
„orat, ne calumnientur eum superbi, diabo-
„lus & angeli ejus, qui dum peccati incenti-
„va suppeditant, calumniam nobis ante Deum
„peccati intendunt. Sed nunc se extendit in
„celsiorem profectum dicens:

Messiæ adventus. 2. „*Oculi mei defecerunt in salutare tuum, &*
„*in eloquium justitiæ tuæ.* Propheta animæ suæ
„oculos in salutare Dei, Jesum scilicet salva-
„torem nostrum defixit, & ne per corporales
„oculos eum deficere in hac contemplatione
„existimaremus, non solum in Dei salutare de-
„ficiunt, sed etiam in eloquium justitiæ, ubi
„juxta Dei eloquia confitetur, in adventu Chri-
„sti consummanda. Unde subdit: *Fac cum*
„*servo tuo misericordiam tuam, & justificationes*
„*tuas doce me.* Servitus nostra ad hoc, ut in
„servitutis fide maneat, misericordia Dei in-
„diget, & justificationes & futurorum Sacra-
„mentorum præformationes, non humano in-
„genio sed cœlesti magisterio intelliguntur, un-
„de iterum orat, *servus tuus sum ego, da mihi*
„*intellectum, ut sciam testimonia tua.* Proprium
„est Prophetæ, ut se servum Dei profiteatur
„in

„in omui vitæ genere famulatu conditionis „ſuæ fungens: at vero qui ſtupris dormit, la„trociniis vigilat, & ceteris, ſi dicat, ſervus „tuus ſum, profitetur quidem, quod eſt, ſed „quod non eſt, agit. Propheta autem inſuper „infirmitatis ſuæ a Deo intelligentiam poſtu„lat, ut teſtimonia ejus in adventu Chriſti ad„implenda ſciat, quorum tempus non ignorat „dicens: *tempus faciendi Domino, diſſipaverunt* „*legem tuam:* cum lex diſſipata & abjecta a „Judæis eſt, tunc fuit tempus Domino, ea, „quæ continebantur lege faciendi, & tempus „prædicationis Evangelicæ advenit. Sed illis „legem diſſipantibus, propheta aliud opus ha„bet, ſcilicet: *ideo dilexi mandata tua ſuper au*„*rum & topazion.* Mandata Dei propheta ideo „dilexit, quia in his adventum corporationis „Dominicæ intelligit: diligit autem ſuper au„rum & topazion rariſſimum & ſpecioſiſſimum „lapidem in Alabaſtra Thebaidis loco reperi„bilem, vel in Topazo inſula: continet autem „ille cæterarum gemmarum optimarum ſpe„ciem & diverſorum colorum permixtionem: „contempta ergo ſæcularium opum cupiditate „ait: Propter hoc *ad omnia mandata tua diri*„*gebar, omnem viam iniquam odio habui.* Ad „omnia mandata dirigitur, quia ea ſuper ter„rena deſideria diligit, & omnem viam iniqui„tatis odit, ut ſit in eo, qui eſt via Do„mino ſcilicet noſtro, qui eſt benedictus in ſæ„cula ſæculorum. Amen.

Phe.

[illegible] 1. „*Mirabilia testimonia tua, ideo perscrutata „est ea anima mea.* Testimonia Dei, „id est, quae sub testibus scripta sunt, etsi per „observantiam legis humanam infirmitatem ad „cognitionem & famulatum Dei imbuant, ta„men in his plus de futurorum spe atque do„ctrina admirationis continetur, quae quia pro„phetae admirabilia sunt, ideo perscrutatur „ea ex tota animae intentione. Nam ait: *de„claratio sermonum tuorum illuminat, & intelle„ctum dat parvulis.* Declaratio sermonum Dei „maxime necessaria est, sunt enim sub vela„mine opinionis alterius praedicata, sunt se„cundum Apostolum Allegorumena, sunt com„parativis significationibus amphibola, quo„rum declaratio per Evangelia praestatur, ubi „legis occulta prophetica Domino in corpore „manente panduntur, & a prophetis dicta „operibus explentur, quae nos intelligimus „parvuli ad innocentiam per Baptismum re„nati, & evadimus sancti Spiritus capaces, un„de sequitur: *os meum aperui & attraxi spiri„tum, quia mandata tua concupiscam:* de ore „cordis loquitur, quo per fidem patente & per „desiderium ad hauriendum hiante intelligen„tia doctrinae coelestis accipitur.

Poenitentia de peccatis. 2. „*Aspice in me, & miserere mei secundum „judicium diligentium nomen tuum:* orat, ut De„us super se respiciat & misereatur, ut si jeju„nantem videt, si miserantem contuetur, si „pium in omni opere bono conspicit, tunc se„cundum judicium eorum, qui diligunt nomen

„suum

,,suum, ipse quoque miseratione Dei sit dignus. ,,Sequitur: *Gressus meos dirige secundum eloquium ,,tuum, ac ne dominetur mei omnis injustitia:* orat, ,,ut gressus sui dirigantur non secundum sæcu- ,,li vias, non secundum humanam gloriam, vel ,,corporis voluptates, sed secundum eloquia ,,Dei, & ubi insidiæ ad malum sunt, orat ,,ne sibi dominetur omnis injustitia. *Redime ,,me a calumniis hominum, ut custodiam præcepta ,,tua.* Calumnia est, vel cum bono operi faci- ,,noris mali nomen ascribitur, vel cum specie ,,blandiente internæ malitiæ virus occulitur, & ,,difficile est cavere a domesticis calumniis, a ,,quibus si propheta redemptus esset, custodi- ,,turum se præcepta Dei pollicetur, quia do- ,,mesticorum calumniæ impedimentum fre- ,,quenter afferunt. *Faciem tuam illumina super ,,servum tuum, & doce me justificationes tuas:* fa- ,,ciem Domini ad illuminationem suam pro- ,,pheta orat, & conformis effici gloriæ Dei, ,,& doceri justificationes Dei, ut non ex par- ,,te, neque per legis umbram, sed facie ad fa- ,,ciem & spiritali contemplatione cernantur. ,,Exitus *aquarum transierunt oculi mei, quia non ,,custodierunt legem tuam.* Hæc pœnitentiæ ,,vox est, lachrymis orare & ingemiscere: de ,,præterito autem dixit, quia non servave- ,,runt legem tuam; confessio quidem criminis ,,semper in tempore est, finis autem peccati ,,anterioris est temporis, quia vera peccati con- ,,fessio est sine intermissione temporis pœnite- ,,re: peccati vero pœnitentia est, ab eo, quod ,,pœnitendum intellexeris, destitisse.

Zade.

Deus justus. 1. „*Justus es Domine, & rectum judicium tuum.* „Si quando morbi vexabunt vel alia, „semper utamur hac prophetæ voce: cur enim „Dominus in nos injustus sit: bonitatis suæ im„mensitas non sinit hoc de eo existimari, si „quid est quod patimur ex judicio bonitatis „suæ accidit, quia patientiæ nostræ virtutibus „delectatur, quæcunque *mandavit justa & vera* „sunt valde. Verum quia in adversis prona „malorum in Deum querela est, propheta sub„jecit. *Tabescere me fecit zelus tuus, quia obli„ti sunt verborum tuorum inimici mei:* tenet ze„lus Dei Prophetam, videt enim profanam le„gis Dei oblivionem, & idcirco mala agentes „inimici ejus sunt: causam vero affert, cur „eos oderit, quia nimirum verborum Dei sunt „obliti, non enim sunt inania terrena, & le„via, sed *ignitum eloquium tuum valde, & ser„vus tuus dilexit illud.* Verba Dei neque otio„se neque inutiliter constituta sunt, & extra „omnem ambiguitatem superfluæ inanitatis ig„ne quasi purgata. Hæc itaque non solum „agit, sed diligit servus Dei, quia operationi „obedientiæ præstat dilectionis operatio, obe„dientia enim sola plerumque terroris est, di„lectio ex devotæ mentis voluntate profici„scitur.

Vocatio gentium. 2. „*Adolescentior sum ego & contemptus, ju„stificationes tuas non sum oblitus.* Ex persona „quidem sua propheta hæc loquitur, qui ju„nior & contemptus gloriam regis accepit, ve„rum etiam & nostri temporis populo hæc

„com-

„competunt, qui & junior & ante contemp„tus est, erat enim in vitiis sæculi, & igno„rantiæ nocte, sed hic justificationum Dei „non obliviscitur, & reprobato populo senio„re junior in hæreditatem familiæ eligitur „quod ipsum sequenti versu docet: * *Justitiæ „tuæ in æternum & lex tua veritas*, has Dei „justitias scit populus junior æternas, quas „cum Jacobo emit fide, dum eas Esau ven„didit infidelitate, populo enim juniori lex „veritas est, & non amplius umbra: quia „autem scit ob hanc veritatis confessionem „multis se persecutionibus hic junior populus „urgeri, ideo ait: *Tribulatio & angustia in„venerunt me, mandata autem tua meditatio mea „est*, non vi occupante non oblivione tempo„ris obrepente meditationem a nobis manda„torum Dei abesse convenit: nam *æquitas te„stimonia tua in æternum, intellectum da mihi, „& vivifices*, æquitatem testimoniorum Dei „in æternum sperat, & per tribulationes ob„tinere æterna nititur, & sicut nunc in præ„sens testimonia Dei & mandata meditatur, ita „expectat æterna, & sicut vivit corporis vita, „ita per intellectum, quem a Deo acceperit, „ut æterna gloria vivat, expostulat.

Caph.

1. „*Clamavi in toto corde meo, exaudi me Do„mine, justificationes tuas requiram.* *Quid a Deo petendum.*
„Scit propheta clamorem potius cordis opor„tere esse, non vocis & idcirco de corde cla„mat; non hic elatæ vocis sonus est, sed cla-

 „mor

„mor fidei, clamor mentis usque ad thronum „Dei efferendus, ille enim ad Deum toto cor- „de clamat, qui magna postulat, qui cæle- „stia precatur, qui æterna sperat, qui inno- „centis timoris vivit officiis. Quia igitur Pro- „pheta ex toto corde clamat, ut audiatur orat, „& auditus hæc postulat, ut justificationes „Dei exquirat occultas & umbra legis obdu- „ctas. Mox vero etiam clamat: *salvum me* „*fac, & custodiam mandata tua*, merenda fuit „auditio, adhibenda inquisitio, & salus po- „stea speranda, cujus salutis stipendium docet, „dicens: & custodiam mandata tua: addidit „autem & meritum obtinendæ salutis, dicens: „*præveni in maturitate & clamavi, in verba tua* „*semper speravi*, non expectavit infirmam a „vitiis senectutem, sed maturitatem omnem „fide & religione prævenit, in Dei verba spe- „rando. Quin etiam adjecit: *Et prævenerunt* „*oculi mei diluculo, ut meditarer eloquia tua*, „ipsos enim dies meditationibus prævenit, „vigilans diluculo, nunc prophetarum dictis „occupatus, nunc psalmorum hymnis inten- „tus, nunc patriarcharum & sanctorum ge- „stis negotiosus.

Præsentia Dei. 2. „*Vocem meam exaudi secundum misericor-* „*diam tuam Domine, secundum judicium tuum* „*vivifica me*, totum propheta de misericordia „Dei expectat. In operibus quidem bonitatis „totius ipse perfectus est, sed satis esse hoc „sibi non putat ad salutem, nisi secundum ju- „dicia Dei misericordiam consequatur. Quia „autem quisquis nunc placere Deo vult, di- „spliceat impiis necesse est, ideo ait: *appro-*

„*pia-*

„*piaverunt perſequentes me iniquitati, a lege au-*
„*tem tua longe facti ſunt.* Ex hoc cognoſci-
„mus, eos, qui proximi injuriæ fidelium
„fiunt, a Dei lege longe abeſſe, quanta
„enim ſit in ſanctis injuriæ acceſſio, tanta ſit
„ex lege Dei deceſſio, ſequitur: *prope es*
„*tu Domine, & omnia mandata tua veritas.*
„Deus ubique eſt modo animæ incorporalis,
„quæ in membris omnibus diffuſa, ſingulis
„quibusque partibus non abeſt. In omnibus
„igitur vitæ noſtræ operibus, circumſpecti
„eſſe debemus, primum ut per innocentiam
„patulis cordibus noſtris lumen ſuum digne-
„tur infundere: deinde ut nos in divinitatis
„ſuæ ſinu agere credamus, neque abeſſe, cum
„divina & humana negligimus, majori contu-
„melia ejus, intra quem agimus peccantes,
„maxime quia mandata ſua veritas eſt, quæ
„hoc majori periculo negliguntur, quo magis
„veritatis præcepta ſunt conſtituta. Quate-
„nus autem id propheta cognovit, ſubdit di-
„cens: *in initiis cognovi de teſtimoniis tuis,*
„*quia in æternum fundaſti ea*, univerſa ætas ab
„inſtitutione mundi doctrinis Dei eſt erudita,
„& in omnium priorum virorum geſtis & vita
„æternorum ſpes continetur, & per eos ad
„doctrinam Evangelicæ prædicationis imbui-
„mur; ædificamur enim ſuper fundamentum
„Prophetarum & Apoſtolorum, in quibus te-
„ſtimonia Dei fundata ſunt in æternum, ubi
„extruitur cæleſtis civitas Hieruſalem, cujus
„fundamenta ſunt vivi lapides in Chriſto vi-
„ventes, reſurgentes, regnantes, qui eſt be-
„nedictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Res.

Humilitatem Deus respicit. 1. „*Vide humilitatem meam & eripe me, quia „legem tuam non sum oblitus.* Non „regni opes, non spiritum prophetiæ non alia „humanæ jactantiæ nomina conspici in se, sed „humilitatem precatur, non enim adversum „infectantes se armis belli resistit, sed eripi „se ob id quod humilis sit deprecatur, me„moriam legis Dei in humilitatis conservatio„ne esse declarans. Reservans vero omnia ju„dicio divino ait: *Judica judicium meum, & „redime me, propter eloquium tuum vivifica me.* „Securæ conscientiæ vox est, judicis sui judi„cium postulare, in qua sui securitate prophe„ta tempus redemptionis expectans redimi se & „propter eloquia Dei vivificari precatur. Sed „hæc eadem eloquia Dei uti piis spebus vi„tam redemptionemque denuntiant, ita impiis „non relinquunt; sequitur namque: *longe est „a peccatoribus salus, quoniam justificationes tuas „non exquisierunt,* non habet veniam ignora„tio voluntatis, quia sub scientiæ facultate „nescire repudiatæ magis, quam non repertæ „scientiæ est reatus; ob id enim longe a pec„catoribus salus, quia non exquisierunt justi„ficationes Dei: quod præcavens Propheta, „totus in illis exquirendis detentus, & divinæ „misericordiæ justificationes in speculo con„templans subjecit: *miserationes tuæ multæ Do„mine valde, secundum judicia tua vivifica me,* „valde multæ sunt miserationes Dei, sed con„fidentem in his, ac se vivificandum in Dei

„judi-

„judiciis sperantem multorum insectationes fa„tigant, sequitur enim.

2. „*Multi, qui persequuntur me, & tribu„lant me, de testimoniis tuis non declinavi*, non „impellitur, non movetur, & cum multi per„sequantur, ne declinat quidem. Sed habet, „quod se gravi dolore perturbet, & usque ad „tabem liquescentis quodammodo animæ dis„solvat, alii a timore Dei descifcunt, & su„sceptam legis fidem, pactionemque corrum„punt, hos habet æstus, cum dicit: *vidi non* „*servantes pactum & tabescebam, quia eloquia* „*tua non custodierunt*. Sed qui dolet super non „servantes pactum, mandatorum in se Dei „non refugit examen dicens: *vide quoniam* „*mandata tua dilexi, Domine, in tua misericor*„*dia vivifica me*, parum prophetæ est, per „metum explere mandata, sed ea magis dili„git, quia extra necessitatem timoris est di„lectionis operatio, & quamquam amor legis „potior quam metus sit, non tamen ita sui „fidens est, ut non magis vivificari se vita „immortali per misericordiam Dei deprecetur, „certus ergo illa se victurum ait: *principium* „*verborum tuorum veritas, in æternum omnia ju*„*dicia justitiæ tuæ*. Verba Dei cælo & terra „transeunte non transseunt, neque de homi„nis creatione alius anterior Dei sermo est, „quam ut secundum imaginem & similitudi„nem fieret. Hæc itaque indemutandæ veri„tatis est, sic in principio verborum Dei ve„ritas est, ut novus homo regeneratus in „Christo vivat deinceps secundum æterni

Persequentibus non cedendum

„Dei id est cœlestis Adæ imaginem jam
„æternus.

Sin.

Persecutionibus saeculi non cedendum.

1. „*Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidavit cor meum*: ita loquitur Propheta sive dedicatus ex lege, sive „etiam in Evangelii gloriam præparatus, qui „neque Saul populoque ejus caussam insectandi se reliquisset, & per multa principum & „gentium odia sciret cœlorum regnum sæculo „nuntiandum, & cum beatæ hujus insectationis præmia non ignoraret post principum odia „formidinem verborum Dei ita consequentibus „temperavit: *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.* Lætatur ergo „nunc in eloquiis Dei tamquam qui multa spolia inveniat, cum fracta impiorum potestate, „& victor fide permanens omnibus eos armis „seu impietatis seu crudelitatis exuerit. Sed „hujus lætitiæ affectus non inest, nisi & in divinæ legis dilectione, & in execratione iniquitatis, unde subjecit: *iniquitatem odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* Sed diligens legem Dei non in his tantum, quæ per obedientiam legis explentur, „intentus est, sed & ad aliud per opus legis „se extendit, scilicet.

Amor proximi exercendus.

2. „*Septies in die laudem dixi tibi super judicia justitiæ tuæ.* Judicia justitiæ in septenario numero sanctificato laudari a propheta „convenit, per quem & in quo earumdem ju-

„stifi-

„stificationum virtus & constitutio continetur.
„Quia autem omne præceptum in dilectione
„proximi concluditur, subdit: *Pax multa dili-*
„gentibus nomen tuum, & non est illis scandalum.
„Pax ergo retinenda est, & non quid unicui-
„que sed quid universitati congruat, expen-
„dendum est, quia secundum Evangelium uti-
„lius est in vitam non venisse, quam scanda-
„lum minimis intulisse. In his itaque pacis
„charitatisque præceptis manens propheta
„Evangelicæ spei desiderio detentus ait: *Ex-*
„pectabam salutare tuum Domine; & mandata
„tua feci: salutaris Jesus est, hoc reddita no-
„bis per eum salus edocet. In eo autem man-
„data Dei se profitetur fecisse, quod salutare
„Domini expectet, declarans omnia legis man-
„data adventu Dei unigeniti contineri: testi-
„monia quoque Dei custodivit, & vehemen-
„ter dilexit, dicens; *custodivit anima mea testi-*
„monia tua, & dilexit vehementer &c. custodivi
„mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ
„in conspectu tuo, ipsas cogitationes noscente,
„& neque conspectu ejus, qui immundo sit
„corde condigno. Fidelis enim in cœlo testis
„hæc dixit D. N. Jesus Christus, qui est be-
„nedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Tau.

I. „ *Appropiet oratio mea in conspectu tuo Do-* *Orationis effectus.*
„mine, secundum eloquium tuum Domi-
„ne da mihi intellectum: quia eloquia Dei pluri-
„mum in se obscuritatis per rerum cœlestium
„Sacramenta complexa sunt, intellectum eo-
„rum

„rum precatur, & postquam proximam fleri „conspectu Dei orationem suam poposcit, se„quens jam per gradus altioris profectus po„stulatio ejus iteratur, cum ait: *Intret postula„tio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum „eripe me.* Appropinquantis orationis ad con„spectum Dei hic fuit ordo, ut cum cæpisset „esse proxima, introiret, & jam eloquio Dei „intellecto eripi se secundum illud precatur, „nam intelligentia adepta salus est obtinenda. „Et quia hæc prophetiæ spiritu proferebat, ad„jecit: *Eructabunt labia mea hymnum*, eum ni„mirum cogitatione motuque percepto pulsa „mens, *justificationes Dei docta* fuerit, cujus „*mandata sunt æquitas*, quia in omnibus sunt „salutaria: quare pergit: *fiat manus tua, ut „salvum me faciat, quoniam mandata tua elegi* „aliis gloriam sæculi eligentibus, aliis terre„nas opes expetentibus sanctus iste mandata „Dei elegit non naturali necessitate, sed vo„luntate pietatis, quia unicuique ad id, quod „vult via est proposita vivendi, & appetendi, „ac agendi permissa libertas, & ob id uniuscu„jusque aut pœna aut præmiis afficietur ele„ctio. Sed mandatorum quis esset fons osten„dit dicens:

Desiderium Messiæ. 2. „*Concupivi salutare tuum Domine, & lex „tua meditatio mea est.* Totum se in salutaris „Jesu adventum extendit: hoc tamen ipsum „quod in lege ait, meditationem futuræ spei „esse, significans, quia non ad præsentium ef„fectum, sed ad futurorum profectum omnis „intelligitur suscipi solere meditatio, cujus præ„mium

„mium ſequitur: *vivet anima mea & laudabit te,*
„*& judicia tua adjuvabunt me:* laudes Deo re-
„ferre feſtinat judiciis Dei abſorpta terrenæ
„corruptionis infirmitate ad æternitatis adju-
„tus profectum. Digno autem omnia Evan-
„gelici Sacramenti fine concluſit, dicens: *Er-*
„*ravi ſicut ovis quæ periit, vivifica ſervum tuum,*
„*quia mandata tua non ſum oblitus.* Referri ſe
„errabundam ac perditam ovem paſtoris ſui
„humeris feſtinat, ut per æternum paſtorem
„in cœlo æterna præmia recipiat, Filius enim
„miſſus eſt ad oves perditas domus Iſrael, Do-
„minus Jeſus Chriſtus, qui eſt benedictus in
„omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Pſalmus CXIX.

1. „Gradus quindecim fuiſſe ſcimus in tem- *Canticum*
„plo, pſalmos quoque graduum quin- *graduum*
„decim legimus, & ſicut in templo paulatim *quid.*
„& per gradus ſingulos conſcendebatur ad
„ſancta, ita per ſingulos Pſalmorum profectus
„docebimur his gradibus poſſe nos in excelſis,
„ſanctis & æternis collocari. Plures autem
„ſunt, qui in his pſalmis totam captivitatem
„populi, qui in Babylonia ſeptuaginta annis
„detentus eſt, exiſtiment prophetatam, ſed &
„reditum populi ejusdem cum reſtauratione
„civitatis amiſſæ. Sed quam captivitatem po-
„puli, & cujus civitatis ædificationem pro-
„pheta commemoret, ipſi Pſalmi nobis auto-
„res erunt, qui ita cœpti ſunt.

2. „Ad

2. „*Ad te Domine cum tribularer clamavi,* „*& exaudisti me:* tribulationes, ob quas clametur ad Dominum, sunt trahentes nos in „profundum peccati, quibus irrumpentibus in „sensum nostrum, vi, fraude. dominatu tamquam e media tribulatione clamemus ad Dominum, ut conversio nostra ad eum conflictantibus calamitatibus totis fidelis clamoris „viribus audiatur. Et quia Deus solitus est „precantibus dicere: ecce adsum: de his, quae „consequuntur rogandus est. *Domine libera* „*animam meam a labiis iniquis, & a lingua do-* „*losa.* Hæc enim sola tribulatio justis periculosa est, malæ adhortationis societas, & pestiferi consilii consuetudo, cui aures obstruendæ sunt. Et quidem labia iniqua sunt, abnegantes Deum, providentiam, arbitrium: „dolosæ autem linguæ opus fallax est, ut per „simulationem sub religionis lumine evertat „religionem. Ab his igitur per Dei misericordiam orantes liberamur.

Quomodo lingua dolosa vincatur.

3. „*Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi* „*ad linguam dolosam:* ita quærit Dominus, ut „ea, quæ consequi nos credimus consecuturos „nos esse firma spe testemur: & idcirco quædam a propheta interrogationis facta est conversio, sed fidei digna consecuta responsio „est; ad id enim quod quæsitum est: Quid tibi adversus falsitatem linguæ dolosæ præsidii „afferatur, responsum est: *Sagittæ potentis* „*acutæ cum carbonibus desolatoriis.* Solæ enim „Domini potentes sunt & acutæ sagittæ, quæ „linguam dolosam valeant configere, quando „do-

„doctrinæ Dei telo conscientia ejus errorque „ferietur, cum se igni inextinguibili desolatum „bonorum fructuum consortio cognoscat urendum. Sed quæ ad superiora dicta sequens „prophetæ responsio est? *Heu me, quia incolatus meus prolongatus est.* In hoc nimium sibi „prolixo in corpore incolatu congemiscit propheta, festinans peregrinari a terrenis, & incolere cœlestia, ut derelictis corruptibilibus „atque præsentibus consequatur invisibilia atque æterna: unde addit: *habitavi cum habitantibus Cedar.* Cedar autem secundum Hebraicam linguam in latina dicitur obscuratio, „in hoc enim obscuro corporum habitaculo, & „contagiosi incolatus sui carcere cœlestis naturæ captivatur generositas, & cum habitantibus Cedar habitat, non vero in habitationibus Cedar, ostendens in eo, quem dolet, „incolatu se esse peregrinum, & quia iniquorum consortium & cohabitationes habitantium in obscuritatibus odisset, & de futuro „jam questus esset, adhuc etiam de præterito „ait: *multum incola fuit anima mea.* In multis „scilicet tribulationibus labiorum iniquorum & „linguæ dolosæ. Sed cujusmodi incolatus sibi fuerit, ostendit dicens:

4. „*Cum odientibus pacem eram pacificus:* „hoc proprium Prophetæ est, simultates & „motus naturæ alienæ voluntatis suæ pace cohibere, hæc enim pax conservabit corda nostra in Christo, hæc nos patriarchis adæquabit, hæc etiam eos qui pacem oderunt, per „pacem consequenter in pace retinebit. Sed „pro-

Pax cum proximo servanda.

„prophetæ restat & aliud officium, doctrinam
„scilicet Dei universis constanter ingerere, &
„verbum vitæ æternæ jugiter prædicare. Unde
„ait: *cum loquebar illis, impugnabant me gra-*
„*tis:* prædicationem pacis ipsius oderant pacis
„inimici, & ad doctrinam Dei commovebun-
„tur, quos per modestiam prophetæ silentium
„ejus in pace cohibebat; atque ita cum inimi-
„cis pacis propheta pacificus est, & prædica-
„re pacem propheta non desinit, sed pacis
„prædicatorem inimici paci impugnant.

Canticum graduum.
Psalmus CXX.

Auxilium nostrum a Domino. 1. „*L*evavi oculos meos in montes. Mentis ocu-
„los propheta elevavit in montes, sci-
„licet propheticos libros ex terra in altum ela-
„tos, per quos est in superiora ascensus, &
„gradus in æterna. Poterimus autem & mon-
„tes existimare angelica ministeria: in quos
„montes intendens, sciens unde ei venturum
„esset auxilium dicit: *unde veniet auxilium mi-*
„*hi:* statimque sibi beata confessione respon-
„det: *auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum*
„*& terram.* Hæc felix fides est, hæc vera con-
„fessio, hæc spes æterna cœlestis benedictio-
„nis digna muneribus: quam proinde beatam
„confessionem, statim benedictio consecuta est,
„scilicet: non *det in commotionem pedem tuum,*
„*neque dormiet, qui custodit te.* Sub pedis no-
„mine motus mentis nostræ significat, non
„est autem intelligendum, quod aliquos Deus
„tra-

„tradat in vitia, in quæ pedibus corruptæ „mentis invehimur, non ille nos tradit, sed „cum ab eo per peccata descifcimus, & di„scessionem ab eo, consequitur & abscessio „ejus a nobis. Cæterum nobis penes eum ma„nentibus, & eo in nobis manente pervigil „custodia est. Verum si tepore fidei dormia„mus, secundum fidem nostram aut vigilan„tem aut dormientem Dei auxilium nobiscum „aut vigilabit aut dormiet. Atque ut osten„deret, ex nostra potius dormitatione somnum „esse custodiæ, neque in naturam custodiæ cœ„lestis somni requiem convenire addidit.

2. „*Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cu„stodit Israel:* impenditur fidei illius, qui dixit: „auxilium meum a Domino, cœlestis custodia, „& æternæ vigiliæ munitionem confessio ista „sortitur, quæ perfecte sectanda, obtinenda, „retinenda est. Ne vero alterius custodiam „demonstrari existimaremus, subjicitur. *Do„minus custodit te, Dominus protectio tua super „manum dexteræ tuæ.* Scriptura dexteram par„tem optimam, manum vero effectum omnis „operis accipit. Ergo quia adversantes nobis „dæmonum virtutes optima fidei nostræ opera „debilitare contendunt, idcirco super manum „dexteræ custodia Dei vigilatura promittitur, „ut illibata in nobis bonæ voluntatis opera „perseverent: id quod sequens prophetiæ spi„ritus pollicetur, dicens: *Custodia Dei.*

3. *Per diem sol non uret te, neque luna per „noctem.* In æterna temporum & beata tem- *Ejus effectus.*

„perie quisquis Domini custodiam promerue„rit, permanebit, ne natura corporis gelu lu„næ & calore solis uratur, sed sæculi hujus „malis & injuriis liberatus in æternis, beatis, „& temperatis quiescens glorificati corporis „sui sumet indemutabilem naturam. Sequi„tur: *Dominus custodiet te ab omni malo*: non „ab his, quæ putantur mala, uti mori, infir„mari, egere, quæ si mala essent, & Abel „viveret, nec Job cruciatus esset, nec Petrus „pecunia eguisset; sed ne diabolus animam „corrumpat, cujus officia sunt, vitiis consu„mere, blandimentis subrepere, obtrectatio„nibus lacerare, ambitione insilire, lasciviis „allicere. Ab hoc omni malo Dei expectan„da custodia est, ut adversus eum pugnemus, „sine concertatione enim non est victoria. Un„de subsequitur: *custodiat animam tuam Domi„nus: Dominus custodiet & introitum tuum & „exitum tuum, ex hoc & usque in sæculum*. Cu„stodit Dominum exitum, dum de corpore ex„euntes secreti ab impiis interjecto chao quie„scunt: custodit & introitum, dum nos in „æternum regnum introducit Dominus noster „Jesus Christus, qui est benedictus in sæcula „sæculorum. Amen.

Canticum graduum David.

Psalmus CXXI.

[Asp]iratio [in] cœlum. 1. „*Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi:* „Qui spei cœlestis desiderio detinetur, „nihil obscuritatis in hoc psalmo habebit, sed „læ-

„lætus eum propheta dicet: *in domum Domini*
„*ibimus*, in cœlestem scilicet Hierusalem, per
„cujus incolatum, quia domus Dei est, nos
„quoque cives sanctorum & domestici Dei su-
„mus. Sed ne qui ista dixerunt ab hac do-
„mo peregrinari putentur, dicunt: *stantes erant*
„*pedes nostri in atriis Hierusalem*. Non incerta
„nuntiant, hanc domum desiderabilem a mul-
„tis agnovimus fundamento vivorum lapidum
„extructam primum excisorum ad opus ædifi-
„cationis a Moyse in lege, a prophetis in pas-
„sionibus suis, a Domino in corpore, ab Apo-
„stolis in martyriis, a sancto Spiritu in virtu-
„tibus; hinc stant pedibus in ejus atriis cu-
„stodes scilicet, quibus claves cœlorum datæ
„sunt, & beati pedes pacem Evangelizantium.
„Ne vero hæc convenire in terrenam Hierusa-
„lem putaretur, sequitur:

2. „*Hierusalem quæ ædificatur ut civitas*: *Ecclesiæ militantis & triumphantis gloria.*
„non civitas, sed ut civitas, quia illa terrenæ
„civitatis ædificatio speciem cœlestis civitatis
„præfigurabat in omne tempus permansuræ.
„Et quia unum Ecclesiæ corpus est per fidei
„unitatem, charitatis societatem, Sacramenti
„donum unitum: tunc erimus sancta Hierusa-
„lem: *cujus participatio est in idipsum*: diffiden-
„tes autem a cætu sanctorum, & se a corpo-
„re Ecclesiæ peccatis separantes participatio-
„nem hujus sanctæ domus non habent. Omnes
„igitur, qui unum erunt, in ea erunt, nam
„*illuc ascenderunt tribus tribus Domini testimonium*
„*Israel*: tribus ergo omnes, quæ erunt Domini
„ascendent, & quidem tribus Domini testimo-

„nium Israel, non in testimonium gentium,
„sed in testimonium Israel: tribus enim Do-
„mini sumus, & in domum Dei Jacob introi-
„bimus, & annuntiabit nobis viam suam. Ex
„Hierusalem enim exiens Dominus venit ad
„gentes, quæ introeunt in sanctam civitatem
„in testimonium Israel, scilicet *ad confitendum*
„*nomini Domini.* Tribus enim Domini nomen
„Domini confitentur, quia Deus est, quia fi-
„lius unigenitus ingeniti est. Sed confessio ista
„judicium est, judicatur enim per eos, qui
„judicabunt duodecim tribus Israel, qui infi-
„deles erunt, cum econtra fideles *sederunt*, vel
„*sedebunt super domum David*, id est, Christi,
„& *rogabunt* vel interrogabunt, *quænam ad pa-*
„*cem sint Hierusalem*, & audient: *abundantia*
„*diligentibus te*, scilicet abundantia pacis, &
„bonorum cœlestium. Unde adjecit: *fiat pax*
„*in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*
„*gravibus*, seu firmis. Pax quippe Ecclesiæ &
„unitas virtutem nobis firmitatemque præstat.
„Et nunc quoque hanc abundantiam, quam
„diligentibus spoponderat, propriam esse gra-
„vium turrium commemorat, eos graves tur-
„res significans, quicunque diligerent: per
„quod intelligendum est, abundantiam hanc
„esse eorum tantum fidelium & sanctorum
„virorum, qui civitatis hujus ædificatio-
„ni tamquam turrium firmitate præstiterint.
„Sequitur deinde prophetæ in omnem homi-
„nem admonitio. *Propter fratres meos & pro-*
„*ximos meos loquebar pacem de te*, o beata civi-
„tas, ut nimirum se in ædificium consumman-
„dæ hujus civitatis aptarent, & *propter domum*
„*Do-*

„*Domini mei quæsivi bona tibi*. ut nimirum ex
„domo Domini in domum Dei proficiant, se-
„cundum illud Apostoli: vos estis templum
„Dei, & Spiritus Domini habitat in vobis 2.
„*Cor*. 6. Fidelis enim est, qui ait: Pater pro
„his rogo, ut omnes unum simus, ego in il-
„lis, & Tu in me. *Joan*. 17. Dominus noster
„Jesus Christus, qui est benedictus in sæcula
„sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXII.

1. „*Ad te levavi oculos meos, qui habitas in* *Constanter in Deo sperandum.*
„*cælo*. Deus, qui primum in tribula-
„tione invocatus est, quæsitus a prophetis,
„eosque prophetiæ lætificavit auditu, nunc
„jam oculis mentis per fidei fiduciam contem-
„plandus est habitans in cœlo, scilicet Deus
„in Dei verbo, in animabus justis, & in cœ-
„lo empyrio quod illius thronus est. Bene au-
„tem docet Propheta hos mentis suæ oculos
„indemutabili ad Deum esse semper obtutu di-
„cens: *Ecce sicut oculi servorum in manibus do-*
„*minorum suorum*. Exempli comparationem
„propheta posuit, ut ita ad Deum fidei suæ
„oculi intenti sint, sicut fidelis servus ad om-
„nem obedientiam voluntatis dominicæ solli-
„citus indeflexos oculos semper intendit. Se-
„quitur deinde: *Et sicut oculi ancillæ in mani-*
„*bus dominæ suæ* in operum efficientiam inten-
„ti, *ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum*,
„*donec misereatur nobis* non desinit, tardet licet

„ad tentationem fidei misericordiam suam Do„minus, quia constantem oportet præstare fi„dei suæ expectationem, & desperatio omnis „diffidentiæ confessio est, sed prophetæ oculi „in Deum quoadusque misereatur intenti sunt, „unde geminat orationem dicens: *miserere no„bis Domine miserere nobis.* Sequuntur vero sæ„penumero hanc fidelium spem graves iniquo„quorum obtrectationes, & molesta maligno„rum insectatio, ideo propheta adjecit: *quia „multum repleti sumus despectione, quia multum „repleta est anima nostra:* Deo semper adversum „hæc opitulari potente, ut a contemtu exi„mat in se semper intentum, cum econtra con„tingat *opprobrium abundantibus & despectio su„perbis*, uti in Lazaro & divite epulone patet „*Luc.* 16. Non ergo abjiciamus humilem, non „transeamus indigentem, ne profundo ab his „chao separemur, quia opprobrium abundan„tibus & despectio superbis est, & digna in „malos & bonos vicissitudo, quam in Evan„geliis *Luc.* 6. ostendit D. N. Jesus Christus, „qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum David.

Psalmus CXXIII.

Deo bona nostra in acceptis referenda.

1. „*Nisi quod Dominus erat in nobis dicat nunc* „*Israel.* Misericordiam consecutos, „& de opprobrio in abundantiam, & asperna„tione in superbiam collocatos oportet dice„re: nisi quod Dominus erat in nobis; *cum „exurgerent homines in nos forte vivos deglutissent nos;*

„*nos :* perpeſſi ergo hominum inſectationes, „cum in fide ſpe & timore permaneamus „adjuti Dei miſericordia ad eum gaudia no„ſtra referamus, & nihil noſtrum exiſti„memus, illique debitas gratias perſolva„mus, maxime quod per fidem doctrinam„que viventes a peccatis & peccatorum con„ſortio non deglutiamur, fit ergo hic in „gratulatione ordo, qui eſt & in iniquitati„bus, namque ab inſurgentibus primum ad„verſus nos deglutiti non erimus, ſed ne po„ſtea quidem *iraſcentibus* eorum animis *ab* „*aqua* ſeu dæmone Domino protegente *abſor*„*bebimur*, nam *torrentem pertranſivit anima no*„*ſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam* „*immenſam.* Ecce diaboli & ſuorum irruen„tes impetus, quæ tamen intolerabilis aqua „animam non tranſit, in qua Deus habitat: „intolerabilis eſt autem Deo vacuis, his au„tem in quibus Deus eſt, torrens repentinus „eſt poſt paululum ad tranſeundi facultatem „aridus & exhauſtus, atque ut nullus hic „de aquis ſenſus eſſet, ſequitur;

2. „*Benedictus Dominus, qui non dedit nos* „*in capturam dentibus eorum,* torrentium ſeu „dæmonum dentes ſunt, ira, laſcivia, odium, „gula, avaritia, per hos in nos captos domi„nantur, dum vitiorum ſuorum aut miniſtros „aut conſortes eſſe nos faciunt, quibus animæ „noſtræ, niſi Deus in nobis eſſet, manderen„tur, ait enim: *anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt* „*de laqueo venantium,* laqueus nobis eſt in otio, „pecunia, ambitione, laſcivia; hæc præten-

Dæmonis inſidiæ a Deo repelluntur.

„duntur, hæc blandiuntur, hæc fallunt, ſed „ab his omnibus voluntas noſtra eſt refrænan„da: ſpirituales enim ſumus, & evolamus ut „paſſeres, qui eſt ædificiorum incola ſine de„mutatione ulla aut temporis obſervatione „conſiſtens. Nos ergo ſine viciſſitudine tem„porum eccleſiam incolentes abſtineamus a „peccatis, ut a laqueis evolemus: laqueus „enim per Deum in nobis habitantem conte„ritur, quia ita ſequitur: *laqueus contritus eſt,* „*& nos liberati ſumus. Adjutorium noſtrum in* „*nomine Domini, qui fecit cælum & terram,* „quod eſt ſcilicet ſuper omne nomen, & om„nis lingua confitebitur, quia Dominus Jeſus „in gloria eſt Dei Patris, qui eſt benedictus „in ſæcula ſæculorum Amen.

Canticum graduum.

Pſalmus CXXIV.

Confidentia in Deo.

1. „*Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion,* „*non commovebitur in æternum, qui* „*habitat in Hieruſalem; montes in circuitu ejus.* „Confidamus in Domino, uti in monte Sion, „ut conformes gloriæ Dei ſimus: habitemus „nunc eccleſiam cœleſtem Hieruſalem, ut non „moveamur in æternum, in hac enim habi„tantes, habitabimus & in illa, quæ illius „forma eſt. Sed neque ſtare volentibus de„ſunt ſanctorum cuſtodiæ, neque angelorum „munitiones, dicitur enim: *montes in circuitu* „*ejus, & Dominus in circuitu populi ſui, ex* „*hoc nunc & usque in ſæculum,* hos ergo mon-

„tes

„tes existimabimus firmos & excelsos, & im-„mobiles. Ac ne leve præsidium in Aposto-„lis, vel Patriarchis & Prophetis, quin potius „in Angelis, qui ecclesiam quadam custodia „circumsepiunt, crederemus, adjectum est: „& Dominus in circuitu populi sui, bonum „quidem præsidium angeli, sed melius Domi-„ni. Sed quid sibi vult, esse eum in circuitu „populi sui ex hoc nunc & usque in sæculum?

2. „*Quia non relinquet Dominus virgam, pec-„catorum super sortem justorum, ut non exten-„dant justi ad iniquitatem manus suas.* Veniunt „quidem tribulationes super justos, sed non „permanebunt: sed breve est, quod pati-„mur ab adversariis Dei: Dominus adest, „etiamsi vis aliqua compellat, abstineamus „manus nostras ab iniquitatibus, non exten-„damus opera nostra in peccata, quia virga „peccatoris non derelinquetur, ut maneat, „sed Dominus nobis retribuet, ad quem ore-„mus: *benefac Domine bonis & rectis corde.* „Perfecta bonitas in recti cordis consistit af-„fectu: retributio autem sicut bonis adest, „ita & malis non abest, sequitur enim: „*declinantes autem in obligationes adducet Do-„minus cum operantibus iniquitatem:* sunt vin-„cula, quæ fidem nostram impediunt, & „obligant, maxime pecuniæ augendæ labor „& negotiandi insincerus profectus, hæc „enim ita obligant peccatis, sacramentis & „commerciis, ut sibi nos captos detineant. „Ab his ergo mens, voluntas & studium sol-„vendum est, quia declinantes ad obligatio-

Deus justorum vindex.

„nes adducentur cum operantibus iniquita-
„tem. Erit autem Iſrael pacificus, non de-
„relicta ſuper ſe virga peccatoris, ſed in fi-
„de perfecta ac ſpe æterna manens, audiet
„pro portione ſibi dici, *Pax ſuper Iſrael.* Il-
„le eſt enim pax noſtra, qui fecit utraque
„unum D. N. Jeſus Chriſtus, qui eſt bene-
„dictus in ſæcula ſæculorum Amen.

Canticum graduum.

Pſalmus CXXV.

Animæ peccatricis converſæ jubilus.

1. „*In convertendo Dominus captivitatem Sion,*
„*facti ſumus ſicut conſolati.* In hoc
„pſalmo eſt omnis ex captivitate vitiorum in
„libertatem cognitionis Dei redeuntis animæ
„gratulatio: avertit enim Dominus captivi-
„tatem noſtram per remiſſionem peccatorum,
„a dominatu namque vitiorum animam no-
„ſtram liberavit. Non erat Sion antequam
„liberaretur, ſed Sion eſt, quæ liberata eſt;
„quippe non manentis, ſed averſæ captivita-
„tis hoc nomen eſt. Quod vero ait: facti
„ſumus ſicut conſolati: ſumus nunc quidem
„conſolati, quia Dominus ait: mittet vobis
„Pater & alium conſolatorem *Joan.* 14. Unde
„nec nunc conſolatione interim non caremus,
„licet conſummationis nobis ſit reſidua per-
„fectio: *repletur* enim *gaudio os noſtrum*, *&*
„*lingua noſtra exultatione*, non enim ſufficien-
„tia ſunt ad reddendas Deo laudes linguæ
„noſtræ & oris officia; mutavimus crimina
„in innocentiam, & hoc a Dei gratia facien-
„te

„te poenitendorum finem, & novorum bo„norum initia reddente, quam spei nostræ „fidem contemplantes gentes dicunt: *magni„ficavit Dominus facere cum illis*, hanc in vir„tutes vitiorum demutationem contuentes Dei „in nos magnificéntiam admirantur. Idip„sum etiam & nos ex sensu adeptæ hujus „beatitudinis confitemur, in oris gaudio & „linguæ exultatione dicentes: *magnificavit „Dominus facere nobiscum, facti sumus sicut „latantes*; lætamur quippe de profundo ac „miserabili cæno nunc ablutos nos fuisse. Et „quia Propheta futuræ spei gaudia loqueba„tur, dicit,

2. „*Converte Domine captivitatem nostram*, „In superioribus propheticæ scientiæ fuit ser„mo futurorum gaudia tamquam de præteri„to nuntiantis, nunc autem de avertendis „communis oratio, cui se propheta tamquam „& ipse sit captus admiscet, & sicut mem„bro uni corpus omne compatitur, ita & „populo captivo a peccatis propheta concap„tus est. Sed tamen orare pro captivitate „sua bonum sibi esse demonstrat dicens: *Qui „seminat in lachrymis, in gaudio metet &c.* Cum „unusquisque operum suorum fructus in ju„dicium tamquam manipulos sit laturus, se„minandum nobis est cum confessione pecca„torum, cum dolore conscientiæ nostræ, quod „nequaquam digne possimus Dei præcepta se„cundum voluntatis propositum explere. Tunc „quæ in lachrymis severimus, metemus in „gaudio, *euntesque flentes, cum exultatione ve„niemus*

Orandum pro proximis.

„*niemus* repleti fructibus nostris, & *manipu*„*lis* elaboratæ a nobis messis onerati, con„solati per Christum, qui est benedictus in „sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum Salomonis.

Psalmus CXXVI.

Solus Deus sanctitatis author & custos.

1. „*Nisi Dominus ædificaverit domum, in* „*vanum laboraverunt, qui ædificant* „*eam.* Cum psalmi superiores captivitatem „non corporalem demonstrati sunt continere, „hic quoque psalmus nihil in se terrenum in„telligitur esse complexus, sed secundum „propheticam & Evangelicam authoritatem „eas spes omnes pronuntiare, in quas se „Patriarcharum desiderium, Apostolorum fi„des, Martyrum confessio, & omnium cre„dentium cursus extendit, id est, in æternæ „civitatis incolatum. Domus ergo hæc do„ctrinis & virtutibus Dei plenus & sanctitate „cordis divini capax incolatus est, sed do„mus hæc ædificanda per Deum est: humanis „enim operibus extructa non permanet, nec „doctrinis sæculi instituta consistit, nec cura no„stra custoditur. Extruenda aliter est, custodien„da aliter est, non super terram, sed super pro„phetas & Apostolos fundamentum ejus collo„candum est: lapidibus vivis augenda est, an„gulari lapide Christo Jesu continenda, illiusque „custos vigil Dominus est, *frustra vigilanti*„*bus & mane surgentibus* hominibus, unde

„ter-

„terrenis custodiis improbatis ait: *surgite post-„quam sederitis, qui manducatis panem doloris.* „Sessio quiescentium requies est, a qua sur-„gere jubentur, qui ad perfectam hanc civi-„tatem sunt comparandi, & quidem illi, qui „manducant panem doloris, dum se in vi-„tiis natos & vivere cogitant, ut autem quan-„do sibi resurgendum esset cum sederint, sci-„ant, temporis demonstrata est plenitudo: „*cum dederit inquit dilectis suis somnum*: pleni-„tudine itaque gentium in somnum mortis „recepta, & reliquo Israel salvato, resur-„rectionis tempus est. Quid autem sint dor-„mientes dilecti & sessuri resurgentes osten-„dit, dicens: *Ecce hæreditas Domini filii „merces fructus ventris.* Ea ergo in filiis hæ-„reditas Domini est, quam ex mercede fru-„ctus ventris accepit; non enim inanis hic „fructus est, quocum ex virginali ventre „manens ante Deus nascitur; nam merces „ejus hæreditas est, & hæreditas filii sunt: „quotquot, inquit, eum receperunt, dedit „eis potestatem filios Dei fieri.

2. „*Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii „excussorum.* Sagittas significari doctrinas pro-„pheticas, & Apostolicas, in quibus Dei „verbum est, oportet intelligi, ubique missas, „compungentes, arguentes, quæ sunt in ma-„nu potentis sicut filii excussorum, quia sive „prophetæ ipsi, qui excussorum, id est, pec-„catorum filii tamquam sagittæ doctrinæ cæ-„lestis emissi sunt, vel Apostoli, ecclesiarum-„que doctores de excussis, per suam impieta-„tem *Doctrinæ cælestis virtus.*

„tem in maledictum gentibus crediderint, il„lud sagittae doctrinae caelestis efficiunt, unde „*beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ip„sis*, id est, qui his sacris sagittis replere se „desiderat, *non* enim *confundetur*, cum im„piis suam impietatem loquentur seu expro„brabunt, qui tamquam *inimici* Dei cum ju„stis non intrabunt in *portam* caelestis civita„tis, ad quam non intratur, nisi per D. N. „Jesum Christum, qui est benedictus in saecu„la saeculorum Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXVII.

Timor Domini beatos facit.

1. „*Beati omnes, qui timent Dominum, qui „ambulant in viis ejus.* Propheta osten„dit, non ex trepitatione nostra, quae timoris „autor est in caeteris, neque ex terrore ejus, „qui terribilis est, beatos esse, qui timeant, „sed ex eo, quod in viis Dei incedant: timor „enim non in metu sed in obedientia est, & „timoris testimonium est obsequela, & inces„sus in viis Domini; & in multis viis insi„stendum est, ut unam, quae bona est inve„niamus, per multorum scilicet doctrinam „unam viam vitae aeternae reperturi. Viae „enim in lege, viae in Prophetis, viae in Apo„stolis, viae in diversis praeceptorum operi„bus sunt, in quibus per timorem Dei ambu„lantes beati sunt, quibus dicitur: *labores „fructuum tuorum manducabis*, labores patien„tiae, poenitentiae, & aliarum virtutum con-

„tra

ra vitia corporis sufferendi sunt: hæc enim tunc animam saturant, hæc in cælum eam nis fructibus prosequuntur. Denique sequenti versu utriusque temporis beatitudinem Propheta demonstrat, dicens: *beatus es, & bene tibi erit*: quorum primum in præsens obtinetur, alterum repositum est in futurum, quo iterum labor futurorum fructuum manducabitur.

2. „*Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ &c.* Uxor hæc secundum Salomonem sapientia intelligenda est *Sap.* 8. Hæc timentis Deum uxor totis domus suæ lateribus diffusa fœcundæ vitis modo se per omnia operum nostrorum latera extendit. Ex hac ergo filii, qui erunt *tamquam novella olivarum in circuitu mensæ* nostræ erunt, quæ mensa est panis vivus, & lectionum dominicarum. Hæc igitur uxor est modo vitis abundantis domus nostræ animæ lateribus diffusa, hi filii, id est, ex tali conjuge opera procreata tanquam plantatæ olivæ in mensæ nostræ circuitu adsistent. Et quia hæc timentium Deum beatitudo est, propheta subjecit: *ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum*. Jungitur etiam ad timentis meritum votum prophetæ dicentis: *Benedicat te Dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ &c.* speremus ergo *bona Hierusalem* cœlestis, & Sion montis, & pacem Israel, quia locus Domini in pace est in D. N. Jesu Christo, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Sapientiæ beatitudo.

Can-

Canticum graduum.

Psalmus CXXVIII.

Impugnationes fortiter tolerandæ.

1. ,, *Sæpe impugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel.* Non otiosa viri re-
,,ligiosi ætas est, impugnatur ab ipsis juven-
,,tutis suæ annis & impugnatur sæpe, ut in-
,,victæ virtutis coronam per forte certamen
,,mereatur. Silentur autem impugnationis
,,autores, quia executio quidem hominum,
,,diaboli vero instinctus est, non ergo his ira-
,,scendum est, a quibus aliqua perpetimur,
,,sed potius in his detestandi officii intercessio
,,fæda miseranda est, quod sint vasa diaboli,
,,& alienæ malitiæ paritores. Ante ergo do-
,,cetur Israel, quid dicere debeat, & deinde
,,doctus Israel ipse loquitur: sæpe impugnave-
,,runt me, *etenim non poterant mihi*, manea-
,,mus ergo, ut sæpe impugnemur, & sæpe
,,impugnati habeamus hanc gloriam, ut non
,,cedamus. Mos autem est eorum qui non
,,longis præliis prævalent, ut victorem exer-
,,citum a tergo adeant, & dorso insidias machi-
,,nentur; ita & peccatores tentatos incassum
,,fideles viros euntes in veritatis via, dorso in-
,,sidiantur & ideo ait: *supra dorsum meum fabri-*
,,*cabunt peccatores*, nunquam tamen fabricatio-
,,nis effectum consequentes, justo indefesso fide
,,cursu currente, quin potius peccatores *pro-*
,,*longaverunt iniquitatem suam*, peccatis peccata
,,connectendo, & pœnas eorum aggravando:
,,nam

2. ,,Do-

2. „*Dominus justus concidet cervices peccato-*
„*rum;* cum patientis misericordiæ tempus ex-
„clusum fuerit. Tunc *confundantur, & revere-*
„*antur retrorsum omnes, qui oderunt Sion*, id est,
„qui Ecclesiam oderunt, confundentur & re-
„trorsum revertentur non in cœlestia curren-
„tes, neque ad futura tendentes, sed ad ter-
„rena revertentes, pudorem iniquitatis & in-
„fidelitatis suæ judicii tempore sentientes, &
„in pœnalem corporum sensum amissa resur-
„rectionis demutatione redeuntes. Unde se-
„quitur: *fiant sicut fœnum ædificiorum, quod*
„*priusquam evellatur, aruit &c.* id est, qui pro-
„longaverunt iniquitatem sicut fœnum ædifi-
„ciorum erunt inutiles, & præsentis vitæ ina-
„nem fructum referentes, inania enim seve-
„runt & infructuosa carnis opera ante ipsum
„inutilis messis tempus emortua, inutile fœ-
„num ædificiorum, quod neque *metentis ma-*
„*num* seu opera, *neque manipulos colligentis si-*
„*num*, seu conscientiæ, fidei & perfectæ vo-
„luntatis affectum replebit; sed neque præte-
„reuntes, id est, terrena transeuntes & ad
„cœlestia tendentes dicent: *Benedictio Domini*
„*super vos:* negant enim Dei benedictionem
„fructibus aridis & caducis, scientes gratiam
„Divini muneris denegandam. Hæc prophe-
„ta ex Prophetali spiritu locutus est, ut pec-
„catoribus terror ingrueret inanitatem fru-
„ctuum suorum arescentium cognituris: por-
„ro autem suorum votorum ostendit affectum
„dicens: *Benedicamus vos in nomine Domini:*
„quibus verbis vota sua erga pœnitentium sa-
„lutem pro reditu bonæ operationis ostendit,

„benedictiones rursum quas negavit, optando. „Seramus ergo utiliter, & labores nostros in „recipiendis manibus ac finibus præparemus, „ut benedictionum Dei participes simus in D. „N. Jesu Christo, qui est benedictus in sæcula „sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXIX.

Deus nos orare vult ut exaudiat.

1. „*De profundis clamavi ad te Domine.* Apta „aut ignorationi inscrutabilium Dei „judiciorum, aut passioni humanarum cala„mitatum, aut orationi vox ista est, dum aut „nescit, aut patitur, aut precatur: & quia „de profundis clamat, confidenter ait: *Domi„ne exaudi vocem meam: fiant aures tuæ inten„dentes in vocem orationis meæ.* Deus ubique „adest, audit, videt, efficit, sed orandus a „nobis est, ut secundum precem nostram ad„sit, audiat, videat, & efficiat: naturæ suæ „est, ut audiat, sed fidei nostræ est, ut pre„cemur audiri. Dehinc sequitur: *si iniquita„tes observabis Domine, Domine quis sustinebit.* „Differunt iniquitas & peccatum: iniquitas „omnis transgressio legis Dei est, quæ est gra„vior peccato: peccatum autem iniquitatis est, „quidquid extra legem delinquitur, uti genti„lium crimina sunt, quæ jam cum ipsa legis „ignoratione damnata sunt, peccata autem in „lege judicanda sunt. Ergo si Deus iniquita„tum recordetur, quis sustinebit furta, cædes? „hæc enim crimina sunt, quæ inique, id est:

„ex-

„extra legem Dei geruntur, quæque novæ ge„nerationis Sacramento abluuntur: sed quod „horum plane & cur non recordetur Deus in „sequenti versu demonstratur.

2. „*Quia apud te propitiatio est:* Est enim „unigenitus Dei Filius Deus Verbum redemp„tio nostra in cujus sanguine reconciliati Deo „sumus. Scit autem Propheta, ingentis pe„riculi rem esse inique id est sine lege pecca„re, quia peccati sine lege perditio est, pec„cati autem in lege judicium est, & ideo ait: „*propter legem tuam sustinui te Domine* lex ergo „sancta & spiritualis est, & in ea verba vitæ „sunt, & legis finis Christus est, & hoc se„quenti versu ostenditur, ait enim: *sustinuit „anima mea in verbum tuum:* scilicet Filii Dei „adventum, qui & Verbum Dei, & Deus Ver„bum est, spiritali fide expectat: qualiter au„tem expectet, demonstrat dicens: *speravit „anima mea in Dominum, a custodia matutina „usque ad noctem:* nullum tempus vacuum ha„bet propheta, totius diei indefessus operarius „est. Sed ne videatur propheta spem nobis „Evangelicæ mercedis abscindere ait: *speret „Israel in Domino* sine præfinitione temporis „spei adhortatio est, & ad spem omne tempus „est liberum, & mercedem non operis sed mi„sericordiæ undecimæ horæ operarii conse„quentur; ita enim ait: *speret Israel in Domi„no, quia apud Dominum misericordia, & copio„sa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel „ex omnibus iniquitatibus eorum.* Quia ergo bo„nus est Dominus, quia misericors est, spere-

Christus propitiator noster.

 „mus

„mus in eum, ut undecimæ licet horæ operarii diurni laboris denarium consequamur per D. N. Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXX.

Humilitas commendatur. 1. „*Domine non est exaltatum cor meum.* Optimum Deo sacrificium est cor contribulatum. Non ergo cor secundis rebus efferendum est, sed Dei metu intra mansuetudinis fines humilitate continendum. *Neque elati sunt oculi mei:* id est, non ex alio in aliud, ut semel in id quod elati sunt in Deum perseverent. *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* David in his non ambulat, quæ homini magna & mirabilia creduntur, scilicet, quod rex & propheta sit, & alias heroicas virtutes exerceat. Sed videamus, quæ sequuntur: *si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam:* tenendus ergo humilitatis & altitudinis modus est, ut corde humiles, sensu vero & anima simus excelsi. *Sicut ablactato super matre sua sic retribues in animam meam:* scilicet ut perfecti & cœlestis & viventis panis retributione sit dignus, quia per memorata opera cibum jam lactis excessit. Sed neque sibi tantum hunc vivis e cœlis panem precatur, universos autem ad ejus spem adhortatur dicens: *speret Israel in Domino, ex hoc nunc & usque in sæculum.* In sæculum sæculi sperandum est,

„quia

„quia per spem præsentis sæculi, spem futuri „sæculi consequemur in D. N. Jesu Christo, qui „est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXXI.

1. „*Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Non ait: memento „mei, sed David, ut alterum ostenderet, qui „loqueretur. Orationem autem omnem hanc „esse unigeniti Filii Dei per prophetam lo„quentis existimari necesse est, qui secundum „hominem, quem assumpsit, ut omnis suæ „mansuetudinis Pater meminerit deprecatur, „per cujus mansuetudinis modestiam Deo Pa„tri officium humilitatis suæ vovit, *sicut* in„quit, *juravit Domino, votum vovit Deo Jacob.* „In Sacramento passionis Christi ita omnia ge„sta sunt, ut videantur studiose pro religione „quia jurata sunt, perfecta esse: consequens „est, ut videatur, quid sit, quod David iste „& juravit & vovit. *Si intrabo in tabernacu„lum domus meæ.* Assumpto corpore Unigeni„tus Deus, neque ante in cœlestem habitatio„nem suam se esse rediturum jurat, neque *stra„tum lecti sui ascensurum se esse vovit*, id est in „æternam illam & beatam requiem; sed nec „ante *somnum oculis suis dare*, id est, mortem „pati, quam *locum habitationis inveniat.* Item „etiam *temporibus* capitis sui *requiem* negat, an„tequam & Apostoli eliguntur, ac solvendi & „ligandi in cœlo & in terra jus sortiuntur, &

Messiæ adventus & nostra redemptio.

.. ..verius omnem poteftatem ad-
. .. ..rant, & templum Dei funt, &
. .. venientes, dignum *Deo Jacob*
.. ..ant reperti. Quod autem hæc
.. ..nem noftrum referenda fint, do-
...ntia, ait enim: *Ecce audivimus eam*
.., *invenimus eam in campis fylvæ*: au-
..que in Effrata, id eft. Bethlehem,
.. .ominus natus ex Maria eft. . Initium
.. .. Ecclefiæ in Bethlehem auditur, effe
... cœpit a Chrifto, fed in gentibus repe-
... quæ funt ex campis fylvæ ex fterili-
.. ..ctuofæ, ex ferarum cubilibus Dei re-
..., domus, templum, poffeffio. Id au-
... quod nunc fequitur, fpem futuri tem-
..oris docet, ait enim:

.. „*In tabernacula ejus intrabimus, adorabi-*
..us in loco, ubi fteterunt pedes ejus. Illic er-
..o adorabitur, ubi Domini pedes, id eft. præ-
..icationes noviffimæ fine demutationis alicu-
..us transgreffione conftiterint. Poftquam er-
..go Propheta introiturum & adoraturum fe
„crediderit, fpei tantæ fieri jam particeps de-
„precatur dicens: *Exurge Domine in requiem*
„*tuam*, quam reperturum fe David tuus vovit,
„& in Effrata audivimus &c. & non folum tu
„Domine exurge, *fed & arca fanctificationis tua*
„corpus, quod Chriftus affumfit, omne in fe
„Sacramentum legis continens. Unde *Sacer-*
„*dotes tui induantur juftitiam*, qua veluti thora-
„ce inimici tela excipiant, & *fancti tui lætentur*,
„quia *propter David fervum tuum ne avertas fa-*
„*ciem Chrifti tui*; ne igitur a Sacerdotibus & a
„San-

„Sanctis Christi faciem avertat, rogat, ut eos „divinitatis suæ gloria, qui propter David, id „est, assumpti ab eo corporis Sacramentum „lætantur, illuminet.

3. „*Juravit Dominus veritatem, & non fru-„strabitur eum*, nimirum: *de fructu ventris tui „ponam super sedem tuam.* Promissio ista Da-„vid ejus est, qui nuncupare Deum Patrem „audet, quia primogenitus est: Ex hujus ven-„tris fructu super sedem Dei collocabuntur. „Et spei conditio præponitur: *si* inquit, *custo-„dierint filii tui testamentum meum, & testimonia „mea hæc, quæ docebo eos*: quæ abscondit Deus „a sapientibus & prudentibus & revelat ea „parvulis. Docti autem consequentur: *usque „in sæculum sedebunt super sedem tuam*: illi sci-„licet, qui sedebunt super duodecim thronos „judicantes duodecim tribus Israel. Deinde „eorum habitatio, qui in sæculum super sedem „sessuri sunt, ita ostenditur: *Quoniam elegit „Dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi. „Hæc requies mea in sæculum sæculi &c.* Illam „Sion cœlestem elegit, concordem fidelium „cœtum, & sanctificatas Sacramentis Ecclesiæ „animas, in quibus æterna resurrectionis glo-„ria divinitatis natura requiescit. Sequitur: „*Viduam ejus benedicens benedicam.* Compara-„tione viduæ quæ mortuo marito libera qui-„bus volet nuptiis est, desinente jam lege vi-„duam legis Ecclesiam esse demonstrat Chri-„sto legitime copulandam, quam legis viduam „benedicendo benedicet. Deinde ait: *paupe-„res ejus saturabo panibus*, qui per humilitatem

Messias ex stirpe David.

 „cor-

„cordis contemtumque sæculi seipsos in paupertate constituunt, quos cibo perenni explet. *Sacerdotes ejus induam salutari*, conformes effectos gloriæ salvatoris; & Domini *sancti exultatione exultabunt*: exultatione consummata; cujus ratio est, quia *illic producam cornu David*, seu regnum Dei in sæculum sæculi: *Paravi lucernam Christo meo*, ne ad cognoscendum eum nox ignorationis existat: *Inimici* autem *ejus confusione induentur*; videbunt enim Filium hominis in majestate Patris sui, cum interim illi in decoro corpore resurgent: *super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea*, Dominum nostrum Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXXII.

1. „*Ecce quam bonum & jucundum, habitare fratres in unum.* Hoc populo Dei congruit, sub uno patre fratres, & sub uno spiritu unum esse, sub una domo Ecclesia unanimes incedere, sub uno capite unius corporis membra esse, in eodem esse, idem esse nec congregatione fieri, nec amore diversos. Comparationem vero hujus boni jucundique propheta constituit, dicens: *sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus.* Sicut placitum hoc in Aaron ungentum Deo extitit, & gratum ex se fidei & innocentiæ odo-

odorem præbet, ita bonum & jucundum est, habitare fratres in unum, per quod unanimitas voluntatis maximis Sacramentis bonorum cœlestium comparatur. Descendit autem hoc unguentum a capite Christo in barbam, id est consummatæ fidei virum: descendit autem & in oram vestimenti, in qua ora vestimenti & barba omne corpus ostenditur. Additur & altera comparatio, cum dicitur: *sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Est bonum atque jucundum ut a gentili errore, id est, profana Hermon veneratione descendens ad Sion, id est, ad æternæ beatitudinis domum transeat, & eum, qui salute omnium lætatur, oblectet: *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in sæcula.* In Sion scilicet, vel in unanimitate cohabitantium fratrum: benedictiones enim Ecclesia sola largitur, vitam æternam unanimitas promeretur per D. N. Jesum Christum, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Canticum graduum.

Psalmus CXXXIII.

„*Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi* „*ejus.* Vocat omnes Propheta ad benedicendum: in eo autem quod ait: *ecce nunc*: elaboratæ ascensionis perfectum opus esse significat, ut jam nunc benedicant, quia proficientes ascenderint. Benedictione autem Dei os peccatoris indignum est, & id- *Perfecti laudent Deum.*

 „cir-

„circo ait: omnes servi ejus, & quidem illi „servi, *qui statis in domo Domini in atriis do-* „*mus Dei nostri.* Standum ergo est in domo „Domini, quia benedictio stantium in domo „illa cœlesti Hierusalem placet, ad quam per „Ecclesiæ domum scanditur. Et quia plures „apud Patrem mansiones sunt, benedicunt „Dominum non solum in domo stantes, sed „etiam in atriis ejus. In hanc autem spem „standi in domo, & in atriis Domini prophe- „ta nos hortatur dicens: *In noctibus extollite* „*manus vestras in sancta & benedicite Dominum.* „In nocte ignorantiæ, insidiarum, infirmita- „tum concupiscentiarum, vitiorum elevandæ „sunt manus in sancta non ad orandum tan- „tum, sed & operandum, preces enim nudæ „non proficiunt. Elevanda autem opera no- „stra sunt in sancta Dei, id est, in nudis ve- „stiendis, in esurientibus cibandis, in omni- „bus diligendis, hæc enim Deo placita & san- „cta sunt, & cum Dei benedictione semper „orandum est, ne cum panem inopi præbeas, „metu famis tristis sis, hilarem enim datorem „amat Deus. Quid autem læta & benedicen- „tia elevatarum manuum opera mereantur, „ostendit dicens: *Benedicat te Dominus ex Sion.* „Dominus scilicet ecclesiæ & sanctæ Hierusa- „lem. In Deo vero æterno ut spem omnem „nostram positam cognosceremus, adjecit: „*qui fecit cœlum & terram.* Eum scilicet ec- „clesiarum esse Deum demonstrans, qui cœ- „lum fecisset & terram per D. N. Jesum Chri- „stum, qui est benedictus in sæcula sæculo- „rum. Amen.

Alle-

Alleluja.

Psalmus CXXXIV.

1. „*Laudate nomen Domini.* Nomen Domini „primum laudare admonemur, quia „Deus cœli, terræ, mundi & Abrahæ eſt. Se„quens vero præceptum eſt: *laudate ſervi Do„minum.* Per cognitionem nominis Dei ad ſci„entiam ejus proficimus, jam enim non no„men Domini, ſed Dominum laudamus, cog„noſcentes, cur Deus cœli ſit, nimirum per „immenſæ virtutis ſuæ magnificentiam. Ne„que ſolum ſervi ejus, ſed *ſtantes in domo ejus*, „jam non vagi, ſed ſtantium firmitate ſtabili„ti, & quidem ſtantes *in atrio domini Dei no„ſtri*, mediæ domus ſede ſuſcepti, ad laudan„dum Deum invitantur; quia benignus eſt, no„bis ſcilicet, quos originis conditio in pecca„tis detinet: unde etiam *pſallendum nomini ejus „eſt, quia ſuave eſt*, ſuave enim eſt Deo, cor„pora noſtra complacito miniſterio famulari: „vel ipſum potius nomen Domini ſuave eſt. „Quoniam *Jacob elegit ſibi Dominus, Iſrael in „poſſeſſionem ſibi.* Nomen Dei ſuave eſt non „uni tantum genti, ſed omnibus gentibus, in „Jacob & Iſrael ſignificatis. Novit autem „ſpiritus Prophetiæ præpotentem hanc nomi„nis Dei in congregandis gentibus & poſſiden„dis fidelibus ſuavitatem dicens: *Cur Deus laudandus.*

2. „*Quia ego novi, quod magnus eſt Domi„nus, & Deus præ omnibus Diis:* dii ergo ſunt, „qui vocantur tantum dii, ſed præ omnibus *Dei potentia.*

„Deus

„Deus noster est non comparatione, quia in-
„comparabilis præcellit, sed potestate præ cæ-
„teris est, nam *omnia quæcunque voluit, fecit in
„cælo & in terra, in mari, & in abyssis.* Sola
„enim perfecta virtus in nullo impeditur, quo
„minus quod velit & faciat. Sed videamus,
„quæ omnia sint, quæ voluit, & fecit: *Edu-
„cens nubes ab extremo terræ.* Nubes significat
„doctrinam Apostolicam, quæ æstum futuri
„judicii excludit, & quam terræ humilia seu
„extrema, id est humiles Apostoli exhalant.
„*Fulgura in pluvias fecit.* Quicunque virtutem
„Dei annuntiabunt, qui cognitionem ejus præ-
„stabunt per doctrinam fulgura inter pluvias
„facti sunt: fulgura primum ipsi scientia coru-
„scantes, tunc deinde verborum imbrem pro-
„fundentes. *Qui producit ventos de thesauris suis,*
„nempe Angelos, qui ad salutem humani gene-
„ris emissi sunt, ut nos hæc divina præsidia
„adversus mundi potentes harum tenebrarum
„tuerentur. *Qui percussit primogenita Ægypti
„ab homine usque ad pecus.* Ægyptus in quo
„sæculi forma est, virtutibus & plagis Dei per-
„cutitur, cum judicium & damnationem au-
„dit, & conscientiæ suæ reatu quotidie judi-
„catur: *Misit signa & prodigia in medio tui
„Ægypte in Pharaonem, & in omnes servos ejus.*
„In medio orbis terræ loco, in quo Dominus
„salutem nobis operans passus est, signa &
„prodigia misit, dum crucis suæ horis sol ef-
„fugit, terra tremit, saxa rumpuntur. Hæc
„in medio tui Ægypte signa facta sunt: Pha-
„rao tuus, id est, diabolus aquis necatur bap-
„tizato populo: *percussæ deinde gentes multæ,*

„ex-

„extincti vitiorum incolatus, *reges* quoque *for-*
„*tes perempti. Seon regem Amorrhæorum*, *&*
„*Og regem Basan & omnia regna Chanaan occi-*
„*dit.* Seon interpretatur infructuosa arbor,
„Amorrheus vero exacerbans: infructuosas
„proinde in vobis virtutes seu principes exa-
„cerbantium Dominum delevit. Og similiter
„interpretatur maceriæ sive valli, Basa vero
„confusio, unde regem confusionis extinxit
„diruens maceriam cognitioni Dei obstantem.
„Chanaam item interpretatur motio: quæ igi-
„tur nos in vitia movebant, extinxit. His
„igitur occisis.

3. „*Dedit terram eorum hæreditatem Israel* *Hæreditas fidelium.*
„*populo suo.* Hæc hæreditas est terræ beatæ,
„quæ Christianis propria est, qui hoc in se no-
„men incolume per cœlestis imaginem usque
„ad finem retinuerint. Atque ita ait: *Domi-*
„*ne nomen tuum in sæculum.* Profectus hic vo-
„ti nostri indigentiæ res est, ut nobiscum no-
„men ejus maneat in æternum. *Et memoria-*
„*le tuum in generationem & generationem.* Me-
„moriale est memoria operum Dei, quæ libro
„legis continentur. & hoc memoriale a prima
„generatione legis in alteram generationem
„Christianorum transiit. *Quia judicabit Do-*
„*minus populum suum*, *& in servis suis consola-*
„*bitur.* Judicabit ergo Dominus populum Is-
„rael quem elegerat, quique colonus vineæ
„primus electus in Dominum vineæ parricida-
„les manus intulit; sed electi sunt servi, qui-
„bus fructum reddentibus vinea traderetur,
„qui servi seu gentes eum in martyribus, con-
„fesso-

„fessoribus & fidelibus consolantur, cum econ-
„tra gentilium superstitiones ex vanitate earum
„arguantur & a Propheta refutentur dicente:
„*Simulacra gentium argentum & aurum &c.* qui-
„bus explosis hortatur: *domus Israel benedicite*
„*Dominum: domus Aaron benedicite Dominum:*
„*domus Levi benedicite Dominum: qui timet Do-*
„*minum benedicite eum.* In his officiorum di-
„stinctionibus omnem Ecclesiæ populum com-
„plexus est, in Aaron sacerdotes, in Levi mi-
„nistros, in his, qui timent Dominum reli-
„quum populum, qui omnes ad benedicendum
„Dominum advocantur, eum scilicet, qui est
„Deus *benedictus in Sion & habitat in Hierusa-*
„*lem* cœlesti, ecclesia primitivorum scriptorum
„in cœlis in D. N. Jesu Christo qui est benedi-
„ctus in sæcula sæculorum. Amen.

Alleluja.

Psalmus CXXXV.

Peccata confiten-di.

1. „*Confitemini Domino quoniam bonus, quo-*
„*niam in sæcula misericordia ejus.* In
„hoc duplicis intelligentiæ significatio affer-
„tur, ut aut Deum in confessione laudemus,
„quia bonus & misericordia ejus in sæcula, aut
„peccata nostra confiteamur ab eo indulgenda.
„Confessio autem erroris professio est desinen-
„di: desinendum ergo a peccato est, ob quod
„peccati cæpta confessio est. Cæterum extra
„veniam est, qui peccatum cognovit, nec co-
„gnitum confitetur. Confitendum autem sem-
„per est, non quod peccandum semper sit, sed
„quia

„quia peccati veteris utilis eſt indefeſſa con-
„feſſio. *Confitemini Deo deorum, quoniam in*
„*ſæcula &c.* illorum ſcilicet deorum, qui in cœ-
„leſtem gloriam transformandi conformes
„erunt gloriæ Dei. *Confitemini Domino Domi-*
„*norum*, illorum nempe qui peccati corpora
„dominationi ſuæ per ſubjectionem vitiorum
„ſuorum ſubdunt. *Qui fecit mirabilia magna*
„*ſolus*. Nam quidquid in Moyſe, Joſue & aliis
„geſtum eſt, ad eum refertur, cujus virtus
„illa geſſit. *Qui fecit cœlos in intellectu*, non
„confuſos & inordinatos, ſed optimo ordine
„diſpoſitos. *Qui firmavit terram ſuper aquas.*
„Satis ſit terram ſuper aquas pendula firmita-
„te conſiſtere ex prophetica auctoritate nos
„didiciſſe, altius nos quærere ratio tractatus
„præſentis non ſinit. *Qui fecit luminaria mag-*
„*na ſolus.* In quibus abſoluta oſtendendæ
„miſericordiæ Dei Doctrina eſt. De his au-
„tem, quæ de Ægypti negotiis intelligi ſpiri-
„tualiter oportet, tractatus pſalmi anterioris
„complexus eſt, ad quorum confirmationem
„hoc dictum accedit: *Qui diviſit mare rubrum*
„*in diviſionem.* Evadentes Ægyptum, id eſt,
„ſæculum hoc, & ad terram repromiſſionis,
„hoc eſt, beatam hæreditatem euntes per hu-
„jus ſæculi turbidos æſtus tranſibimus, in quo
„plures ad iter diviſiones ſunt: aliis enim per
„jejunium iter eſt, aliis per pudicitiam, &
„ſic de reliquis. Concluſio autem pſalmi, ut
„hæc omnia de futuris intelligantur, majore
„fide firmat, cum ait: *In humilitate noſtra me-*
„*mor fuit noſtri Dominus*, cum nimirum ipſam
„humilitatem noſtram corporeus natus aſſumit,
„&

„*Et redemit nos de manu inimicorum noſtrorum,*
„per ſanguinem, paſſionem & reſurrectionem
„ſuam a diabolo; *eſcam* inſuper *dando omni*
„*carni*, incorruptam æternam panis vivi &
„cæleſtis, quorum omnium cauſa eſt, quoniam
„in ſæcula miſericordia ejus, & ob hoc *con-*
„*fitendum Deo cæli*; nam quod cælum, quod
„terra, quod cætera ſunt, quod ſumus, qui
„non fuimus, quod erimus, quod ſumus cau-
„ſam aliam non habet, niſi miſericordiam
„Dei, qui ad conſortium bonorum ſuorum
„naſci nos voluit, ille qui bonus eſt; unus
„enim bonus eſt, ait D. N. Jeſus Chriſtus, qui
„eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus CXXXVI.

1. „*Super flumina Babylonis illic ſedimus &*
„*flevimus, cum recordaremur tui Sion.*
„Quiſquis in crimine primi parentis Adam
„exulem ſe factum illius Sion recordabitur,
„in qua ſine crimine vita eſt, & traditum ſe
„ſæculo confuſionis hujus tamquam Babylo-
„nico traditum corpori, quod vitiorum pertur-
„batione confuſum eſt, recte & ipſe ſpiritaliter
„captivus proclamabit: ſuper flumina Baby-
„lonis &c. *In ſalicibus in medio ejus ſuſpendi-*
„*mus organa noſtra*, id eſt, in media ſæcula-
„rium confuſionum captivitate hi, qui amiſ-
„ſam Sion recordantur, qui in Adam extor-
„res ſe factos eſſe cæleſtis Hieruſalem memi-
„nerunt, qui & captos ſe in Babylonia ſen-
„tiunt, hi ſedentes & flentes organa ſua, id
„eſt corpora ſua in ſalicibus, hoc eſt, ad for-
„mam

„mam sanctorum virorum suspendunt, a ter„renis desideriis se erigentes. Sed licet per „continentiæ studium in salicibus nostra suspen„sa sint corpora, qui tamen captivos nos effi„ciunt, non quiescunt, sed *illic interrogave„runt nos, qui captivos duxerunt nos verba can„tionum, & qui abduxerunt nos; hymnum canta„te nobis de canticis Sion.* Qui laborant a vitiis „desinere, incentivo tamen consvetudinis agi„tantur, ita ut etiam inter divinos hymnos „& sacras lectiones harum nos captivantium „cupiditatum cogitatio subrepat. Sanctus vero, „qui organa sua in salicibus suspendit, istis „qui captivos duxerant, consortium Sion can„tici negat, neque inimicis sibi virtutibus „sanctarum cantionum verba communicat, sed „eis respondet: *Quomodo cantabimus canticum „Domini in terra aliena?* Polluta enim terræ „corpora audire de canticis Sion nihil possunt, „& aliena a Deo erunt, si lege peccati cæpe„rint esse captiva. Sed memoria semper cæ„lestis illius Hierusalem & Sion continenda „est, vel dum redhiberi optatur, vel dum fle„tur amissa, id enim sequitur.

2. „*Si oblitus fuero tui Hierusalem, oblivi„scatur mei dextera mea*, id est, in dextera ju„dicis venturi non collocet. *Adhæreat lingua „mea gutturi meo, si non meminero tui.* Id est, „a Dei laudibus mutus Seraphinorum choro „Deo sanctus jugiter concinentium non con„jungar. Sed & per id, quod sequitur: *si „non proposuero Hierusalem in principio jucundi„tatis meæ*, prophεta sibi principium lætitiæ *aspiratio ad cælestem Ierusalem.*

„proponit Hierusalem, in quo receptus immor-
„talis erit, angelorum coetui admiscebitur, in
„regnum recipietur, & conformis gloriae ip-
„sius fiet. Nescit ergo alia gaudia solam sibi
„Hierusalem gaudii initium proponens: & quia
„meminit, per multa vitiorum incentiva eo
„esse veniendum, veretur, nequid sibi vitio-
„rum adhaerescat, ideoque Deum precatur.
„*Memento Domine filiorum Edom in die Hierusa-
„lem, qui dicunt: exinanite, exinanite quoadus-
„que fundamentum in ea.* Edom interpretatur
„terrenum vitia ergo terreni corporis nostri fi-
„lii Edom nuncupantur. Haec ergo vitia sen-
„sibus nostris imperant, ut omnibus bono-
„rum virtutum studiis usque ad fundamentum
„fidei, quod Christus est, nos exinaniant:
„contra quae nos praemunit Propheta dicens:
„*Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi
„retributionem tuam, quam retribuisti nobis*, id
„est, beatus qui carmen suam dominatui ani-
„mae subjecerit, & dominatum carnis in spi-
„ritum, quo illa uti solebat, demutaverit, &
„retributionem suam illi retribuerit. *& qui te-
„nebit, & allidet parvulos suos ad petram*, & in
„exordio statim inhonestas appetitiones ex
„voluntate carnis ortas primum intra jus vir-
„tutis cohibebit, deinde eas ad fidem & me-
„tum Dei & ad petram Christus elisas eneca-
„bit; ipsi Unigenito Deo ac Domino nostro
„gloria & laus in saecula saeculorum. Amen.



Psalmus CXXXVII.

1. „Confitebor tibi Domine in toto corde meo, „quoniam audisti verba oris mei. Sive „propheta laudem Deo confitetur, quia ver„ba oris ejus audita sunt; sive jam omnibus „peccatis desinentibus confitetur, fidei no„stræ utrumque conveniens est; ut & Deum „laudemus, & confiteamur intellecta peccata. „Sequitur: *Et in conspectu Angelorum psal„lam tibi.* Parum sibi existimat, ut homini„bus tantum præsentibus psallat, quia homi„nes corporalium tantum negotiorum officia „inspiciunt: in eo enim quod psallit motum „complacitæ Deo operationis ostendit. Non „ergo ea, quæ videntur in corpore cerni de„siderat, sed ea quæ spiritaliter naturæ spiri„tales contuentur gerere festinat: scit enim „se sub specula angelorum vitam omnem mo„resque agere, & ubique hæc divinorum „mysteriorum auxilia fidelibus cunctis assistere „*Ps.* 33. legem etiam Moysi in manu media„toris per Angelos fuisse dispositam docet Apo„stolus: nec non & Helisæus absolutissime do„cuit, humanas infirmitates angelorum auxi„liis defendi, & in omnibus periculis, si fides „maneat in nobis, adesse spiritalium virtutum „defensionem: namque cum rex Syriæ capere „Geth urbem, in qua idem Helisæus prophe„ta esset, pararet, & nocturnis itineribus ex„ercitum suum, qui antelucanus urbem obsi„deret, destinasset, puer Helisæi conspecta „obsidione dixit: o Domine! quid faciemus? „& dixit Helisæus, noli timere, quia plures

Angelorum custodia.

„nobiscum quam cum illis, & oravit Helisæus ad Dominum: adaperi Domine oculos pueri hujus & videat. Et aperuit Dominus oculos pueri & vidit, & ecce mons erat plenus equis & curribus in gyro Helisæi, & descenderunt ad eos. Tantus & tam nobilis Propheta solus contemplatione auxiliorum spiritalium dignus est, sed oratio ejus ad Deum visum incorporalium etiam puero suo meruit. In horum igitur adsistentium humanis auxiliis angelorum conspectu psallit propheta spiritalibus spiritalium operum contemplatione placiturus. Sed & ait: *adorabo ad templum sanctum tuum*, non in templo, nequid secundum consvetudinem Judæorum corporaliter loqui videretur, sed ad templum, id est apud templum spiritu & corpore adoraturus, unde ait: *Et confitebor nomini tuo super misericordiam tuam & veritatem tuam.* Ab hæreticorum confessione confessionem suam propheta discernit perfectæ fidei tenens ordinem, cum in nomine Deum Abrahæ, Isaac & Jacob, in misericordia poenitentium misericordem, in veritate Verbum caro factum confitetur: causa etiam confessionis hinc sumitur: *Quoniam magnificasti super omnia nomen sanctum tuum.* Templa collapsa, simulacra mutata, unum Dei nomen in omnibus gentibus sanctum est, adest enim semper in se sperantibus sanctis suis: nam

Deus sperantes in se exaudit.

2. „*In quacunque die invocavero te, exaudi me*, nec diffidit Propheta, quid in quacunque die exauditus obtineat, sequitur enim: „mul-

„*multiplicabis in anima mea virtutem*, ut omnes „tribulationes & tentationes, magna virtute „tolerentur, & ob hanc concessam gratiam „*confiteantur tibi omnes reges terræ*, non gen„tium, sed sui uniuscujusque corporis rex „desinente in se regno peccati, *quia audierunt* „*omnia verba oris tui*, & in reges se constitutos „sciunt: neque solum confiteantur, sed & „*cantent in viis Domini*, viæ Domini sunt Pro„phetæ in unam viam unumquemque via sua „dirigentes, in his euntdum & hymnis prophe„talibus concinendum, *quoniam magna est gloria* „*Domini*, nam magnitudinem gloriæ ejus ip„sius opera, cælum & terra & reliqua testan„tur. Sed & *excelsus Dominus*, & *humilia re*„*spicit*, nempe cor contritum & humiliatum, „& *alta a longe cognoscit*, quia & per indig„nitatem abest ab insolente, & per virtutem „quæ longe sunt superba cognoscit. *Si ambula*„*vero in medio tribulationis, vivificabis me*. Non „abnuit iste justus, ne in tribulationibus am„bulet, quia hæ patientiam operantur, sed „quia scit imparem se tribulationibus sine auxi„lio Dei esse, per eum se vivificandum confi„dit, ait enim: *super iram inimicorum meorum* „*extendisti manum tuam*, & *salvum me fecit dex*„*tera tua*, *Dominus retribuet pro me*, super „iram inimicorum, per quos diabolus opera„tur, manus seu virtus Domini extenditur, & „sperantes in se salvos facit, & retribuit illis, „quia illi vindicta servanda est. Concludit „denique fidelissimæ spei voce: *Domine miseri*„*cordia tua in sæcula, opera manuum tuarum non* „*omittas*, homines scilicet, quibus sis auxilia-

„tor assiduus per D. N. Jesum Christum, qui „est benedictus in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus CXXXVIII.

Christus probatus & cognitus.

1. „*Domine probasti me, & cognovisti me.* Ita „loquitur Christus ut homo, qui pro„batus est & cognitus, humilitas namque ejus „probata fuit, dum a Joanne baptizari voluit, „cognitus autem fuit per vocem de cælo. *Hic „est Filius meus dilectus &c. Matth.* 3. Proba„tus est in deserto, ubi tentationi diaboli sub„jicitur, cognitus autem fuit, dum angeli „ministrabant ei. In ceteris quoque quoties „probatus est, toties & cognitus est. Sequi„tur: *Tu cognovisti sessionem meam & resur„rectionem meam.* Cognoscitur itaque in sessio„ne & surrectione doctrina atque opus, quia „& sermone & opere Dei in se Patris gloriam „prædicabat. *Intellexisti omnes cogitationes meas „de longe*, cogitationes ejus, humilitatis sci„licet & patientiæ longe ante intellexit, quia „de his erat prophetarum ore testatus. *Semi„tas meas & directiones meas investigasti*: omnia „scilicet, quæ erant ei in passione præscripta „a Deo pervestigata sunt, uti fuerant prophe„tata: ac nequid ex iis, quæ gessit & passus „est, incognitum fuisse Patri existimaretur, „generaliter cuncta conplexus est, dicens: *Et „omnes vias meas prævidisti*: prævidit etiam hoc, „*quia non est dolus in lingua mea*, quia est ve„ritas, via & vita: Patrem Deum prædicat, „se vero esse & hominis & Dei Filium confi„tetur, dolum prædicatio ista non habuit, „quæ

„quæ & de se, & de honore ejus qui se mi-
„serat fatebatur. Proficit deinde sermo, &
„ad significationem naturæ in eo cælestis ex-
„tollitur, cum ait:

2. „*Ecce tu Domine cognovisti omnia novis-* *Deus ubique est.*
„*simu & antiqua.* Novissima sunt, cum pro-
„basti, cum cognovisti, & cætera, quæ sunt
„hominis, quem assumpsit: antiqua sunt,
„quæ indefiniti temporis significant vetusta-
„tem, in principio enim erat Verbum: in eo
„autem quod sequitur: *Tu formasti me, &*
„*posuisti super me manum tuam*, utrumque sig-
„nificat, ut quod formavit, scilicet secundum
„naturam divinitatis, antiquum sit, quod su-
„perposuit manum quoad corpoream nativita-
„tem, novissimum sit. Et quia in utroque
„tempore novissimo & antiquo vel ipse prædi-
„cando, vel in Apostolis & prophetis loquen-
„do cognitionem Dei mirabilem fecit, ait:
„*mirabilis facta est scientia tua ex me*, quia mi-
„rabile est, Deum ubique esse, & nusquam
„abesse. Illud autem: *Et non potero ad eam*,
„significat, quod Filius Dei ad Patrem, ex
„quo est, non possit exæquari, nam quamvis
„alter in altero per similem ejusdem naturæ
„gloriam maneat, tamen & ex quo genitus
„est, non exæquari in eodem videtur posse
„quod genuit: id quod etiam ex eo patet,
„quod sequitur: *Quo ibo a spiritu tuo, & quo*
„*a facie tua fugiam*: in quo Filius Dei tempus
„illud, quo & ipse spiritus in spiritu paternæ
„gloriæ ante assumptionem hominis mansit,
„ostendit, non enim poterat spiritu quoquam

„abesse, qui spiritus est. At cum ait: *a facie* „*tua quo fugiam?* assumptae a se infirmitatis do„cuit aetatem, humana enim infirmitas faciei „Dei non patitur occursum *Exod.* 33. & judi„cium Dei nemo fugere potest. Sequitur quo„que ratio dictorum ut utrumque ex eo, quod „& homo & Deus erat, dixerit: *si ascendero* „*in coelum, tu illic es,* hoc divinitatis proprium „est: *si descendero in infernum ades:* humanae „ista lex necessitatis est, ut consepultis corpo„ribus ad inferos animae descendant, quam de„scensionem Dominus ad consummationem ve„ri hominis non recusavit. Id autem *quo abi*„*bo,* fugiam, *ades,* ad illam doctrinam per„tinet, per quem Deus in omnibus esse cog„noscatur. Porro unitatem Dei & hominis „ostendit dicens: *si sumpsero pennas meas ante* „*lucem, & habitavero in postremis maris, etenim* „*illuc manus tua deducet me, & tenebit me dex*„*tera tua.* Cum sumsit pennas, corpore non „gravatur, cum suas sumpsit, docet hanc evo„landi sibi semper esse virtutem; cum ante lu„cem sumpsit, tempus resurrectionis osten„dit, cum in postremis maris est, loca omnia „ut Deus excedit, cum deducitur manu, non „timet, cum tenetur dextera Dei, non deci„dit. Idem sermone humanae & divinae na„turae decurrit, cum ait: *& dixi forsitan te*„*nebrae conculcabunt me;* quod ne ad naturae „suae trepidationem posset intelligi, sed impiae „de se intelligentiae significaret incertum, „continuo subjecit, *& nox illuminatio in delitiis* „*meis.* Domino passio delitiae sunt, dum ho„minem redimit, & delitiis paradisi restituit.

„In

„In his passionis delitiis nox ei illuminatio est, „*quia tenebræ non obscurabuntur a te*, non enim „tenebras sentit virtus indemutabilis, & in„fernam noctem lux vera non patitur; sequi„tur enim: *Et nox sicut dies illuminabitur*, *si*„*cut tenebræ ejus ita & lumen ejus*: illo potente, „ut lux sit in tenebris, tenebris non potenti„bus obscuritatis suæ nocte lumen indefessi lu„minis comprehendere.

3. „*Quia tu Domine possedisti renes meos*, „*suscepisti me de utero matris meæ.*„ Christus hic „iterum se & hominem & Deum docet: cum „enim a Deo possidentur renes ejus, & matris „utero suscipitur, corporalis in eo conditio „monstratur, & qui a matris utero suscipitur, „non ad opera sæculi suscipitur, sed omnis „ejus est voluntas ac labor, Patrem prædica„re, & acceptum ab eo calicem bibere; hæc „enim hominis sui, quem assumpsit officia „sunt. Sed cum ait: *confitebor tibi*, *quia ter*„*ribiliter mirificatus es*, confessionem omnem „terribilis de se admirationis ad gloriam di„vinæ substantiæ suæ reddit, mirificatus autem „terribiliter est, dum hora crucis tenebræ sunt, „saxa rumpuntur & reliqua quæ in Evangelio „& Actibus Apostolorum memorantur, omnem „autem qua terribiliter mirificatus est, digni„tatem ad opus ejus refert, cujus & paruit „voluntati dicens: *mira opera tua*, *& anima* „*mea novit valde.* Humanæ infirmitatis vox „ista non est, ut mira opera Dei valde se „nosse jactet; soli hoc competit, qui ait: nemo „novit Patrem, nisi Filius *Matth.* 11. in eo *Christus Deus & homo.*

„enim quod ait, valde perfectam scientiam „intimae cogitationis ostendit: & quia omnia „mira opera Dei anima ejus valde novit, me„morat, quod nobis paternae operationis non „sint occultata mysteria, dicens: *non est oc„cultatum os meum a te, quod fecisti in occulto.* „Os Christi ecclesia est, cui omnia mysteria & „ecclesiasticae spei Sacramenta revelata sunt, „scilicet Incarnatio Christi, glorificatio nostra, „quod Christus sit in nobis, in pauperibus, in „humilibus, *& substantia mea in inferioribus „terrae*, id est, omnibus humilitatis officiis. „Procedit deinde secundum profectum Evan„gelium sermo psalmi cum ait:

Apostolorum gloria. 4. „*Imperfectum meum viderunt oculi tui*; id „est Apostoli me non factum esse Verbum Dei „cognoverunt, unde *in libro tuo viventium om„nes scribentur*, *die* seu luce veritatis *replebun„tur*, *& nemo in his*, praeter lucem, qua re„pleti sunt, caeterarum enim rerum ambitio„onis, odii, & reliquorum vitiorum effecti „sunt incapaces. Dignum igitur testimonium „sumunt: *mihi autem nimis honorificati sunt ami„ci tui Deus*, cum die pleni sunt, cum in his „nemo est, sed *& nimis confortatus est principa„tus eorum*, ecclesiae scilicet ab illo in toto or„be fundatae. Et ut ad Ecclesiae populos re„ferri hoc intelligeretur, adjecit: *dinumerabo „eos*, *& super arenam multiplicabuntur*. Quis „enim ambigat, secundum ecclesiam toto in „orbe numerosam multitudinem gentis Judaeae „copia in Christo credentium praeveniri; atque „ideo super arenam multiplicabuntur, quia „co-

„copiosiores his erunt, qui ex legis impio po„pulo terreni & aridi significantur in *arenis*.

5. *Surrexi, & adhuc tecum sum.* Surrexi ad „resurrectionis Christi gloriam futuram spe„ctat: id vero *& adhuc tecum sum*, nondum „temporis esse significat, ut resurgat, quia „nondum tempus est passionis, cum se adhuc „cum Deo esse profiteatur. Quod autem ait: „*si occidas Deus peccatorem*: peccator occiditur, „cum generatio vitae spiritualis vitiorum om„nium & peccatorum morte renovatur. Se„quitur deinde: *viri sanguinum*, quorum adu„lanti silentio plures in interitum incidunt, vel „haeretici, *declinate a me*, quia *contentiones in* „*cogitatione*, *accipient in vanum civitates suas*. „Viri sanguinum sunt propter deperditarum „reatum animarum, declinare jubentur, quia „contentiones & nihil pacificum cogitant; in „vanum Dei civitates accipiunt, infructuosa„rum Ecclesiarum caetus, per Schismatum „dissidia reddentes. Sed quia pax & justitia „veritas est, affectum in eos suum osten„dit, dicens: *nonne odientes te Domine odivi, &* „*super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio* „*oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Est „religiosum odium, quoties in nobis odio est, „qui Deum odit, inimicos nostros amare prae„cipimur, non Dei. Concludit ergo: *Proba* „*me Deus, & scito cor meum, interroga me, &* „*scito semitas meas: Et vide, si via iniquitatis in* „*me est, & deduc me in viam aeternam*, quae hu„manae naturae fiducia non est, sed illius, qui „solus extra peccatum est D. N. Jesus Christus,

Resurrectio Christi.

„qui

„qui est benedictus in saecula saeculorum.
„Amen.

Psalmus CXXXIX.

Persecutiones Christi.

1. „*Eripe me Domine ab homine malo a viro „iniquo libera me.* Propria haec esse „oratio Domini ex consequenti docetur. Sed „qui eripi se ab uno homine malo & iniquo „deprecatus est, in quo significare traditorem „suum existimatur jam de pluribus malam in „corde cogitantibus loquitur, dicens: *Qui co-„gitaverunt malitias in corde, tota die. Acu-„runt linguas suas sicut serpentis, venenum aspi-„dum sub labiis eorum.* Adversum Dominum „secundum Evangelicas narrationes nullum „tempus vacuum fuisse ab insectantium odiis „invenimus, nihil est, quod non ei plenum „insidiis sit, quod non vipereae linguae veneno „objectum sit. Unde fit repetitio orationis „ejusdem, & quae antea fuerat de verbis, nunc „fit querela de factis. Custodi *me Domine de ma-„nu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me: „qui cogitaverunt supplantare gressus meos*, de „Christo occidendo, post depulsam Lazari ne-„cem cogitando; & *absconderunt superbi laqueum „mihi*, Sadducaei nimirum de resurrectione „subdole interrogantes: *& funes extenderunt in „muscipulam pedibus meis:* cum tributum po-„scitur, & de tributo caesari dando interroga-„tur: & *continuata* semitis *scandala posuerunt „mihi*, cum de mandatis legis, de repudio „tractaretur. Quare vero & nobis ejusmodi „funes, laquei, & scandala tenduntur, oran-„dus

dus est Dominus ut ab his laqueis fidei nostræ pennis evolemus, uti sequitur:

2. „*Dixi Domino, Deus meus es tu:* non le- *Confusio*
„vis fiduciæ est, Domino dixisse: Deus meus *inimico-*
„es tu, loqui istud mens libidinosa, ebria non *rum Chri-*
„potest. Post hanc vero confessionem sequi- *sti.*
„tur: *inaurire Domine vocem orationis meæ:* honoris confessio præcessit, exaudiendæ autem orationis precatio consequitur; sed in eo, quod sequitur: *Domine virtus salutis meæ,* non communis est fiduciæ confessio, orat enim, ut non virtutis suæ salus, sed salutis suæ virtus a Deo sit: & orat per hanc confidentiam, qua ait: *obumbrasti super caput meum in die belli,* scit enim se in die gloriosi illius belli, quo mortem perimet, & omnes potestates inimicas triumpho crucis suæ configet, obumbratum protectumque iri. Securus itaque precatur: *ne tradas me a desiderio meo peccatori:* scilicet, ne aliquid peccatori ex desideriis suis tradatur, sed in se omnia, quæ sibi desiderata prophetata sunt, impleantur: orat autem de his, non quod implenda non essent, sed ut de se prophetata esse intelligi possint. *Cogitaverunt,* inquit, *adversum me, non derelinquas me, nequando exaltentur.* Maxime adversus eum cogitarunt, ut pecunia militibus collata, fama ab his furati corporis venderetur, sed eo in corpore rursus adstante inanis hæc cogitatio fuit, nec relictus illis se exaltandi locus. Nam *caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos;* ut cum alii immortalitatis gloria induantur, illi im-

„pie-

„pietatis suae pudore & damnatione diaboli „capitis sui operiantur. Et quae ea damnatio „esset, adjecit: *cadent super eos carbones ignis*, „*super terram dejicies eos, in miseriis non subsi-* „*stent.* Haec impiorum operimenta sunt, haec „irreligiosorum aeterna vestis est, carbones & „ingruentes aeternae miseriae. Praeterea *vir* „*linguosus non dirigetur super terram; virum in-* „*justum mala capient in interitu:* in viro linguo- „so Judas proditor ostenditur, qui sero crimi- „nis sui scelere comperto laqueo se vita & fi- „de profugus suspendit; nihil directum & sim- „plex in eo, „fur antea, dehinc proditor, nec „vitae veniam potuit habere nec mortis. Non „nescius itaque hujus vindictae suae Unigeni- „tus Deus ait: *cognovi, quia faciet Dominus* „*judicium inopis* Christi secundum hominem, & „*vindictam pauperum*, qui Dominum exemplo „passionis secuti sunt. *Attamen justi confitebun-* „*tur nomini tuo*, adhuc etiam in carne positi, „& *habitabunt recti cum facie tua*, quos jam di- „vinitatis honore claros conregnaturos ipsi Deo „Patri tradet in regnum D. N. Jesus Christus, „qui est benedictus in saecula saeculorum. „Amen.

Psalmus CXL.

1. „*Domine clamavi ad te, exaudi me.* Pro- „pheta totus ad Deum spiritu oratio- „nis non vocis sed fidei clamore precatur, nam „subdit, *intende voci orationis meae dum clamabo* „*ad te:* per id namque quod intenditur, fidei „inspectio est, non clamoris auditio. Sequi- „tur:

„stur: *Domine dirigatur oratio mea sicut incensum* „*in conspectu tuo.* Oratio, quæ externarum co„gitationum interventu depravatur, non diri„gitur; sed quod ait: *sicut incensum*, intelligen„dum est, quatuor esse genera orationum, „precationes, orationes, postulationes, gra„tiarum actiones. Humilitatis nostræ est de„precari; magnificentiæ Dei est orari, fidei „est, postulare, confessionis & laudis est gra„tulari. Et forte quatuor illa genera odorum „ad unum incensum seu thymiama ex Stacti, „onyche, & thure compositum his orationum „generibus aptantur. Qui autem deprecatus „est, orationem suam dirigi ut incensum, „etiam ait: *allevatio manuum mearum sacrifi„cium vespertinum:* id est, opera misericordiæ „proximis exhibita sacrificium vespertinum seu „novissimorum temporum, Evangelii nempe, „sunt, in hæc manus elevandæ sunt, quia his „orationibus regni cœlestis præparata posses„sio est. Recolens autem propheta, de omni „se verbo otioso in die judicii rationem reddi„turum orat:

2. „*Pone Domine custodiam ori meo, & ostium* „*circumstantiæ labiis meis:* periculosus enim lin„guæ & promptissimus lapsus est, & ex ea „maledictum & alia crimina efferuntur. Præ„terea *non declines cor meum in verba malitiæ,* „*ad excusandas excusationes in peccatis, cum ho„minibus operantibus iniquitatem.* Cum ex in„nocentiæ studiis in vitiosam voluntatem de„cidimus, cor nostrum in mala verba decli„nat, & quærimus, ut excusationem peccati *Lingua custodia.*

„ad-

„admissi excusemus, & incredibile est, quo „cordis labore & verborum exquisitione excu„sationes suas hæretici excusent. In quæ om„nia ne declinet cor suum justus exposcit, *non* „*combinabo cum electis eorum*, scilicet per con„sortium factionis, sed *corripiet me justus*, ait: „*& increpabit me in misericordia;* & fidei suæ „& humanæ infirmitatis memor corripiendum „se in his ait, quæ justæ misericordiæ argu„tione sunt digna. Orat autem & aliud, ne „doctrinis peccatorum imbuatur, neve usque „ad peccandi usum per misericordiam decidat, „dicens: *oleum autem peccatoris non impinguet* „*caput meum:* ubi vult, eum, qui nos doceat „& arguat, conscientiæ puræ esse.

Peccatorum vindicta. 3. *Quoniam adhuc & oratio mea in benepla„citis eorum.* Quia adhuc orante propheta ad„huc in beneplacitis seu peccatis suis mali per„sistunt; tamdiu in beneplacitis eorum ejus „oratio est, quamdiu illis placitum fuerit pec„care. Idcirco *absorpti sunt continuati petræ ju„dices eorum.* Adveniente Christo, qui est Pe„tra, cum ei hi peccatores electi, & judices „ipsi jungentur seu continuabuntur, absorben„tur, nam *audient*, inquit, *verba mea*, *quia* „*potuerunt*, vel audire, vel absorberi, nec so„lum audient, sed *tamquam crassitudo terræ* „*erupta est super terram:* id est, omnis terræ „seu corporis nostri crassitudo ex naturæ suæ „lege vitiis effossa erumpit, & capax sui non „est, in perniciem suam ne in se reformari pos„sit exæstuans, de quo dolens propheta ait: „*dissipata sunt ossa nostra secus infernum.* Ex

„com-

„compassione se, cum suis proximis tamquam „ossibus suis secus infernum abigi, dispergi, „dissipari in peccatorum calamitate existimat. „Quod ne fiat, orat: *quia ad te Domine oculi* „*mei*, non vero in vanas & vitiosas res & ob- „jecta, *in te speravi*, *non auferas animam meam*, „scilicet a gloria constituti sibi honoris. Mul- „ta autem spei suæ pericula esse non ignorat, „cum ait: *custodi me a laqueo*, *quem statuerunt* „*mihi*, *& a scandalis operantium iniquitatem*, ubi- „que laquei, ubique sunt scandala: laqueus est „incentivum appetitionis inhonestæ: Scanda- „lum autem est uxor irreligiosa, filius iniquus, „& alii ad iram & alia vitia nos provocantes. „Verum *cadent in retiacula ejus peccatores;* ca- „dent autem peccatores, non tunc peccato- „res, cum ceciderint, effecti, sed cadentes „ob id, quia peccatores captioni retiaculi op- „portuni effecti sunt: Propheta autem per fi- „dem & spem suam tutus confidenter ait: *sin-* „*gulariter sum ego*, *donec transeam*. Deo dedi- „tus nullis aliis negotiis occupatus singularis „est, donec transeat de morte ad vitam, si- „cut dixit D. N. Jesus Christus, qui est bene- „dictus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus CXLI.

Intellectus David cum esset in spelunca oratio.

1. „*Voce mea ad Dominum clamavi.* Hæc non „tam David de se ipso, quam de Do- „mino per David dicta intelligitur oratio; „egre- *Bonæ orationis conditiones.*

„egregie autem verborum ordo dispositus est. „Primum voce clamatur, quia fidelis viri ta„cita expectatio Deo clamor est: deinde voce „oratur, id est, fidei petitio verbis effertur. „Tertio *in conspectu Dei oratio effunditur*, de „profundo & interno fidei fonte. Quarto *tri„bulationem suam pronuntiat*, & ab assiduitate „orationis non impeditur, licet ab eo ad diffi„cultatem *deficiat spiritus suus*. Sed ulterius „clamat: *Tu cognovisti semitas meas: in via hac „qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.* „Hæc tam Christi secundum hominem, quam „Davidis oratio esse potest, sicut & illud quod „sequitur: *considerabam ad dexteram, & vide„bam, quia non est, qui cognoscat me*: quod in „Domino tempore passionis impletum est, cum „euntem eum ad crucem nemo comitatus est, „quos ad possessionem regni cœlestis separatos „a sinistra ad dextram præparabat, & propter „quos natus & passus est. Et per oblationem „spontaneæ voluntatis, *fuga ab eo periit*, cum „nullus *animam ejus*, id est, virtutem vitæ „ejus, quæ per tot signa divinitatem ejus pro„babat, *requireret*. Jam illa, quæ sequuntur „per eum etiam tempore passionis gesta sunt: „nam clamans dixit: *Tu es spes mea*: cum ait: „Pater commendo in manus tuas spiritum „meum *Luc*. 23. *Portio* etiam *in terra viven„tium* est, cum latroni eodem die incolatum „paradisi promittit. Redit deinde ad oratio„nis suæ modestiam dicens:

lia- 2. „*Intende orationem meam, quia humilia-*
risti. „*tus sum nimis:* formam servi accipiens, &

„obe-

„obediens factus, usque ad mortem crucis. „*Libera me a persequentibus me, quia confortati* „*sunt super me*, cum crucifere audent. Dein„de rogat: *Educ de custodia animam meam*, sci„licet de inferis, *ad confitendum nomini tuo Do*„*mine*, resurrectio enim ejus paternæ in se „virtutis prædicatio est, quia potestas ei om„nia ex Patre. Sed per quod sit Dei nomini „confitendum subjecit, dicens: *me expectant ju*„*sti, donec retribuat mihi*; scilicet nomen super „omne nomen: hæc ei a Deo retributio est, „ut ei corpori, quod assumpsit, paternæ glo„riæ donetur æternitas. Quæ autem sit justo„rum expectatio, docet Apostolus *Philip.* 2. „scilicet, ut conformes fiant gloriæ corporis „D. N. Jesu Christi, qui est benedictus in sæ„cula sæculorum. Amen.

Psalmus CXLII.

Ipsius David, quando persequebatur eum Absalon.

1. „*Deus exaudi orationem meam, auribus per*„*cipe obsecrationem meam*. Omnia quæ „hic sub prophetæ nomine dicuntur, etiam ad „Dominum sub forma servi & hominis refe„renda sunt. Primum ergo orationem suam „deprecatur audiri, quod humilitatis humanæ „est. Deinde secundum propheticam scien„tiam, ut *in veritate Dei audiatur*, postulat, „quem verum Deum profitetur. Tertio ut *in* „*justitia Dei audiatur*, qui rationem humanæ „infirmitatis habeat. Unde subdit: *Et non* *Oratio quomodo facienda.*

„*intres in judicium cum servo tuo, quia non justi-*
„*ficabitur in conspectu tuo omnis vivens*, cui gra-
„vissimus *hostis* dæmon semper imminet, eum
„ad interitum *persequitur*; qui *humiliavit*, ait;
„*in terra vitam meam; collocavit me in obscuris*
„*sicut mortuos sæculi*: obscuritas per corporis
„vitia effunditur, qua a cognitionis luce de-
„pulsi in tenebras sæcularium operum demer-
„gimur, & non quidem ut penitus carne mor-
„tui, sed tamquam mortui ob libertatem spi-
„ritus semper in se anxii reservamur: id enim
„sequitur. *Et anxiatus est super me spiritus*
„*meus, in me turbatum est cor meum: memor fui*
„*dierum antiquorum* Adami a diabolo decepti,
„& a paradiso exclusi; *& meditatus sum in ope-*
„*ribus tuis, & in factis manuum tuarum medita-*
„*bor*, ut talis homo sit, qualis a Deo factus
„est ante peccatum, quod quia sine gratia Dei
„fieri nequit, ideo

Gratiæ Dei necessitas.

2. „*Expandi manus meas ad te, anima mea*
„*sicut terra sine aqua*; quæ sicut infructuosa est,
„ita anima, nisi gratiæ & divini eloquii imbre
„perfundatur. Quare *velociter exaudi me Do-*
„*mine, defecit spiritus meus* sine divino munere
„gratiæ tuæ. Igitur *non avertas faciem tuam a*
„*me, & similis ero descendentibus in lacum*, qui
„pœna deputati e vita hac sine spe quietis ex-
„cesserint; de qua spe sua propheta non am-
„bigit, dicens: *auditam fac mihi mane miseri-*
„*cordiam tuam, quia in te speravi.* Matutinæ
„misericordiæ gaudium resurrectionis est tem-
„pus, in quo per misericordiam Dei potestas
„mortis infracta est, quam optat propheta au-

„dire,

„dire, & pergit: *notam fac mihi viam, in qua* „*ambulem*, & quæ ad cœlum ducit, *quia ad* „*te levavi animam meam*, quæ ad excelsa aspi„rat. Proinde *eripe me de inimicis meis Domi*„*ne*, *ad te confugi*, *doce me facere voluntatem* „*tuam*: nam qui putat se scire, nondum scit, „quemadmodum oporteat se scire. Sed *Spi*„*ritus Dei bonus deducet nos in terram rectam*, & „hoc quidem orare debemus *propter nomen* & „honorem *Dei*, qui *vivificabit nos in æquitate* „*sua*, abolita consuetudine vitiorum. In æqui„tate se Propheta vivificandum ait, quia „æquum est vitam retribui stipendiis sanctitatis. „Et cum per misericordiam Dei *educto eo de* „*tribulatione disperdendi sint ejus inimici*, ex me„ritorum diversitate vel in pœnam vel in mi„sericordiam judicium temperatur. Verum ut „etiam *inimici ejus pereant*, ea etiam causa est, „*quod servus Dei est*, *cujus animam persequun*„*tur*, cujus misericordia servis suis assistit per „D. N. Jesum Christum, qui est benedictus & „nunc & semper, & in omnia sæcula seculo„rum. Amen.

Psalmus CXLIII. David in Goliam.

1. „*Benedictus Dominus Deus meus*, *qui docet* „*manus meas in bellum*, *&* *digitos meos* „*in prælium*. Omnia hujus psalmi in eum ho„minem, quem Dominus in eo natus assump„sit, secundum spiritualem rationem & gesta „conveniunt. Manus igitur ejus edoctæ ad „bellum sunt, cum vicit sæculum, cum ex„tensus in crucem de omnibus virtutibus ac *Victoria Christi de diabolo.*

„potestatibus triumphavit, & diffidentia inter „se cœlestia & terrena pacificavit. Digiti „etiam ejus confixi in palmis vetus chirographum affixerunt cruci & deleverunt, cum „quibus omnia veterum criminum peccata „confixa sunt. Sequitur: *misericordia mea & „refugium meum, susceptor meus & liberator meus „es tu &c.* quæ ab eo dicta sunt, ut honorem „majestatis paternæ per humilitatis nostræ „confessionem prædicaret. Illud autem quod „ait: *subjiciens populum meum sub me*, non ex „persona unius Judaici populi dictum existimandum est, nam universitatem Ecclesiæ „unum populum nuncupavit. *Sui* autem omnes, quia sibi, quod sunt, tamquam autori „suo debent: subditi autem ei sunt, quia omnia data sunt ei in cœlo & in terra. *Domine „quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis quod deputas eum.* Confessio ista pulcherrima est, ut indignum se homo tanto munere testetur, & gratiam ejus, qui sibi hæc „largiatur, extollat, homo enim *vanitati similis effectus est, cujus dies tamquam umbra prætereunt*, qui per indultam Dei cognitionem „deputatur, ut Deo conformis fiat. Et quia „ex forma hominis Christus hæc orat, & scit „cum quanta gloria se Deus ex iniquorum manibus per resurrectionem suam eripiat, ait:

Victoria Christi de diabolo.

2. „*Domine inclina cœlos tuos & descende:* „inclinatum descendente eo cœlum est, cum „descendente eo ad assumendum hominem in „ejus nativitate famulatus cœlestis assistit: „item *tacti montes fumigant*, adventu enim Domini

„mini confracta diaboli potestas est, cum fidei „Sanctorum hominum subjectus est, & illi & „angelis ejus ignis æternus præparatus est: „qui etiam *dissipabuntur per coruscatas corusca-„tiones*, id est, per Apostolicas prædicationes, „& splendorem doctrinæ Dei, quæ condensam „illam dæmonum virtutem coruscationis luce „disperget. *Sagittæ etiam emissæ conturbabunt „eos*, cum regni cœlestis beatitudo prædicabi-„tur, honor sæculi contemnetur &c. Sed & „*ex alto manus Domini emittetur*. Christus scili-„cet, per quem homo a laqueis mortis & „damnationis eripitur. Sequitur enim: *Eri-„pe me de aquis multis, & de manu iniqua filio-„rum alienorum*, peccatorum, qui a diabolo „patre sunt: quorum os locutum est *vanitatem*, „dum regem sæculi cæsarem in regnum æter-„num vocati elegerunt: *& dextera eorum dex-„tera iniquitatis*, cum palmis Christum cædit, „virgis laniat &c. Post hæc fortiter superata „ait: *Deus canticum novum cantabo tibi*. Can-„ticum hoc novum est, quod omnis terra eum „cognoscat, & invisibilis & beatæ æternitatis „rex prædicetur, & in Christo naturæ suæ car-„nem in æternæ salutis substantiam transfor-„matam esse omnes gentes agnoscant. *In „psalterio* autem *decachordo psallam tibi*, vel „quod decem chordarum sit, vel quod decem „verborum organo atque gestis cantico novo „cantetur. *Qui das salutem regibus* ad cœleste „regnum vocatis, *qui liberas David servum „tuum*, sive Christum cujus liberatio salus re-„gum cum eo in cœlo regnantium est. Eri-„pitur vero hic David *de gladio maligno*. Jus

„enim animæ. ejus manus irreligiosa non ha„buit, quam ipse posuit, cum voluit.

Terrena bona falsa. 3. „Consummat denique cantionem novam „novæ confessionis hymno terrena judicia & „sæcularium bonorum falsa gaudia condem„nans; quæ sunt: *loqui vanitates*, sub pretio „*iniquitatis* ditescere, gloriari in *filiis* adultæ „ætatis, quorum efflorescentes *anni novellæ* „*plantationis stabilitate* confidunt: optare spe„ciosi corporis *filias* & eas *in modum templi* „inutili pecuniæ damno *ornare*: *promptuaria* „seu horrea fructibus rumpere, & *ex uno in* „*aliud eructare*: geminatis quoque *oves fœtibus* „velle, quas *egressas* nullus feræ occursus im„minuat: delectari *boum suorum crassitudine*: „circumsepta domorum firma præbere ne *tran„seundi* per ea cuiquam sit potestas; non flere, „non lugere, sed a prospero felicitatis suæ cur„su nulla calamitatis molestia impediri. *Bea„tum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Sed pro„pheta scit, falsam esse hujus beatitudinis „opinionem, & econtra ait: *beatus populus, cu„jus Dominus Deus ejus*, qui erit Deus omnia „in omnibus, ipsi gloria, laus, honor, virtus, „imperium in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus CXLIV. Laudatio ipsi David.

Dei magnitudinis laus. 1. „*Exaltabo te Deus meus, & Rex meus.* „Christi laus in hoc psalmo decanta„tur: & Propheta hinc prædicandi Dei sumit „exordium, quod sibi Rex sit & judex. Sed „& nunc nomen ejus ob expectationem regni „be-

„benedicit, eum ait: *benedicam nomen tuum in* „*sæculum*. Et quia scit, se gratiam Deo & re„gi suo, etiam cum in regno ejus manet, de„bere, adjecit: *& in sæculum sæculi* id est, in „æternitate. Et quia prophetalis perfectio fi„dei ab omni infirmitate libera est, ait: *per* „*singulos dies benedicam te*. Et quia Deus sicut „benedictus ita & laudabilis est, addit: Et „*laudabo nomen tuum in sæculum*, *& in sæculum* „*sæculi*. Dehinc sequitur. *Magnus Dominus* „*& laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est* „*finis*. Hæc Dei prima & præcipua laudatio „est, quod nihil in se mediocre, nihil circum„scriptum, nihil emensum & magnitudinis „suæ habeat & laudis. Quare merito *genera*„*tio & generatio laudabit opera tua*. Generatio „scilicet quæ ab Abraham per circumcisionem „cæpit, & generatio, quæ renovatur in Chri„sto per fidem Evangelicam. Laudare vero „opera Dei admonet, quod omnia per eum „potenter effecta sint, ideo subjecit: *& poten*„*tiam tuam pronuntiabunt*. Sed potentia ope„rum ea demum prædicanda est, quæ magni„ficentiam exequatur operantis, ob quod se„quitur: *magnificentiam majestatis tuæ*, quæ „quia sanctitatem laudantibus impertitur, ad„ditur: *& sanctitatem tuam loquentur*, quæ quia „admirabilia profert, subjicitur: *& mirabilia* „*tua narrabunt*, mirabilia autem hæc quia ma„lis terrori sunt, additur, *& virtutum terribi*„*lium tuorum dicent*: ex quibus omnibus, *mag*„*nitudinem tuam narrabunt*. Magnitudinis au„tem infinitæ est in Deo, quod terribile est „suave esse, & quod suave est esse terribile, ideo

„connexuit: *memoriam abundantiæ suavitatis* „*tuæ eructabunt*, cujus tamen memoriam, „memoria justitiæ moderari debet, unde „ait: *& justitiam tuam exultabunt.* Quia „vero misericors est, qui justus est, & miserans qui rex est, & dissimulans, qui Deus „est, necessario sequitur: *miserator & misericors Dominus patiens, & multæ misericordiæ*, „*suavis Dominus universis, & miserationes ejus* „*super omnia opera ejus*, quia quod misericors „est, salutis nostræ profectus est, ob quod de„debitum Deo honorem Propheta reddit, „dicens:

Providentia Dei.

2. *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua* „quæ magnificentiam Dei confitentur, sed & „*Sancti tui*, quibus rex esse dignatur: *gloriam* „*regni tui dicent*, ne ignorata non desideretur „usuris: *ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam*, & *gloriam magnificentiæ regni tui*, „ne desperetur æterna. Regnum tuum omnium sæculorum, *& dominatio tua in omni generatione & progenie*, cui omnia subjecta sunt, „& in quam fidelium spes se extendere debet, „quia *fidelis Dominus in verbis suis, & sanctus* „*in omnibus operibus suis* per quem nascimur, „vivimus, alimur, & copiis omnibus humanæ „naturæ congruis abundamus: *suffulcit enim* „*omnes qui ruunt*, non collapsos, sed cadentes, quos pœnitentia suffulcit; & *eriguntur* „*allisi*, quos per diaboli instinctum calens „ætas præcipitavit in casum, ignoratio compulit in errorem: blanditia naturæ egit in crimen, qui per admissi dolorem affectum profitentur inviti. Ideo autem cadentes suffulcit,

„cit, & erigit allisos, quia *oculi omnium in te* „*sperant Domine*, ne ex infirmitate cadant, „vel allidantur, & ille dat etiam *escam illo*„*rum in tempore opportuno*, seu omnia vitæ sub„sidia, & *aperiendo manum suam implet animam* „*nostram benedictione* seu donis cælestibus. Et „hoc ideo, quia *justus Dominus in omnibus viis* „*suis* cum infirmata donorum spiritualium „communione deducit, *& sanctus in omnibus* „*operibus suis*, cum universis fructus in tem„porum opportunitate suppeditat. Quippe *pro*„*pe est Dominus invocantibus eum, omnibus invo*„*cantibus eum in veritate* sine infideli ambigui„tate: nam *voluntatem timentium se faciet*, non „vitiosas voluntates, sed per metum innocen„tes, per fidem honestas, per reverentias ve„recundas: *Et hanc orationem eorum exaudiet*, „& *salvos faciet illos*, hoc enim timentes Deum „volunt, *qui custodit diligentes se*, æterni regni „participes reservando, cum econtra *omnes* „*peccatores disperdet*: qui nec ut homines ti„muerint, nec ut subditi oraverint, nec ut „donati vita eum dilexerint. Concludit Pro„pheta: *laudationem Domini loquetur os meum.* „Sed cum laudet, omne quoque ad benedi„ctionem Dei humanum genus adhortatur. „*Et benedicat omnis caro nomen sanctum ejus.* „Deinde benedictionem non temporariam esse „postulat, sed æternam *in sæculum, & in sæ*„*culum sæculi*. Nobis potius optandum, ut in „æternum benedicamus æternum, quia in „æternum benedicens, æterno illi necesse est „maneat coæternus Domino scilicet nostro „unigenito & primogenito Dei Filio Jesu Chri-

„sto,

„sto, qui est benedictus, in saecula saeculo-
„rum. Amen.

Psalmus CXLV.

Psalmus David Alleluja Aggaei & Zachariae.

Beneficia Dei nobis collata.

1. „*Lauda anima mea Dominum.* Primum „Propheta animam hortatur ad lau„dem, quae talis est, ut maneat aeterna, „deinde quia per donum resurrectionis glori„ficato corpore totum se ei meminerit coaeter„num, tanquam de futuro confidens ait: *lau„dabo Dominum in vita mea*: Tertio ne in „eodem hoc corpore irreligiosus existimare„tur, adjecit: *Psallam Deo meo, quamdiu ero.* „Mox inanes in regum nominibus religiones, „quos sibi deos antiquitas finxit, redarguit, „dicens: *Nolite confidere in principibus, in filiis „hominum, in quibus non est salus*: *quia exibit spi„ritus eorum*, & exeunte spiritu seu anima cor„pora eorum *revertentur in terram suam*, & *in „illa die peribunt omnes cogitationes eorum* cor„ruptae & terrenae. Quare in vero Deo spe„randum, *beatus cujus Deus adjutor ejus*, quem „adjuvando ex Iacob fecit Israel, *spes ejus „aeterna in Domino Deo ipsius, qui fecit coelum „& terram, mare, & omnia, quae in eis sunt.* „Creator autem horum omnium hic & verus „& Judex est, & *veritatem custodiendo & fa„ciendo judicium.* Praeterea *dat escam esurien„tibus*, non solum corporalem, sed spiritua„lem

„lem Verbi Dei „ quæ *solvit compeditos*, a dia„bolo, *sapientificat cæcos* discussa per lumen „divinum animæ coecitate. *Erigitur elisus* „si possit, ne jaceat in æternum: *diligitur* „*justus* ob justitiam, ut *advena* vero, & si „non tamquam justus diligatur, tamen vel „ob hoc quod advenerit custoditur, & reser„vatur, ut *pupillus*, quia patrem sibi diabo„lum abjuravit, non orphanus relinquitur: „ut *vidua* suscipitur in sponsam posteaquam „sibi in Christo confixus hic mundus est: *via* „etiam *peccatorum exterminatur*, quibus in inte„ritu demersis, *regnabit Dominus in æternum*, *Deus* „*tuus Sion* cæleslis, quæ a sanctis civibus ple„na per *generationem* legis, & *generationem* „fidei frequentabitur a domesticis Dei & D. „N. Jesu Chisti, qui est benedictus in sæcula „sæculorum. Amen.

Psalmus CXLVI.

Alleluja, Aggæi & Zachariæ.

1. „*Laudate Dominum, quoniam bonus est psal*„*mus*. Non levis gratulationis est, „cujus psalmus bonus est per opera obedien„tiæ Deo præstitæ, unde optat propheta, „ut hujus boni psalmi *Deo nostro sit jucun*„*da laudatio*, scilicet, ut Deo placentia „opera nostra sint, *ædificans Hierusalem Do*„*minus*, & *dispersiones Israel congregans*. „Ex ea dispersione Israel congregatur, quo„rum congregatio cætum sanctæ civitatis „efficiet, & quæ hodie per fidei & spei opus „ædi-

Bonitas Dei erga homines.

„ædificatur in nobis. Tenet deinde ordinem „competentem dicens: *Qui sanat contritos cor„de, & alligat contritiones eorum*, congregato „enim Israele in sanctam civitatem omnes hu„manæ infirmitates auferentur, absorpta enim „corruptione & omnibus naturæ humanæ vi„tiis incorruptio æterna succedet, quam ille „nobis tribuet, qui est *numerans multitudinem „stellarum, & omnibus his nomina vocans*. Hoc „nimirum Domino dignum est, hoc in miseri„cordia ejus præferendum, ut eos quos con„tritos corde sanaverit, nominibus vocet, „proprietate numeret, cælesti luce clarificet, „ob quæ mirabilia ait: *Magnus Dominus no„ster*, cum dispersiones congregat; *& magna „virtus ejus*, cum contrita clarificat: *& sapien„tiæ ejus non est numerus*: cum universa & no„minibus discernit & numero. Sed qui *suscipit „mansuetos, humiliat quoque peccatores usque ad „terram*. Ideoque nos Propheta ad laudem Dei „hortatur dicens:

Beneficia Dei in nos.

2. „*Inchoate Domino in confessione, psallite „Deo nostro in cithara*, eum universitatis hujus „esse Dominum confitentes, qui operit cæ„lum nubibus, quod & sequentia præter lit„teram significationis alterius virtutem in se „habent: *cælum nubibus operitur*: id est, pro„phetica doctrina rebus est subjecta divinis: „*pluvia terræ paratur*, eloquia scilicet harum „nubium profunduntur, per quam infru„ctuosi ad elieiendos ex nobis fructus dono „divini imbris humescimus: per hanc „etiam pluviam *fœnum in montibus producitur*,

„&

„*Et jumentis in escam* propriam præbetur, id est „montes Patriarcharum, Prophetarum, Apo„stolorum & Martyrum hominibus instar pe„corum *servituti hominum* destinatorum Deum „ignorantibus ejus cognitionem præbent: *Et* „*pullis corvorum invocantibus eum:* id est, nos „ex impudentibus, procacibus, immundis, & „cruentis geniti tamquam pulli corvorum Deum „invocamus, agnitione, confessione, famula„tu, ut ex jumentis homines effecti, quibus „a Deo producente in prophetis doctrinæ foe„num, cibi cælestis præbetur alimonia: quæ „omnia in salutem nostram proficere & intel„ligi ex eo probatur, quia *non viribus equi*, seu „speciosis equis, *nec in tabernaculis viri*, seu „pretiosis domibus *beneplacitum est Deo*, *sed su„per timentes eum*, & *qui sperant super miseri„cordia ejus*, *scilicet* D. N. Jesu Christi, qui est „benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus CXLVII.

Alleluja Aggæi & Zachariæ.

1. „*Lauda Jerusalem Dominum*, *lauda Deum* „*tuum Sion.* Non differt Hierusalem „a Sion, sed nominum interpretatio geminam „ejusdem urbis commemorationem necessario „desiderabat: Hierusalem enim est civitas pa„cis, quam cætus sanctorum in cælo consum„mat, Sion vero speculatio est, quia hic cæ„tus qualis futurus esset per fidem in corpore „Domini ante speculatus est. Hæc ergo civi„tas ad laudem Dei advocatur: quoniam ait „pro-

Beata Jerusalem ad laudem Dei invitatur

„propheta *confortavit seras portarum tuarum*, „ita ut adversariis virtutibus impenetrabilis „perseveret; *benedixit* item *filiis in te: qui po-* „*suit fines tuos pacem*, & *adipe frumenti satiat* „*te* nullius quippe egens est ad corporis animæ- „que substantiam, æternitate firma, benedicta „in incolis, voluntate pacifica, vitæ substan- „tia copiosa. Sed ad hanc Dei prædicatio- „nem etiam illud adjungitur: *Qui emittit* „*eloquium suum terræ, velociter currit sermo ejus*. „Prædicationis regni Dei non fuit lenta pro- „peratio, sed in omnem terram mobilitate „celeri transcurrit. Sed & prædicatio alia „connectitur: *Qui dat nivem sicut lanam, ne-* „*bulam sicut cinerem spargit. Mittit chrystallum* „*suam sicut buccellas, ante faciem frigoris ejus* „*quis sustinebit? Emittit verbum suum & lique-* „*faciet ea, flabit spiritus ejus & fluent aquæ*. „Solventur igitur hæc omnia nivis, pruinæ, „chrystalli, tribulationum præsentium frigora, „cum post hos sæcularis noctis rigores tem- „pora illa regni æterni in indemutabilem tran- „quillitatem Dei spiritus temperabit. *Qui an-* „*nuntiat verbum suum Jacob, judicia sua Israel*: „illi videlicet, qui in verbo Dei congregatur, „qui non inopia eget, non sæcularis rigoris „frigore aduretur, sed liquefactis omnibus, „& Dei spiritu absolutis, tempore serenitatis „utetur æternæ. Huic pronuntiatur hoc ver- „bum: hic per spiritalem intelligentiam has „Dei justitias & judicia expectat; consors „boni hujus nulla gens & natio, *non* enim *fe-* „*cit taliter omni nationi*, & *judicia sua non ma-* „*nifestabit ei*, nam hanc judicii gloriam infi-

„deli-

„delitas irreligiosa non cognoscit, in sua nam-
„que venit & sui eum non receperunt, quot-
„quot autem eum receperunt, dedit eis pote-
„statem filios Dei fieri D. N. Jesus Christus,
„qui est benedictus in sæcula sæculorum.
„Amen.

Psalmus CXLVIII.

Alleluja.

1. „*Laudate Dominum de cælis, laudate eum „in excelsis &c.* Propheta omnes cæ„lestes virtutes adhortatur ad laudem, sed „non sine perfecta ratione doctrinæ. Primum „enim hunc errorem avertit, quo fortuitis „concursibus hunc mundum coiisse quidam „ausi sunt opinari: tunc quod alii hunc ipsum „mundum Deum esse existiment: postremo „quod quædam sibi ex his ipsis unusquisque „legit elementa, aut cælum, aut solem, qui„bus Dei honorem impia religione deferret, „omnem igitur errorem ignorationis exclusit, „dicens: *Quoniam ipse dixit, & facta sunt, „ipse præcepit, & creata sunt.* Nullus igitur „hic fortuitorum concursus, nulla naturæ pro„priæ virtus, nulla æternitatis ex semet sub„stantia in his, quæ creata docentur, admit„titur. Facta autem sunt per eum, per quem „omnia facta sunt, qui est imago Dei invisibi„lis, ubi convincitur, Patri filium ante sæ„cula manentem in creandi mundi exordio ad„stitisse. Causam deinde laudis propheta ad„jecit: *statuit ea in sæculum sæculi*, manent

Cælestia & rationalia & omnia a Deo creata.

„enim ex nihilo substituta, & gratiam quod sunt „creatori suo debent: vivunt autem ut & in „sæculum sæculi maneant a corruptione libe„rata, quod tamen non de creaturis dissolu„bilibus, sed in æternitatis substantia consti„tutis intelligendum est. Ac ne forte quod „in æternam manerent naturale illis esse ex „substantiæ beatitudine crederetur, subjecit: „*præceptum posuit, & non præteribit:* non ergo „naturæ, sed præcepti ejus est, quia in æter„num manent. Post quæ rursum terrena cæ„tera advocantur ad laudem, ait enim ita:

Laus Dei in omnibus creaturis.

2. „*Laudate Dominum de terra, dracones & „omnes abyssi &c.* omnia laudem Dei conci„nunt, licet quædam sensu laudis carentia „sint, sed per institutionis ordinem, qualita„temque gignendi præconium creatoris osten„dunt, *dracones, abyssi, ignis, grando, nix, „crystallum, spiritus procellæ, montium* celsitas, „distinctio *collium, arborum* fructus, *bestiarum* „varietas, *pecorum* utilitas, *serpentum* nisus, „*volucrum* volatus, *regum* potestas, *populorum* „famulatus, *principum* dignitas, *judicum* æqui„tas, *ætatum* omnium *& juvenum & virginum* „mores, studia, virtutes, omnia creatoris pro„videntiam laudant, *quia faciunt verbum ejus,* „& præconium ejus, a quo ita sunt instituta, „testantur. Regibus vero & cæteris rationis „consortibus, hæc laudandi causa proposita „est. *Quia exaltatum est nomen ejus solius,* & „Deus unus etiam ab invitis, & intelligitur, „& videbitur; quippe *confessio ejus super cœlum* „*& terram,* cum jam non mors, non terrenus hic „mun-

„mundus erit, *sed exaltavit cornu populi sui*,
„id est in illo beatæ civitatis sæculo, ubi
„cornu populi sui Dominus exaltabit, & ho-
„norem immortalitatis impertiet. Et quia
„illud sanctorum est regnum, psalmum ita
„Propheta conclusit. *Hymnus omnibus sanctis*
„*ejus, filiis Israel, populo appropinquanti sibi*.
„Sanctorum nempe omnium hic hymnus est,
„qui pro gaudio consummatæ beatitudinis eum
„cantant: sancti scilicet, qui Israel filii sunt
„Deo propinquantes, qui merebuntur audire,
„prope est Dominus omnibus invocantibus eum,
„qui per hoc sanctæ Hierusalem regnum bea-
„tum æterno regno proximi post regnum Do-
„mini Jesu Christi in regnum Dei Patris Do-
„mino congregante transibunt, qui est bene-
„dictus in sæcula sæculorum Amen.

Psalmus CXLIX.

Alleluja.

1. „*Cantate Domino canticum novum*, novum „canticum cantatur, cum in gentibus Dominus esse regnaturus ostenditur, cum „ipsum ad regni gloriam dextera sua salvabit, „cum assumens ex inferno animam suam nos „secum assumpsit in reges. Proprium ergo „hoc canticum novum est sanctis ejus, id enim „sequitur: *laudatio ejus in ecclesia sanctorum*. Super hoc igitur rege *lætatur Israel in eo qui fecit eum & filiæ Sion* quæ mater in cælis est, „*exultant super regem suum nomen ejus in choro*, „*tympano & psalterio psallentes*. Causa vero *Canticum novum quale.*

 „hu-

„hujus lætitiæ & novi cantici eſt, *quia bene-*
„*placitum eſt Domino in populo ſuo*, quem ex
„peccato in vitam reformavit, & æterni ſacer-
„dotis placationem in ſacramento pænitentiæ
„ſpopondit; & ab eodem rege & ſacerdote
„*manſuetis ſalus*, & *gloria ſanctis exultantibus*
„ſuper regem ſuum promittitur. Illud porro
„ad cantici hujus plenitudinem conſequitur,
„quod ſancti *lætabuntur in cubilibus ſuis*, nec
„ob peccati dolorem noctibus ſingulis lectus
„lavabitur, ſed lætabuntur in gloria, & ob
„id *Dei exultationes in gutture eorum* ſemper ſunt,
„ubi per ſignificationem gutturis internæ con-
„ſcientiæ oſtenditur affectus: Inſuper *eorum*
„*manus gladiis bis acutis* armabuntur, *ad fa-*
„*ciendam vindictam in nationibus*, in quas judi-
„cium ultionis antea ab illis tribulati exerce-
„bunt, *& objurgationes in populis*, cujus argu-
„tionis hic exitus eſt, ut *reges nationum*, no-
„bileſque earum *manicis & compedibus vincian-*
„*tur*, & vincti in exteriores tenebras deputen-
„tur, ubi fiet *judicium conſcriptum*, a lege,
„prophetis, & Evangelio. *Sic ſanctorum glo-*
„*ria omnis a Deo eſt*, cum poſt has vitæ paſſio-
„nes exerant poteſtatem, ſic cantici novi hym-
„nus impletur, cum poſt gentium opprobrium,
„regumque cruciatus judicium conſcriptum in
„gentes regeſque decernant, quibus Dominus
„Jeſus Chriſtus & Unigenitus Deus & Dominus
„& Rex eſt, qui eſt benedictus in ſæcula ſæ-
„culorum. Amen.



Pſal-

Psalmus CL.

1. „*Laudate Dominum in sanctis ejus.* Post „cantici novi hymnum Deus non adhuc in operibus laudandus, sed laudandus in „sanctis est, quos post judicium conscriptum „in æternitatis gloriam collocavit, & inde„mutabiles jam cælesti honore donavit, per „quod in *virtutis suæ* laudandus est *firmamento*, „quia firmamentum æternæ virtutis invexit „absorpta in contentione morte, cum corrup„tionem incorruptio devoraverit, & idcirco „firmamentum virtutis laus sequitur potesta„tum, quia mortem immortalitas consumpsit, „tribuens, quod oculus non vidit, nec cor „cogitavit, nec auris audivit. Deus enim se„cundum Apostolum nos ante mundi consti„tutionem in cælestibus spiritali benedictione „benedixit, ad cujus laudis gloriam omnia & „vocis & operum officia incitant diversitate, „habitatione, & claritate. Laudamus idcirco „& in *cymbalis exultationis* laus ista perficitur, „quæ laus omnis in sanctis est, quod ab his „corruptionem carnis sanguinisque depulerit, „quod ad imaginem Creatoris sui sint reforma„ti, quod conformes jam esse gloriæ corporis „Dei cæperint, quod in omnem Dei plenitudi„nem impleantur, quod cum Deus spiritus sit, „Deum tamen non caro jam sit *laudatura*, sed „*spiritus* in Christo Jesu Domino qui est bene„dictus in sæcula sæculorum. Amen.

Deus in sanctis laudandus.

FINIS.

U. I. O. G. D.



INDEX RERUM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMUS.



NOTA. Ziffra communis vel sola, vel prima *Paginam*, secunda *Sectionem* indicat.

A.

Le-

Cibi

Di-

E.

Eu-

I.

Mo-



ERRATA

ERRATA
TOMI DECIMI.

Pag.	lin.		corrige
8.	22.	vde	vide
9.	8.	eit	eis
24.	11.	ſi	ſit
37.	12.	ſeipſe	ſeipſum
42.	26.	cetrum	certum
51.	5.	voluntates	voluntatis
95.	22.	tura	natura
- -	22.	ut	utraque
148.	5.	Menarder	Menander
170.	15.	ilis	illis
185.	26.	inhumari	inhumanari
203.	13.	ante	an te
203.	30.	accannm	ac canum
241.	27.	juſtititiæ	juſtitiæ
304.	26.	ſciptura	ſcriptura
346.	18.	ocjectiones	objectiones
356.	14.	ſtt	ſit
382.	20.	naminatorum	nominatorum
395.	1.	ſacerdos	ſacerdotes
397.	33.	periculoum	periculoſum
405.	28.	deine	deinde
462.	16.	probibens	prohibens
465.	23.	ples	plebs
505.	8.	credentibus	egredientibus
511.	25.	quæ ſunt	quæſivit
544.	24.	perfecto	perfectæ
591.	4.	delinantes	declinantes
635.	25.	efferuntur	offeruntur
635.	27.	matyrium	martyrium
663.	11.	admonemus	admonemur
671.	31.	domit	dormit
700.	12.	eum	cum
734.	7.	timet	timetis
738.	20.	carmen	carnem
755.	3.	crucifere	crucifigeré









